


R. 13475

IOANNES BAPTISTA EGNATI  
VS VENETVS PRÆSTAN  
TISSIMO IURISCON  
SULTO ET SENA  
TORI REGIO  
IACOBO MI  
NVTIO  
SAL.


B. B.

Qui principibus, illustrioribusq; uiris ingenij sui mo  
nimēta nuncupant. Minuti clarissime, alij id agūt, ut  
aut ueteri, summaq; in eos obseruantia sese id tribuis  
se dicant. alij ut eorum presidio tuti, inuidiā minus  
gratum ac curiam sentiant. alij, ut fructum alieni  
de fructu; et iudicatura percipiāt. Nec desunt, qui  
posteritatis laude rapti, ac immortalitatis spe quadā  
inflammati, sibi noīa deligant nuncupatione, quæ  
diutissime uiuere, et florere posse sibi persuaserint.  
Id quod a principibus, artificibusq; plerisq; obseruatū  
animaduersi, qui deorum, principumq; effingen  
dis imaginibus eo libentius studeant, quo minus ob  
noxia illa eximent aut hominum, aut temporis in  
iuria fore. Sunt etiam qui hoc ueluti sacro litterarum  
numere promereri gratiam, beniuolentiamq; eorum  
cupiant, siquidem haud inter postremas laudes refer  
ri debet, siquidem principibus pplaceat uiris. Sed et mul  
tū facile sese operamq; suam his ostentant, quorum  
et auctoritate ornari, et opibus augeri se sperent.  
Ego uti ex principibus quasdam fortasse sequar, sic cer

Regio de la...  
a. ij



R. 13475



IOANNES BAPTISTA EGNATI  
VS VENETVS PRÆSTAN  
TISSIMO IURISCON  
SULTO ET SENA  
TORI REGIO  
IACOBO MI  
NV TIO  
SAL.

*e. b. b.*

*Non indiget  
expurgatione*

Qui principibus, illustrioribusq; uiris ingenij sui mo-  
nimēta nuncupant Minuti clarissime, alij id agūt, ut  
aut ueteri, summaq; in eos obseruantia sese id tribuis-  
se dicant. alij ut eorum præsidio tuti, inuidiā minus  
grauem ac noxiam sentiant. alij, ut fructum alieni  
de se iudicij ea indicatura percipiāt. Nec desunt, qui  
posteritatis laude rapti, ac immortalitatis spe quadā  
inflammati, ea sibi noīa deligant nuncupatione, quæ  
diutissime & uiuere, et florere posse sibi persuaserint.  
Id quod à pictoribus, artificibusq; plerisq; obseruatū  
animaduertas, qui deorum, principumq; effingen-  
dis imaginibus eo libentius studeant, quo minus ob-  
noxia illa existiment aut hominum, aut temporis in-  
iuriæ fore. Sunt etiam qui hoc ueluti sacro litterarum  
munere promereri gratiam, beniuolentiamq; eorum  
cupiant, siquidem haud inter postremas laudes refer-  
ri debet, siquis principibus pplaceat uiris. Sed et mul-  
ti facile sese, operamq; suam his ostentant, quorum  
& autoritate ornari, & opibus augeri se spērent.  
Ego uti ex prioribus quasdam fortasse sequar, sic cer-

25. a 8. 7.

*40  
171*

*Del Colegio de la Com...*



te duas. quarum altera publica, cōmunisq; tibi cum gente gallica, altera planè tua ac propria sit, secutum in primis esse me non negem. Et communis quidem illa, quod cum singulari ac diuina potius Grolterij beneficentia Mediolani a gens altera ab hinc annū ornatus auctusq; sim, non possum iam ex illo tibi tuisq; oibus etiam atq; etiam non perpetuo uelle debere. illius enim consuetudine & opera, facile quanta gentis uestrae morum simplicitas, quæ publica, domesticaq; disciplina, quæ in omnes charitas, quanta in deum pietas uestra foret, & perspectum mihi planè ac cognitum. Quid enim uobis ipsis magis rectum, apertumq; esse potest? Quid minus insidiosum ac fallax? arctoæ (inquiunt) gentes hoc omnes habent. Ego uero cum fallacissimas ex his multas legam, non caelo, sed naturæ planè hoc uestræ, optimæq; disciplinae id tribuam. Iam quid animorum, uoluntatumq; uestrarum fraternam in omnibus consensioem prædicem? quam non conuiuiorum frequentia tantum, sed officiorum communicatione ac summa charitatis mutuae testificatione tuemini? hæc uero uobis adeo natura insita, usu parta, consuetudine aucta fuisse uidentur, ut tot mihi germani fratres, non de facie solum, sed de morum in primis similitudine atq; æqualitate uideamini. Quare non immerito admirati Pœnorum legationem etiam in hoste Ro. s. Po. id plurimum eē dicuntur, q̄ conuiuium accepit à pluribus ciuitatis principibus eodem ubiq; cœnassent argento, testati nullos hominū benignius Po. Ro. uiuere. Nam quid de uestra in res

gem obseruantia, in deum pietate dicam? Quæ enim unquam gens aut externos principes non admisit, aut admissos non interdum expulit? sæpe etiam per summum scelus non occidit? Francis id proprium ac peculiare, nullos unquam externos pati, suos autem usque adeo amare ac colere, ut pro eius dignitate ac maiestate tuenda non opes tantum, sed uitam ipsam profundere possint. illa uero, quæ deo ac religioni debetur, tanta talisq; est, ut fileri melius putem, cum uestigia haud sanè leuiter impressa tot & tanta extant, ut nulla unquam delere illam obliuio, nulla obscurare temporum iniquitas ualeat. Cæterum excellens quædam ac eximia in te uirtus, secundusque ac constans hominum de te rumor, & Iohannis in primis Francisci Asulani adolescentis cum summa spei, tum uero laudum tuarum studiosissimi prædicatio effecit, ut & ego te pridem litteris consulendum duxerim, & nunc Cæsares tibi meos, reliquamq; ad hosce non uulgarem (nisi fallor) industriam cupidissime nuncupem. Quorum lectio tanto tibi gratior ac iucundior esse debet, quanto is, qui ea tibi inscripsit, te plus amat ac colit, quam multos alios. huc accedit, quod singularem eruditionem tuam, ac multiplicem litterarum cognitionem magnè facit, quod Minutiae familiae nobilitatem (quippe quæ à Romanis illis deducta Minutijs pro constanti habeatur) obseruat, quod denique se tibi quam coniuictissimum ac charissimum esse cupit. Sunt quidem in te corporis & animi (uti audio) egregiæ

dotes, quibus Christianissimo regi gratus, admirabilisq; sis, nulla certe aut maior aut honestior q̄ ut litteras, litteratosq; homines, quod facis, foveas, illa scilicet iure reposita abs te, quod tanta tua cum laude uberrime tribuere. Nam unum te esse ac praeipuum, in quem Galliae tuae transalpinae olim intuerentur, quae Cisalpina tota praedicet, cuius singulari prudentiam atq; humanitatem etiam hostis commendet, totum hoc litterarum beneficium est. Quid, quod Caesarum haec a nobis instituta, tribusq; libris, concinnata series, multa interim habeat, quae delicatum etiam lectorem et capere et detinere ualeant? nam Byzantinae urbis originem, Turcas ad haec usq; tempora principes, res ab his belli gestas, Maomethis ortum Romanae urbis captiuitatem, et Asiae imperia supra quingentesimum ac millesimum annum repetita continet. quae omnia primus ego (quod sine aliorum iniuria dictum uelim) praestiti. ac ut una ueluti tabella depicta spectari commode possent, curavi, tametsi quid libris commune cum pictura? pascit illa tantum oculos, hi animum, mentemq; instruunt. illa nutam, inanem, ac plerumq; falsam descriptionem continet, libri uiuentem praecceptionem, atq; exactam spondent, tabulas etiam imperiti pingant, litterarum monumenta non nisi doctissimi conficiant. Tanto deniq; litterae pingendi artem praestant, quanto docti indoctis, uiui mortuis antecellunt. Tu igitur cum ab ineunte aetate ornamentum plurimum et laudis ex hisce tibi uendicaris, illis ipsis tantumdem reddes, tanto etiam cumula

tius, quod neq; melius nec honestius beneficium ulli collocari potest, q̄ quod in bonos, et doctos uiros confertur. quorum mihi uestigia non solum sequenda, sed etiam atq; etiam adoranda proposui. bene Vale.

IOANNIS BAPTISTAE EGNA TII  
VENETI IN ROMANORVM  
PRINCIPVM LIBRVM  
PRIMVM PRAE/  
FATIO.

*I*mperatorum uitas à dictatore Caesare, qui primus patriæ libertatem oppressit ad Constantinum Palæologum, sub quo Turcarum seruitio Constantinopolis cessit, hinc à Carolo Francorum Rege ad Maximilianum Caesarem breuè alioqui stylo perscripsimus. rem ut perdifficilem mihi, atq; arduam, sic iucundam qui legent omnibus, & (ut opinor) haud inutilem. Nam præter quam quod multa hinc haurias, unde tibi patriæq; tuæ plurimum profis, ipsa certe Romani imperij maestas, admirabiles eorum, q; imperarunt, euentus, tot regnorum repetiti casus, tot principum mutationes relatæ non fastidium solum operosæ lectiõnis adimunt, sed ad mirabundos sensim legentes partim ducunt, partim etiam trahunt, uti neminem arbitrer uel mediocriter imbutum literis, qui non hæc & libenter agnoscat, & summam uoluptate non perlegat. & alioqui ad rei nouitatem accedit, quod cosulto non pauca sunt à nobis addita, quæ rerum seriem non modo non interrumpant, uerum etiam exornent, quod in fabula dextræ sinistræq; tibie inter unum alterum ue actum adhibita etiam præstent. nec in campis herbarum uiror minus iucundus, quem uiolæ, hyacinthiq; purpurei distinguant, Omnium certe rerum uarietas expe-

titur, & falsum illud est, saccharo semper conditiõra fieri fercula. Quod si quis erit, qui pleniorè, uberiorèq; historiam à me exigat, ille saltem hoc mihi non neget multa esse, quæ breuitate commendatiõra sint sua. Nec tamen desunt interim principes, quos copiosius attingi, quorum scilicet & imperij diuturnitas, & rerum magnitudo id exposcere uidebatur. illud uero testatum apud omnes esse uelim. nihil à me gratiæ nihil odio datum, ipsa ueritas nec interim nuda, ut multi hactenus, tantum à me spectata. Anni præsertim imperij, ortus eorum, & patria, illustratq; eorū gesta domi, forisq; non omissa. series uero principum tanta fide à me deducta, ut nihil desiderare amplius quis habeat. Nam & Flauius Blondus hisce libris, quos ab inclinatione Romani imperij cõscripsit multos uno uelut agmine ut sibi incognitos, omisit. & q; post illum historiam totius orbis amplexi sunt, nihil omnino ad uiri illius diligentiam addidere. Ego uero & præter Zonaræ græcam historiam, & Nicetæ Choniatæ, Christoduliq; commentarios, Gemistiq; libros, etiam schedia quædam non indigna, quæ excuterem, duxi, uti rem semel cœptam dijs bene fauentibus absoluerem, quo certa omnia, explorataq; posteris traderem. utrum autem id affecuti simus, præsens ætas fortasse malignius, sequens certe simplicius ac candidius æstimabit.

## EGNATIVS LECTORI

Post absolutas observationes, cum quaedam amici admonuissent minus diligenter animaduersa, quaedam mihi inter legendum occurrissent, ut sit accuratiores studio cognita, subnectere illa uisum est operae pretium fore, uti quam animi propensionem litteras iuuandi ab primis annis citra omnem ambitionem semper hausi, eam perpetuo tenore in grauescente etiam aetate retineam. Nec sanè aut nunc me pudeat, aut in posterum unquam pudebit, dum prodesse multis possim, etiam culpam prodere meam. quã nec alijs occupationibus, nec festinationi etiam librariorum imputem homo inquit ille, sum, nec humanitatis aleam reformido. Et alioqui cur mea me delectent mala fallant ne potius, quam ipse per me sapiam? aut cur alienam condemnationem expectem, quam ipse exceptione reiicere habeam, nisi si quis iniquo etiam iudici causam approbaturum se suam speret. uerũ hoc uix unus Scipio inter tot secula sperauit. Ipse igitur ego Et quaedam simul amplio, nec quid sequar satis exploratum adhuc habeo. cum praesertim scriptores hi multa in nouata retineant, quae fortunae magis, quam diligentiae sit inuenisse. Quare cum in bonum culpa haec cesserit, ignoscant quæse mihi, qui sciant in homine multominus mirum eẽ nescisse quaedam, quam uni constare omnia. Consulant se singuli Et suo se (quod aiunt) modulo metiatur quisq; haud sanè tam acerbe alienam negligentiam incessat, qui suae sibi conscius esse uelit. Vale.

## Ex Adriano.

In fronte ubi apud Italiam Scipionum temporibus resedisse Adriani maiores scriptum est, tu Italicam reponere, unde paulo post Italici dicti. quibus delectum detrectantibus uehementissime iratum Adrianum dicat. cum de Italis interim intelligendum scripserim qui Hispaniae ciuitates incolerent. ab hac urbe Silius etiam (ex ea enim oriundus erat) italicum cognomentum retulit.

## Ex pio.

Legatum poene causa. Alciatus meus iurisconsultus celebris alium huius sanctionis sensum existimat. Credit enim de legato intelligi, cui poenam testator adscripserit, nisi haeres id praestitisset.

## Ex Antonino Philosopho.

Et seuerum Turmis equitum Romanorum iam COS. designatum creauit. Tu VI uirum id est seuirum restitue. unde Et seuirales ludi paulo post dicantur. VI uirorum autem in monumentis, marmoribusq; ueteribus, mentio fit ea praesertim tabula, quae Mediolani in Ambrosij fano spectatur. hoc nos Alciatus mediolanensis primae nobilitatis admonuit. quem propter morum suauitatem Et singularem eruditionem plurimum colo.

Ex commodo.

*G*aneas semper in palatinis diebus fecit. tu eodem auctore adibus pro diebus lege. Quid si, pactumeium pro Pactuleio legas? Horatio in epodis & iureconsultis authoribus.

Ex Heliogabalo.

*N*on ignorandum & illud, uetera multa nomismata extare, quae Ale gabalum semper praeseferant.

Ex secundo Caesarium libro.

*V*bi Lascareae gentis stemma repetitur, & Bataxium Ioannem dixi institutum imperij heredem, Thomas diplobatacius magnus hac aetate iuriconsultus, quia a diplobatacijs originem trahit, Diplobatacijs familiam agnoscendam a me fuisse monuit. nam Batacios uel nullos esse, uel diuersos ab ijs, qui imperium ad Adrianopolim tenuerint, affirmat.

FINIS



I  
IOANNIS BAPTISTAE EGNA-  
TII VENETI ROMANO-  
RVM PRINCIPVM LI-  
BER PRIMVS.

*C. Iulius Cæsar dictator.*

*P*rimus hic perpetuam dictaturam inuasit. debellata enim intra decennium Gallia, tentata tunc primū Britannia, & Germanis in sylvas, ac paludes suas compulsis, in Italiam descendit. eaq; solita celeritate recepta, Hispanisq; pacatis, Pompeium Magnum pharsalico prælio fudit. cumq; de omnibus hostibus triumphasset, tandem amicissimorū coniuratione oppressus perijt ætatis anno sexto ac quinquagesimo, dictaturæ uero initæ anno III. Vir pacis, belliq; artibus, & in primis clementia longe clarissimus, si libertatis assertor, q̄ inuasor esse maluisset.

*Octavius Cæsar Augustus.*

*T*ribus ac uiginti uulneribus interfesto Cæsare, felicissimus omnium ad hanc diem successit Octavius ex Accia Cæsaris nepte. Vindicatis enim patris interfeutoribus, uictorq; ciuilibus bellis omnibus, nouissime Antonio ad Actium nauali pugna superato, quo cum duodecim annos Rempu. tenuerat, triumphator orbis totius, pacisq; restitutor æternæ, per quatuor ac XL. annos imperium rexit, urbemq; Romam optimis institutis, ac legibus, magnificentissimisq; operibus sic excoluit, ut merito parens patriæ primus, atq; Augustus di  
Egnea. a

IO. BAP. EGNATII.

ceretur. Obijt Nolæ septuagesimo sexto ætatis anno, cum .LVI. imperasset. Ad cuius imperij felicitatem illud accessit, quod seruator noster Christus lux gentiũ & orbis sub eo nasci uoluit, ut quem summis animi, corporisq; donibus principem clarissimum terris dederat, eodem etiam generis humani parens optimus & maximus nasceretur. huius felicitas cæteris optata principibus.

Tiberius Nero.

**T**ristissimus omnium mortalium optimo principi successit Tiberius Liviæ uxoris magis impulsu quam Augusti iudicio, quippe cuius neq; mores, neque ingenium unquam probasset, pertinaciam & infinitam eius seruitiã pertesus. principatum ab initio dissimulato ingenio, & matris reuerentia, nõ in comode gessit. mox capreensæ secessu luxuriæ, ac cædibus uacans, cum provinciæ undiq; uastarentur, Caligule nepotis astu & fraude periit octauo ac septuagesimo ætatis anno, tertio & uigesimo imperij. huius imperij anno duo de uigesimo Christum seruatore nostrum Iudei cruci affixerunt, ex quo ad supremam gentis interitionem nunquam seditione, fame, ferro, peste laborari ab his desitum.

C. Cæsar Caligula.

**P**ræfuit hic Reipu. annos quatuor magis in germanici patris gratiam populo ac militibus comendatus, quam ingenio suo, primus enim à Cæsarum stemmate penitus degenerauit, ut non immerito fax humani generis

LIB. I.

dictus sit. certe uox eius nefaria excepta, unam ceruicem populo Romano optantis, quo facilius uno ictu abscidi posset. Casij Chereæ & aliorum coniuratione ferro occubuit annum agens. XXVIII. de quo sic dictum nec meliorem ab initio principem, nec peiorem postea fuisse.

Claudius Cæsar.

**N**escias in hoc principe quid primũ accuses. adeo uecordia cum sauitia, ac luxuria certabant. qui fato potius ac fortuna ludibrio ad imperium, cum latitaret extrema pertimescens interfecto Caligula uenerit. quod non minore socordia quam crudelitate per annos XIII. uexerat. Quanta fuerit eius stultitia hinc aduertat. Messalina uxor portentosæ libidinis scæmina C. Silio nupserrat. qua uix interfecta, Agrippinam Germanici fratris filiam nouo exemplo nouercæ liberis duobus superinduxit. & Britanico filio priuignum Neronem anteposuit, cuius insidijs, & Agrippinæ ueneno in boleto dato periit senex ætatis anno LXIII.

Domitius Nero.

**F**ax altera totius orbis iure à nobis dicatur. qui ex Domitio, atq; Agrippina natus, imperij Romani maiestatem, paterna, maternaq; cæde polluit, libidinis adeo effrenatæ, ut matris concubitum appetiisse creditur, ipse certe sumpto flammeo nuptiali sponsalia celebravit. sauitiæ tantæ, ut præter urbis incendium, & uxoris Octaviæ cadem, primus christianum sanguinem petro, & paulo interfectis hauserit.

IO. BAP. EGNATII.

rit. Et nequid scelerum deesset, publice cantavit, in sce-  
nâq; operam exhibuit. Tandem deficiente Galba hostis  
à senatu iudicatus, nec fortiter perire potuit, adiutus al-  
terius adigendo ferro manu, periit ætatis anno. XXXII.  
Imperiij. XIII. Quinquennio sub initia omnium prin-  
ceps optimus existimatus etiam Traiani testimonio, pro-  
cul distare ceteros principes à Neronis quinquennio præ-  
dicantis.

Sergius Galba.

Nobilissima Sulpitorum familia natus, ac per omnes di-  
gnitatis gradus ad proconsulatum Hispaniæ euectus  
iam grandis natu imperium septimestre maiore homi-  
num ab initio favore quàm lato successu tenuit. Auar-  
ritia, & sæuitia in eo principe infames, ex quo inuisus  
cunctis, cum Pisonem in conflata inuidiæ remedium  
adoptasset, annos LXX. natus in medio foro à M.  
Othone iugulatur.

M. Siluius Otho.

Male partum principatum adeptus, & aduersa per  
omnem ætatem fama, laudabili fine clausit. Dum enim  
III. uix mense exacto Bebriacensibus campis bellum  
ciuile contra Vitellij duces execraretur, papillam pugio-  
ne sibi trāsfixit, adeo militibus charus, ut multi ad eius  
exemplum, ante mortui pedes semet interfecerint, Vixit  
annos XXXVII.

Vitellius.

Pudet tot dedecorum, sed ad institutam seriem perti-

LIB. I.

3

net & hunc ipsum referre. Qui patre L. Vitellio & ma-  
tre longe optima natus, militari factione, dum lega-  
tus Germaniæ superiori præest, imperium inuasit fædo  
ingenio, uentriq; ac gulæ natus, & quod usu in his  
uenit, sæuitia par. Cæterum Vespasiano principe decla-  
rato, cæno, simoq; iactatus, ac furca sub mentum posi-  
ta diu per urbem tractus in scalis gemonijs omnium lu-  
dibrio diu iacuit. Vita illi annorum LVII. Imperium  
uix Octimestre.

Vespasianus.

Fessam, atq; labantem Rempub. trium principum ty-  
rannide potius, quàm imperio flauicæ gentis author  
Vespasianus primus restituit. Nam per .X. annos, qui-  
bus imperium rexit, singulari studio, ac providentiâ  
rem administravit, & ne cæsarianum desideraretur  
nomen, effecit. Hierosolymis expugnatis, cum filio  
triumphauit. Auaritiâ ne culpes in eo & temporum  
calamitas, & laudabilis eius usus facit. adeo inimici-  
tarum omnium princeps oblitus, ut Vitellij hostis fili-  
am locupletissime dotatam, splendidissimo iungeret  
uiro, & insolentem Mutianum, imperijq; partici-  
pem agentem adhibitis familiaribus satis habuerit ad-  
monere, quoq; hominem esse. mors eius quantam animi  
tranquillitatem secum afferret, ostendit, dum alleuatus  
inter assidentium manus, stantem ait imperatorē mo-  
ri decere. Periit anno ætatis undeseptuagesimo.

D. Titus Vespasianus.

A morem, ac delicias humani generis Titum infesta  
a ij

mortalibus numina intra biennium sustulere. Huius præcipuam clementiam, ac liberalitatem, uirtutesq; alias eximias per totum eius principatum magis commendauit & uitæ antea licentia, & sub initia luxuria, & auaritiæ suspicio, ut Neronis tyrannidem pleriq; augurarentur. Sed mutatus adepto imperio im melius declarauit, eiusdem esse ingenij & pessima, & optima interdum ferre. Hic Hierosolyma expugnauit, sagittandi peritissimus, & literis impense doctus, uox eius quandoq; memorabilis audita. recordatus enim super cenam, quod nemineo die officium contulisset, Amici inquit, diem perdidit. Huius imperio Vesuuus conflagrauit. incendium Romæ totum triduum, & lues fuit, periit ætatis anno. XLI. in summo omnium mærore.

Domitianus.

E cquis Titi non doleret interitum? tali præsertim successore, q per oia patri, fratriq; dissimilis, sæpe etiã uiuentibus aut contumax, aut obtrectator, Neroni, ac Caligulæ propior uixit? Dissimulatamq; male se uiam per oes ordines effudit? Quare nihil illi pater, fraterq;, aut Cætorum, Germanorumq; clades, aut bibliothecarum incensarum restitatio profuit, quin cæde illustriū uirorum inuis oibus factus, suorum tandem cõspiratiõis post uitæ annu quintu ac quadragesimū, imperij quintu ac decimū cõfossus occubuerit, omniaq; eius acta rescissa sint.

Cocceius Nerva.

M eliore Reipubli. fato, quod aurea gibba Domitiano

post cervicē in somnis enata portendit, Cocceius Nerva suscepit imperium, Parthenio id deferente, clarissimis ortus haud dubie natalibus, ut Dion author est, & iam senex, qui cum alias leges, tum ne mares castrarentur e dicto uetuit, summa ciuilitatis & clemētiæ etiã in eos qm illū cõiurauerāt. Ut optime uero semp de oibus meritis esse uideatur, Traiani præsertim adoptione factū est, quē absentē, dū senectā suā cõtemni uidet, Cæsare appellauit, homerico etiã uersu ad iperij adhortatus. Τίσιον δ' αὖτις ἐμὰ δ' ἀκρυα σὸς σὶ βέλεσσὶ imperauit anno uno, mensibus .IIII. Vixit annos LXVIII.

Vlpinus Traianus,

O ptimus omnium princeps externorum primus Traianus adoptione Nervæ imperium meruit, Domi sanctus, foris adeo clarus, ut præter Daciam prouinciam factam uicto etiam eorum rege Decebalo, Parthos superarit, superatis regem dederit. Transtigrētatas prouincias imperio adiecerit, Armeniam, atque Arabiam peruastarit, ut nihil omnino habuerit, in quo culpam merito possit. Amicitiarum cultor, simpliciū ingeniorum, atque eruditissimorum admirator, iuris humani, diuiniq; consultissimus. ipse à literis & musis haud abhorrens. Huius cineres & ossa in urbem relata Cochilde columna supposita cū eius imagine, quæ superstaret foro à se extructa. Quanta fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi solitæ declarent, cum Augusti felicitatem, bonitatem Traiani his ac præcarentur. Vi



IO. BAP. EGNATII.  
xit annis LXIII. Imperauit .XX.

Aelius Adrianus.

Hic Italica stirpis Aelio Adriano, Traiani consobrino  
Adriae orto genitus, Plotina, ut creditur, fauente im-  
perator est factus, ingenio sublimi, uario, literarum  
omnium peritissimus, sed matheseos in primis. idem ar-  
chitectus, musicus, statuarius, multarum denique arti-  
um magis non expertus, quam callens. Doctorum homi-  
num uincit irrisor, & annulus, nunc fautor, & bene-  
ficus. Disciplinæ militaris scientissimus, in qua multa  
etiam correxit principibus, qui secuti postea sunt, ea  
maxime probantibus, peregrinationis adeo studiosus,  
ut omnes ferme provincias pedibus etiam peragrans  
obierit. Miserrabili tandem fato consumptus est, ut in  
seipsum saeuire potuerit, si per domesticos licuisset. Im-  
perauit annos XX. Vixit LXII. Inuisum eum fecere  
uiri illustres non pauci sub eius exitum exilio, aut mor-  
te mulctati.

Antoninus Pius.

Hic è transalpina Gallia paternum genus Nemausense  
Pij cognomen causa diuersa traduntur, illud mihi ma-  
xime probabile, a morum probitate, affectuque in adria-  
num, & seruatos eos, quos adrianus interfici iusserat  
id traxerit. Numæ Pôpilio maxime similis. Nā per an-  
nos tres ac uiginti nullū sub eo bellū fuit. Amor ac ti-  
mor gentium in eo certauerunt, bellum mouere timentibus  
his aduersus principem, quem ut numen aliquod  
uenerarentur, nec ille gloriae ita cupidus, ut per aliorū

LIB. I.

5

damna, caedesque eam appeteret. Nam & à coniu-  
ratibus uim omnem abstinuit, & in conscios quæ uenit, ne plures  
inuenti odium auerent. apud Larios duodecim milli-  
bus passuum ab urbe septuagenarius, cum M. Antoni-  
um philosophum adoptasset, obiit febre.

M. Antonius philosophus.

Quam læta, felixque successio Optimis, Pij, Philosophis  
imperatoribus referendis. utinam qui sequentur, tales  
merito dici possent. Nam hic ea ingenij bonitate, his  
uirtutibus excellit, ut exemplum desit, & ea temporū  
calamitas affuit, ut solus erumnis publicis obstiterit.  
Nisi enim hic præfuisset, maiestas Romani nominis facile  
tunc concidisset. Marcomannis, Quadis, Septentrio-  
ne omni hinc saeuente, inde Persis orientem uastantibus  
lue interim, inundationibus fluminum, locustarum  
ui omnia populantibus. sed uicti primum Veri princi-  
pis auspicio Persæ. Marcomanicum mox bellum, chri-  
stianorum etiam ope, qui tunc militabant ex senten-  
tia per ipsius principis præsentiam confectum. Ad quod  
gerendum principalis supellex hastæ subiecta, cum  
pecunia in stipendium deesset. felicissimus certe prin-  
ceps, nisi hæredem Commodum reliquisset post ani-  
num imperij duodeuigesimum, ætatis quinquagesimū  
nonum.

Commodus.

Adolescens mortuo in Germania patre, imperator om-  
nium uotis est dictus. Et quis filium Antonini reiecisset? ille uero etiam patri non satis probatus, statim Ca-



ligula, ac Neronis simillimus euasit, libidine, auaritia,  
 & crudelitate illis anteferebat. Nam in scena saepe an-  
 riga habitu prodijt. Ludis gladiatorijs & Dalmaticus  
 praesedit, in amphitheatro gladiator dimicauit.  
 Athletarum etiam more publice se exercuit. Quae omnia actis in-  
 struenda publicis curauit. Tandem Laeto authore, & co-  
 cubina Marcia, post tertiumdecimum imperij annum  
 strangulatur.

Aelius Pertinax.

S uccesserat haud dubie flagitiosissimo principi princeps  
 optimus, si non illum militaris auaritia fatis in peius  
 omnia tradentibus, intra octuagesimum quintum im-  
 perij diem de medio sustulisset. Alba Pompeia in Ligu-  
 ribus huic patria, genus humile, ac sordidum. Virtus  
 atque innocentia summa, militiae clarus, & in ea ad sum-  
 mas dignitates euectus, unde & pileae dictus est ludus.  
 Hic cum summam de se expectationem omnibus daret,  
 Laeti insidijs, quae imperium illi astruxerat, & militari factione  
 Iuliano, quae successit, non in scio. LXXI. aetatis anno periit.

Didius Iulianus Mediolanensis.

I mperium, quod per scelus necis imperatoriae conscius  
 primus etiam licitatus esse dicitur, intra septimum men-  
 sem cum uita simul amisit. nec enim militi gratus, ob  
 non integrum donatum datum, & populo etiam inuis-  
 sus ob perfidiam in principem optimum. Quare inter  
 utriusque odia destitutus, Septimij seueri iussu, qui impera-  
 torem se appellauerat, damnatorum more necatur. Vo-  
 cesque in illum graues a populo saepe iactatae.

Septimius Seuerus.

A frica illa olim imperij Romani annula hunc genuit  
 imperatorem magis necessarium, quam inutilem. Unde etiam  
 iam iactatum uulgo, aut nunquam nasci debuisse, aut nun-  
 quam mori. Nam & imperium fortiter administrat-  
 uit. & sublatis in oriente Pescennio Nigro, in Gallijs  
 Clodio Albino, quem & Caesarem dixerat, orientem  
 omnem Parthis, Arabibus, Adiabenis deuictis, Ro-  
 manae maiestati restituit. Arcus adhuc Romae Victo-  
 riae monumentum titulis magnificentissimis uisitur.  
 Britannos tumultuantes coepescuit uallo per XXXII. pas-  
 suum millia a mari ad mare ducto, ubi etiam duode-  
 uigesimo imperij anno septuagenario maior ex articula-  
 ri morbo decessit. Bellicis artibus clarus. pacis, nisi saeu-  
 tia, ac perfidia eas inquinasset, non contemnendus.  
 Ceterum literarum non ignarus, matheos peritus  
 a latinis non abhorrens, nisi punicum quid redderet.  
 Cadibus illustrium uirorum adeo infamis, ut punicas  
 clades in toga caesorum ciuium romanorum sanguine  
 rependerit.

[ Antoninus Caracalla.

V estis huic, quam talarum e Gallijs aduectam, Ro. Po. do-  
 narat, cognomen addidit. Seueri patri adhuc uiuenti co-  
 tumax, nec minus in fratrem Getam impius, quem patre  
 mortuo statim occiderit, militum tamen gratus, cum ob in-  
 gens donatum his datum, tum quod in castris grega-  
 rij penes militis uices ageret. Alexandri magni admirator  
 quem collo in laeuum humerum detorto reddere cuperet.

IO. BAP. EGNATII.

Hic orbe peragrato Alexandrinorum dicacitatem ultus in genti eorum caede Persas dolo magis quam virtute fudit. sexto demum imperij anno militum dolo Carris, dum uentris oneri leuando intenderet, interficitur XXX. aetatis anno.

Opilius Macrinus.

- Obscurissimis parentibus ortus Maurusij generis malis artibus, ac pudendis ad praefecturam euectus, a iuris tamen scientia non alienus, sed uenali fide, ac uita semper sordida post interfectum Antoninum, imperium cum Diadumeno filio formosissimo Macrinus inuasit. quod cum per annum & menses duos obtinuisset, uictus ab Heliogabalo cum filio, quinquagenario maior fugiens obtruncatur. Data est actio consulenti super imperio talis.

ὦ γέρον ἢ μαλαδίη σε νέοι τεύρουσι μαχίται  
σὴ δὲ βίη λέλυται. χαλεπὸν δὲ σὲ γῆρας ἰκάνει  
Varius Heliogabalus.

- Affyrium (quis credat?) principem nescio, maiori ne fortuna ludibrio, an Romanae maiestatis suggillatio ne orbis hunc per duos & amplius annos tulit, & eum incestum, siquidem uerum erat Caracallae filium ex Senide consobrina natum. Qui ex oriente Romam profectus, interfecto (ut dixi) Macrino tralato etiam inde Heliogabali numine ad urbem, in summa omnium expectatione uenit sed illimox omnia in ludibrium aut odium conuersa sunt. Nullus enim principum ad hanc diem maiore libidinis flagrauit infamia, ut se in

LIB. I.

7

muliebrem sexum exsecari curarit. Nullus maiore luxu opes prodegit imperij. nullus denique cōtaminatus, aut impurius uixit, omnium religionum contemptor, praeter patrij numinis Heliogabali. Hunc tamen in cloacam proiectum, mox in Tyberim cum matre Scenide tractum per milites populus Romanus ita ultus est, uti nomen eius Ex publicis monumentis eraderet. Vixit annos. XVI.

Alexander Seuerus.

- Meliore orbis fato ex Mamaea consobrinus Heliogabalo Alexander iam pridem ab impura illa bellua adoptatus, in imperium successit, optimis principibus aequatus, innocentia, in uiros bonos beneneuolentia, & (quae praecipua dos principum) singulari in omnes clementia. ut αὐτοκράτορ eius dicatur imperium. Hic expeditione Persica ex animi sententia cōfecta, dum ad septentrionem uertit arma, Germanis tumultuantibus factione militari tertio decimo impij, uita anno undetrigesimo Maximini perfidia cum matre in tentorio necatur. Primus post Adriani principem, qui uere pietatis lumen acceperit. Nam Christum in larario suo semper habuit. Quin illa ex sacris literis sententia frequens ei in ore esse. Quod tibi nolis, id in alterum facere caueas. Locum etiam Christianis ad iudicauit, quibus Popinarij litem intendebant, rescribens Deum multo melius quoquo modo coli, quam popinarijs assignari.

De Parthorum, & Persarum imperio.

- Non alienum ab instituta serie fuerit, quando post haec Persarum arma in oriente, post parthica toties erunt

referenda, si brevi imperiū utriusq; populi, tum ad nostram aetate in eo terrarum tractu regnorum seriem perstringam. Primus igitur Parthis Arsaces libertatē asseruit ad eā diē cum ceteris orientis populis regibus Macedonū obtemperantibus. à quo ad Artabanū regem perpetua Arsacidarum gloria per quadringentos, & amplius annos floruit, dissidentibus inter se Syriae regibus. Parthis uero per haec temporaria admodū fortuna cum Romanis contendētib; Artaxerses Persa, uir obscuris admodum parentibus ortus, genti suae, ueterem imperij gloriam restituit. Tripliciq; praelio Artabanō cum tota Arsacidarum familia caeso Persas orienti iterum imposuit. Quorum imperium ad Chosroen usque regem, & Heraclium imperatorem per quadringentos annos mansit, grauib; praelijs, alternante fortuna, cum Romanis interim gestis. Qua tempestate Sarraceni ex Arabia profecti, Maomethe duce, noui delirij authore, Persas primum, mox Romanos uarijs & ingentibus cladibus afflixere. floruitq; Sarracenicum nomen, Persico sublato, adeo ut non contenti Asiae imperio, maximam Europae partem sibi subicerint. Ipsam etiam terram Italiam (quod horreat meminisse animus) mari, terraq; foede per ducentos & amplius annos populati. Mox praeualentibus Turcarum rebus, diuisum in oriente imperium est, Sarracenis Aegyptum, & Asiam ad orientem sibi uendicantibus, Turcis propiores Europae provincias per nostrorum principum segnitiam occupantibus, repressaq; interim gentis in Christianum nomē infestissimae rabies Gallorum armis Europae prin-

cipium, communi expeditione, auctoribus tamen Francis in eos sumpta, & Hierosolyma nobis restituta. Ceterum nostrorum discordia rebus in Asia labentibus, & modo Tartaris, modo Sarracenis de imperio contendētib; Asiae pars, quae a Tauro, ad Euphratem protenditur, seruorum imperio, reliqua ad Hellespontum Turcis cessit. Interim centesimum abhinc & amplius annū, Tamberlanes inter Scythas humili loco natus ex gregario milite ordinis primo, mox exercituum ductor. Parthis imperium astruens, uictis omnibus finitimis gentibus, Syriam cum tota Aegypto populatus est, inde in minori Asia Paizeti Turcarum principi congressus, eum captum cum tota gente ad internitionem caesa, in uinculis habuit, uictorq; domum reuersus, urbe etiam Marchanti populosissima à se condita, & uictarum gentium spolijs ornata imperium moriens duobus filijs reliquit. Quorum dissidio res tanta indole parta, retro facile abiit. Stetit tamen regnum trans Euphratem filijs incolunt ad Usuncassanum usque. qui cum Maomethe etiam conflictavit. Variatum demum in his terris re aegyptiaca interim florente. donec auditum est aetate nostra Psophis nomē unius ex Usuncassani haeredibus (uti credunt) fortuna seruati. qui magno hominum fauore ad imperium ascitus, ueluti hereditarium odium cum Turcis exerceat.

Julius Maximinus.

Redit nunc stylus ad institutam seriem. Nam Alexandro interfecto, successit Maximinus cum filio eiusdem



IO. BPA. EGNATII.

nominis, Thrax gente, & sauitia insignis. aduersus quem, cum Senatus Pupienum & balbinum imperatores declarasset, immanitatem hominis, ac barbariem pertesus, ille statim in Italiam cum Germanico, ac Pannonico exercitu descendit. Aquileiaq; incassum obfessa, à militibus fame laborantibus cum filio necatur. memorabilis militum uox fuit, cum utrumq; interficerent, ex pessimo genere ne catulum quidem habendū Imperarūt ambo annos tres. pater sexagenario maior, filius uigesimalium annum agens obiit.

Balbinus & Pupienus.

Imperatores hi primum ex S. C. duo aduersus Maximinum creati Balbinus nobilitate generis præstans. Pupienus, qui & Maximus, militari disciplina clarus, à quo & Maximini uicti. Cæterum cum parum inter se concordiam animo, Respublicam regerent, à militibus uterq; interficitur Gordiano puero summæ rerum imposito.

Gordianus,

Optimum, ac nobilissimum principem terris Diis dederant si diu rebus illum præesse uoluissent. Nobilitatem eius auus, paterq; imperatores, & Scipionum stemma genti infertum. bonitatem Romani populi, ac militum & orbis totius adolescentem amor attestatur. Sed cum bellum ingens aduersus inoscentes Persas conflasset, iamq; Mithriæ socii diligentia feliciter confecisset. Philippi præfecti dolo, qui socer primo, mox princeps, ineterficitur. haud tamen inulta mors optimi principis fuit. omnes, qui in illum coniuerauerant, crudelibus suppli-

LIB. I.

cis affecti, & Philippi non diu imperium tenuerunt. Vixit annos. XXII. Imperauit sex.

Philippi.

Uobis principibus audita Gordiani morte, à Senatu creatis, Marco primum, mox eo breui absumpto, Seuerus Hostiliano, qui & ipse non diu superuixit, Philippus imperium occupat. nec ei gentis humilitas obstare potuit, quo minus imperaret. Nam per omnes militiae gradus ob uirtutem euectus, tandem præfectus a Gordiano in Mithriæ locum factus, optimo adolescenti insidias comparauit. eoq; per dolum caso, imperator ab exercitu dictus Romam cum uenisset filium Philippum imperij participem declarauit. ipse post quintum imperij annum Verona medio capite supra ordines dentium præcioso, filius duodenarius Romæ necatur. quem adeo tristis ingenij ferunt, ut nunquam riserit, & semel ridem patrem auersatus sit. Sub his seculares ludi magnificentissimi millesimo ab V. C. anno dati sunt qui à Christiana pietate nos abhoruisse Philippum tradant, quorum testimonio hominis perfidia fidem abroget.

Decius.

Inuitum ac penè reluctantem Philippi socordia hunc imperio præfecit, haud dubie tamen nobilissimis parentibus Bubaliæ inferioris Pannoniæ urbe natum. Nam Philippus nuntiata Marini ducis, & Mæfici exercitus rebellionis, cum Decium ad comprimendos eos motus mitteret, recusauit primo Decius, mox etiam admonuit, non esse ex Philippi re, ut ipse eò contendere. Cæterum

Egna.

b

fatis rem ita trahentibus, ut primum proninciam attingit imperator omnium consensu dicitur. Et interfectis (ut dixi) Philippis, cum aduersus Gothos cum filio audacius, quam consultius pugnaret, cæsus cū toto exercitu ab his est, corpusq; paludis uoragine absorptum nusquam inuentum. hic charissimus senati fuit. Et qui à nobis etiam inter optimos principes adnumerari posset, si iniuriam à Christiana pietate abstinuisset, in quam plus nimo Philippi etiam odio sæuijt, Fabiano, ac Cornelio pontificibus Romanis martyrio affectis. Vixit tamē annos. L. Imperauerūt uterque, biennium.

Gallus pater, & Volusianus filius.

**H**i post Decium imperium adepti, infelicissime illud per ānos duos, & menses octo rexere. Nam cum Scytis tributo anno, drachmarum centum transgere, primi qui Romani maiestatem imperij tam fæda pactione sugillarint. & armeniam amisere, expulso à Parthis Tyridate eorum rege. Tam fæua deinde lues orbem inuasit q̄ ex Ethiopia ortum habuit, ut per annos quindécim terras penè omnes exhausserit. Tandem Aemiliano imperatore facti, uicti prælio, à militibus occiduntur. pater ætatis anno. XLVII.

Aemilianus.

**T**rimestrem & hunc imperatorem Mauritania nobis dedit, uirum (quod fatendum est) militiæ peritum, sed ignobilem. qui uictis ad internitionem penè Gothis aflu etiam adhibito, cum omnem prædam militi promississet, imperator ab exercitu dicitur. Mox Valeriano

ab Alpino exercitu imperatore nobilissimo, ac Cæsorio uiro creato, qui Aemiliano fauerant, ne civili bello Rempubli, confictarent, Aemilianum necant, soloq; ducis capite res peracta est, anno ætatis eius XL.

Licinius Valerianus.

**N**illum principem maiore unquam fauore orbis accepit. nullus eo calamitosior ad hanc diem imperio præfuit. uel quod à Sapore Persarum rege uictus acie (sue dolo suorum, siue eius imprudentia id acciderit) (nam utrūq; traditur) miserabili captiuitate apud eos consenuit, uel quod Galienum filium post se reliquit. qui Caligula, ac Vitellij simillimus orbem terrarum penè perdidit. externis hostibus adeo nobis insultationibus, ut fœminæ imperium in Galieni contemptum occuparint. Triginta certe tyranni nescio Rempu. magis afflixerint, an aduersus hostes nostros necessarij tutati sint. qui p ea tempora in prouum rem imperij labentem per Galieni luxum sustinerent. Vixit Valerianus septuagenario maior, imperauit annos. XV. Vir ante imperium summis honoribus factus, & in his cum summa laude, ac uirtutis opinione uersatus.

Galienus.

**A**d Valeriani calamitatem accessit Galieni filij imperium. qui nequissimus omnium mortalium adeo per luxum, ac seordiam imperium afflixit, ut per totum terrarum orbem grauissima externa bella senserimus. neque uero minus à .XXX. tyrannis uexata fuerit res. Is Galienus, cum aduersus Aureolum com



IO. BAP. EGNATII.

parato exercitu Mediolanum usq; contedisset, Aureolâ cominento iam penè uicti, certe intra Mediolanū obfessi, interficitur quinquagenarius. Impauit ānis. XV. cum patre septem, solus octo. affuit huic principi (qd mireris) animi quandoq; uigor, & ad se ulciscendum audacia. nec minus in eo liberalitatis effulsit, cum nihil unquam petenti denegaret.

Claudius.

○ stenderunt & hunc terris numina uerius, quàm concessere. Quippe cuius principatu restitui ad integrum res potuerit, nisi intra biennium fato occubisset. Is em̄ Gotthorum arma late uagantia primus cōpescuit. Naualibusq; ac terrestribus bellis eorum opes attriuit, ut omnes prouicias nulla nisi gotthica mācipia essent. Alemannorum ad Benacum lacum infinita millia profligauit illud memorabile, quod Græciæ uasitate, quàm Gotthorum arma intulerāt, Athenis captis, cū librorū ingentem uim conseruassent, de his comburendis barbari iam consiliū ceperant. tum unus ex his abstineamus, inquit, hanc iniuriam ab his codicibus, quibus graij homines diu studiosius incumbunt, minus ad bella idonei sunt. Illud etiam in Claudio memorabile quod accepto imperio, cum in Senatu uariarent sententiæ utri prius bello occurreret, Tyrānorum, an Gotthorū Gotthos censuit prius aggrediendos, quod hi Reipub. hostes, Tyrāni, principis essent. p̄fuit biēnio nō itegro.

Quintilius.

Hic cum dies septem ac decem imperium authore se

LIB. I.

natu tenuisset, Aureliani imperatoris nuntio exterritus sanguine è uenis emisso obiit

Aurelianus.

Hunc inter principes necessarios magis quàm bonos multū reponunt. Nam quantum illi gloriæ triumphis hostiles, & militaris peritiā uendicat, tantum seuitiā dormi etiam in sororis filium exercita laudis detrahit.

Princeps tam dignus, qui Claudij etiam prerogatiua Rempu. ea temporum calamitate susciperet. Barbaros enim in terra Italia uagantes triplici prælio affixit. Monetariorum bellum non sine ingenti cæde sedauit. Zenobiam insolentem duplici prælio uictam, & per obfidionis moras tandem fractam in triumphum duxit.

Aureolum, tyrannorum non paucos aut interfecit, aut sibi conciliauit, Tetrico uno ex his etiam Lucaniæ correctore instituto. imperauit annis V. Domesticorum fraudes inter Byzantium & Heracleam oppressus.

Tacitus.

I nterregnum per septem menses Aureliāo interfecto fuit. cum miles ad Senatum, Senatus ad militem prerogatiuam imperatoris deferret eligendi. tandem patres militari consensu uicti Tacitū Augustum dixerunt. ex quo tantum publice gaudiū fuit, uti literas Senatus ad municipia Italiae sup ea re dederit. Quā uero aplissimi ordinis iudicium à militari tumultu distet, Taciti declaratio ostendit. cum in curia testati sunt neminem aut iustius quàm grauem uirum, aut prudentius, quàm doctus imperare posse, Verum hic tantus uir sexto quàm imperare

IO. BAP. EGNATI.  
cep̄erat mense, militari scelere periit.

Florianus.

Hic taciti frater, quasi hereditarium imperium esset, intra LX, imperij diem, tanquam ad fortune ludibrium solutis sibi uenis, ad Probi imperantis nuntium obiit.

Probus.

Non fecit omen nominis, cum hoc illi cognomen esse potuerit, ut si non illi fuisset Probi nomen, cognomento hoc appellari potuerit. huic nec Taciti frater obstitit, quominus orbis totius sensu imperator diceretur, nec generis humilitas, cum patre Dalmatici sanguinis, & eum agrestem habuerit. Vir pacis, bellique artibus longe clarissimus. huic per sex annos, quibus imperauit, uicti Sarmatæ debentur. Tyranni per hunc omnes sublati, pax uniuerso terrarum orbi restituta. celebris uox eius excepta inuidiam peperit apud milites, neque enim necessarios amplius dicebat fore milites, ubi hostes deessent. quos nusquam uirtute sua futuros mox sibi promittebat.

Carus.

Narbo Martius hunc genuit imperatorem bonum, sed ad posteros etiam commendatorem multo futurum, nisi Carium flagitiosissimum principem reliquisset. Hic bello persico capta Seleucia. & Ctesiphonte. dum ad Tigridis fluum castrametatur, fulmine ictus periit, Numeriano filio ab Aprosocero mox interfecto adolescente tamen probitatis, tamen eruditionis egregie, maxime autem ad poetice nato. & Carino Romæ per dioclitianum primo

cipem caeso, hi tres uix triennium explerunt.

Dioclitianus. & Maximianus Aug.

Subeat forsitan admiratio multos hac nostra principum relatione, quod paucissimos Quiritij sanguinis, oes fere externos, & pudenda quosdam etiam originis, non tamen poenitendos recenseam. Sic hactenus Decium Panoniae, Aureliani daciae, Claudium Dardani, Probum Dalmatiae, Carum etiam Galliae sibi uedicat. Quid, quod eadem dalmatia alterum etiam nobis imputet, oibus equadum principibus, si a pio sanguine abstinnisset, Dioclitianum? Is. n. Salonis ortus, libertini etiam sanguinis, cum mole imperij grauiore aduenteret quam ut unus eum uniuersa par posset, Maximianum Augustum creat, amboque duo sibi Caesares, Galerium, Armentarium cognouit. & Constantium Constantini magni patrem dicit. Dioclitianus igitur, quando per partes rem tutius conficere posse ratus est, Maximianum Gallijs praeficit, eoque confecto bello, in Africa aduersus quinquagenarios transire iubet. utrobique sedati tumultus. Africanus certe aliquanto difficilius, quod quinquagenarij, & supra eum annorum numerum ueteranus miles ad obsequium tam facile redigi non poterat. Interim Aegyptum Dioclitianus inuadit. Achillem incubatorem imperij Alexandriae per menses aliquot obsessum, & in potestatem redactum feris lacerandum obiicit. potentissimus quaque caedibus, ac proscriptione petiti. Interim aduersus Narseum Persarum Regem Galerius infeliciter primo, mox reparatis copijs, ira etiam animos illi faciente, quod ad Dioclitiani carpentum post cladem acceptam per mille passus pedes currere coactus est.

egregie uicit Narseo fugato, & caesis magna ex parte Persis, pellicibusq; cum gaudio omni regia captis. Hæc uictoria Galerij uirtute, & audacia parta. qui exploratis prius hostium castris, noctu cum XX, millibus equitum Persas aggressus, dedecus acceptum hosti rependit. Diuersa etiam parte Constantius ab Alemannis improuiso insultu primum uictus, & eodem die mox uictor. LX. eorum millia cecidit, ea clade Germanicæ attrita, Galliæ liberata, sicq; pacato orbe post annorum imperium. XX. Dioclitianus Nicomediæ, Maximilianus Mediolani imperium eodem die deposuere. Rẽ miram, & ad hanc ætatem incognitam, ut sponte nec prægrauante saltem senectæ, uel rerum mole uterq; in ordinẽ se red egerit. Dioclitianus certe cõstantius in proposito mansit. Nam per decem annos quot priuatus Salonis super fuit, hortorum amœnitati uacans, iterum ad imperium sollicitatus, à priuata uita abduci non potuit. testatus nullos sibi unquam soles latiores affulxisse. Obijt autẽ duodecoginta natus annos, uel alienatione mentis, uel ueneno hausto, ueritus Licinium, ac Constantium, qui illum tanquam Maxentij fautorum grauius increperant. Sed & Maximilianus dum Constantio genero insidias parat imperiũ affectans, Massiliæ captus Constantij iussu necatur.

Constantius Chlorus, Galerius Maximus Aug.

Successere Dioclitiano Ionio, & Maximiniano Herculio cognominibus, Duo ab his antea dicti Cæsares. Cõstantius uicelicet Chlorus, qui si uirentem à colore dis-

cas, & Galerius Maximinus. Sunt qui ex ueteribus mouimentis, Maximianum magis probent, sed quocunq; cognomine hic fuerit, diuerso, quod constat, ingenio uixere. Constantius benignus, ac facilis, atq; ad promerendam Gallorum gratiam, quibus præerat, propensior, nec à uera pietate abhorrens. Galerius trux, ac propere immans, ut qui rus, unde uenerat, oleret, nostriq; sanguinis appetentissimus. Sed cum undecim annos. Constantius Gallias, & Hispanias in summo otio tenuisset, (Nam Africã, Italiãq; sub imperij initia sponte dimiserat, ratus id grauioris eẽ oneris, q̃ ut ab uno sustineri posset) Eboraci decessit, moderati principis fama, & Cõstantino filio successore felix.

Galerius imperium adeptus molem & ipse secum rei reputans, duos sibi asciscit Cæsares, Severũ & Maximinianum iuniorem. illum Italiæ, hunc Africæ & orienti præficit, ipse Illyricum sibi medius asciscit. Verum non multo post genitalibus putrescentibus, uitæ tædio uim sibi gladio intulit.

Seuerus & Maximinus Impe.

Seuerum huc multo post Maxentij factio Romæ intra tabernas opprimit, & Maxentium Herculij Tyrannicæ uirum spiritus sibi præficit. aduersus quem dum Maximinianum festinat, militum suorum defectionem ueritus, retro in Illyricum contendit. ubi ulcere inguinibus innato, cum deessent remedia, nec medici ob hominis immanitatem opem ferre auderent, uermibus undiq; erumpentibus obijt. Christiani sanguinis usq; ad insanẽm pridem effusi in cassum pœnitens. Vir belli, pacisq;



IO. BAP. EGNATII.

artibus insignis nisi crudelitate nimia in nos tantas uirtutes fecisset. Solus annos duos cum Caesaribus, & Licinio imperij consorte. XV. praefuit.

Licinius & Constantinus.

**L**icinio Dacia natale solum fuit. Militaris disciplinae ad ueterem normam seuerissimus exactor. Rusticis & agrarijs hominibus (ex eo enim genere fluxerat) aequus. auaritia & ueneris studio infamis, moribus plane barbaris & literis adeo infestus ut uirus, ac pestem publicam eas appellaret, sed cur eas non odisset, quare adeo expers erat. ut ne decretis quidem subscribere posset? Illud in eo non reprehendas, quod spadonum, Aulicorumque insolentiam mire comperscuit, Tineas, soricesque palatinos appellas. Hunc Constantinus nouas res molientem, primum in Pannonia campis fudit. mox reparantem uires incredibili celeritate ex Europa in Asiam expulit. maleque reconciliata iterum gratia per Constantini sororem Constantiam, quae illi uxor erat, cum rebelles animos homine uocors retineret, etiam contra sacramenti fidem Thessalonicae interfici iussus est. Imperauit annos. XIII. sexagenario maior, Christianis infestissimus. Unde illi discordiarum semina aduersus Constantinum acriora.

M. Flavius Constantinus, Constantij Aug.

**F**elicioribus auspicijs, ac meliore partium nostrarum euentu, rerum tandem Constantinus ponitur ex Helena Constantij uxore susceptus, & ceteris fratribus ob egregiam indolem, cum illi segnitiam praeseferrent, patris etiam testamento praelatis. Hic sub Ca

LIB. I.

14

lerio rudimenta militiae felicissime auspiciatus. parta ex Sarmatis egregia uictoria, ueritusque ex ea laude gliscentem inuidiam ad patrem transfudit, eoque mortuo, Gallias, Hispaniasque, & Gotias alpes obtinuit. Constantio patre id multo ante somnio praesagiente, egregium imperatorem fore, qui Dei militibus opem primus ferret. Iam primum igitur ueteranis militibus agros assignatos, ut ad filios suos transfirent, primus instituit. Tertio imperij anno accersitus in Italiam ab ijs, qui Maxentij tyrannidem ferre non poterant, biennio totam Italiam, urbemque Romam pristinae maiestati asseruit, Maxentio Tyberinis gurgitibus absorpto. Inde abnegato idolorum cultu, Christianam puritatem ita amplexus est, ut praeter egregia dona Diuorum nostrorum templis illata, Christum ab omnibus colendum praeciperet, Temploque illi, & alijs numinibus erexit. nec alia magis causa acrius in Licinium exarsit, quam quod ille aduersaretur nobis. Bella contra Barbaros multa felicissime confecit. unde primus Romanorum principum Magni cognomen tulit. A bellis ad pacis studia conuersus, optimum principem primis annis egit. Leges sanctissimas tulit, literis & ipse impense semper studuit, eas fouit. Religionis adeo obseruans, ut Nicenam synodum. CCC. & .XII. patrum multis dissidentibus indixerit. Bizantium instaurauit, impetratoriamque urbem & nouam Romanam appellari uoluit. moriens & Constantinopoli sepultus. Tres liberos & Dalmatium fratris filium successores reliquit. XXX, & amplius annos

imperās, tredecim uero ex his solus. De eo sic memorie proditum, decem primos annos, ut praestantissimus diceretur. XII. sequentibus latro, decem nouissimis pupillus ob immodicas largitiones. De eius baptismate ut uariant authores, sic constanti fide, quae de imperij donatione circumferuntur, ut minus similia ueri non probant. Sed alij hoc uiderint.

Constantinus Constans, & Constantius  
Constantini filij Aug.

Hi tres imperium, quod per manus à patre acceperunt, ita partiti sunt, ut Constantinus maximus natu Gallias, & Hispanias, Britanniamq; insulam obtineret, Constanti Italia cum Illyrico, & Graecia cederet, Bizantijs & Oriens Constantij esset, qui Dalmatum socium imperij haberet quem haud multo post dolo exceptum militari factione oppressit, cum annos tres imperasset. Nec durauit diu fratrum concordia. siquidem in nefarium bellum rapti fratres. nam Constantinus Gallico exercitu fretus, Constanti fratri bellum intulit. quod dum cupidius, q̄ cautius gerit, ad Aquileiam exceptus insidijs nondum triennio finito, uulneribus confectus periit. Inde Constans uictor, cum non sine labore provincias transalpinas in potestatem redegisset, egit primum optimum principem, mox aduersa ualitudine, siue rerum felicitate mutatus, ingratus omnibus esse cepit. Donec & ipse Magnentij dolo dormiens intra tentorium, ad Helenam oppidum, oppressus est. cum imperasset annos. XIII. uixisset paulo plus. XXX.

Constantius caedem fratris ulturus, ingenti exercitu ad-

uersus Magnentium comparato, ingenti illi praelio & enemorabili, ad Murium fudit. quo Romani uires imperij penè concidere. LIII. millibus utrinq; desideratis. Mox cum Magnentius bellum reparasset, & ad Lugdunum iterum uictus esset, gladio sibi latus aperuit. sed & Decentius frater qui Caesar ab eo dictus fuerat, laquei morte praepostera uitam finiit. Nam Britannionem ante Constantius ueniam petenti facile dederat. Is Britannion adeo expertus literarum est habitus, ut ne prima quidem elementa calleret. Ceterum Constantius Galliam a se antea dictum Caesarem ferocientem, & insolentem supra Caesaris nomen interfecit. & contra Persas infeliciter confligit militum suorum stultitia. Quibus ad sua abeuntibus, quae Massagetae uastabant, dum Romam inuisit, Iulianum Galli fratrem, tres & uiginti annos aetatis agentem, Caesarem à se factum, in Gallias aduersus Alemannos eas uastantes misit. ipse in Persas iterum contendens dum aegre ferret, Iulianum à militibus Augustum esse dictum apud Mopsucrenen iuxta Tauri montis radices a stuantissima febre decessit. Vixit annos. XL. Imperauit. XXIII.

Iulianus.

Constantio extincto, Iuliano facile cuncta cessere. Puer hic ingenio sublimi, callido, & literarum ardentissimo, Gallias sub primum accessum praeter omnium spem, Alemannorum incursum uastatas asseruit, regemq; eorum cepit. inde Augustus militibus salutatus Parisijs, mortuo (ut dixi) Constantio, aduersus quem bellum civile parabat, Persis, adeptus imperio, indixit. ubi dum incosultus



IO. BAP. EGNATII.

egit Persæ viri dolo in deserto cum exercitu ductus, con-  
to traiectus perijt. Sunt qui sagitta e cœlo missa uulnera  
tum dicant. Vnde in nefariam uocem erumpens, uici-  
sti Galilæe, (Sic enim Christum appellabat) occubuerit  
Christianos impio quodam odio adeo infectatus, ut stu-  
dia, & militiam hisce interdixerit, plerosq; premijs  
& illecebris, quasi machinis à uera pietate auerterit.  
Quinetiam imperator (ita Deo uisum) aduersus nos li-  
bros edidit, ille uero si ingenium, indolemq; egregiã  
ad ueram pietatem, quam puer imbiberat, conuertisset,  
iter egregios principes adnumerari potuit. decessit años  
agens alterum & trigessimum. Solus ann, unū, menses  
tres imperauit.

Ioninianus.

Hic Varronianus pater. Pannonia patria, stature pro-  
cera, ingenij amœni, nec à literis abhorrentis qui ami-  
litibus primo imperator salutatus, deceptis similitudine  
nominis, quasi Iulianus reuixisset, cum Persis pacẽ ma-  
gis necessariam, quàm honestam Trāstigritanis pro-  
uincijs quinq; amissis inijt. Accessit nouæ ignominie  
dedecus grauius, uetus imperator Ro. Arfaci socio opẽ  
ferre. perijt octauo imperij mēse Dadastanis oppido, dñ  
cubiculum ingreditur noui testorij, prunis etiam ardẽ-  
tibus. siue ut, alij, stomachi cruditate. XXXIII.  
ætatis anno.

Valentinianus. & Valens Aug.

Dedit & hos Pannonia principes Gratiano patre ortos.  
primū Valentinianus ab exercitu Nicæ, inde Valēs ab

LIB. I

16

eo Augustus, imperijq; consors dictus, qui Procopium  
temere imperium inuadentem, Cōstantinopoli oppres-  
sere. Inde Gotthi, & barbaræ nationes à Valentiniano  
Thracia exturbatæ, Septentrioq; omnis cū Saxonibus  
ad officium eiusdem opera redacti, Parthi e Syria per le-  
gatos eiecti. Inquietæ Germania Theodosij maioris aus-  
picijs pacata. ipse dum Quadorum legionem latrocẽ-  
nia excusantem audit, subito morbo uenis arefactis, ut  
sanguis miti nunquam pauerit, obiit Gratiano filio  
prius Augu. appellatione donato, imperij accepti anno  
XI. mense VIII. Die XX. uitæ LV. Valens post  
fratris, interitum, Arrianae factionis fautor, dum ad-  
uersus Scythas & Gotthos prælium ferocius, quàm cau-  
tus ciet, uictus ab his acie, uitam, imperiumq; amisit,  
igne intra tugurium, in quod cōfugerat, iniecto. Dignū  
imperio fratres. & inter bonos referendū, nisi Valens Ar-  
riano delirio uirtutes egregias inquinasset.

Gratianus, & Valentinianus,

Haud sanè improbandum principem numina terris de-  
derant, si quantum literis & militari disciplina uacat-  
bat, ac uenationibus, tantum curæ ad Remp. cognoscẽ-  
dam impendisset, Nam pietate in suos egregius, Valen-  
tinianum adhuc pueræ Aug. dixit, patre, patruoq; ex-  
stinctis. Mox Theodosiū Hispanū consortē imperij adsci-  
uit. Verū dum spilius tantum, arcus meditatur, dñ Ala-  
num militem Romano præfert Maximi ducis insidijs cir-  
cunuentus perijt, cum imperasset cum patre annos octo  
cum patruo tres, cum Theodosio .III. Valenti-  
nianus à Maximo emissus, Theodosijq; ductu poi-

Ita restitutus in imperium, Maximo tyranno interfecto, Mox Eugenij & ipse post Maximum tyranni dolis victus, laqueo seipsum necavit.

Theodosius.

Hic Honorio patre, & matre Termantia haud dubie inter optimos principes adnumeretur. quippe qui Rempublici gotticis armis penè oppressam accitus ex Hispania (quæ illi patria) à Gratiano restituerit, Maximum tyrannum & Andragatium præfectum eius subito incursu victos occiderit. Valentiniano imperium asseruerit Mox Eugenium tyrannum in Valentiniani ultionem sustulerit, nō sine numinis manifesto indicio. cum multo minoribus enim copijs illi congressus, militante illi æthere, & coniuatis in eius auxilium uentis, ut poëta eleganter cecinit, uictoriam insignem adeptus est. Fuit, autem hic princeps moribus & corpore Traiano principi similis, summa in eo clementia incredibilis in suos pietas, rei militaris disciplina, sagax, nec à literis alienus, simplicium ingeniorum admirator, pietatis nostræ adeo obseruator, ut summa ciuilitate ab Ambrosio antistite castigatum se, adytisq; prohibitum tulerit. Obijt Mediolani ætatis anno L. imperij undecimo.

Archadius, & Honorius.

Hosce pueros Theodosius uiuens, imperij consortes fecerat. & moriens, quando ætas rerum molī non responderet, tres imperij tutores testamento sanxerat, Arcadio Ruffinum, Honorio Stiliconem commendans. Africæ uero Gildonem præesse uoluit. prior Ruffinus dum

gotthica sollicitat arma ut imperiū meū ab Arcadio extorqueret, perfidiæ pœnas dedit pariq; pœna Caius Ruffini sceleris popularis afficitur. inde mox Arcadius, cū Bizantijs regnasset ann. ferè. XIII. obiit. Theodosio filio relicto. Maior rerum moles Honorium Romæ agentem excepit, qui rebellantem Gildonem cum Mascezelis fratris ductu superasset, eundē quoq; Mascezelem rebellem expertus, Boni facij ductu uicit. At Stiliconis perfidia eo perniciosior, quo occultior fuit. Nā magno no sistro dedecore, cum Gotthi Italiā uastassent, urbemq; Romam cepissent, a stu Stiliconis rem adiuuante, tandem re ab Honorio cognita, Stilico cum filio sublatus est. qui genere Vandilus, & militaris disciplinæ scientissimus, Honorij etiam socer, si quam operam impendēdo ad Fesulas Radagaso cū ducētis Gotthorū milibus præstiterat, in asserendo imperio præstitisset. nec Romam Alaricus Gotthorū rex unquam cepisset, nec orbem totum cladibus assidujs inuoluisset, Decessit autem Romæ, cum annos duos & .XXX. imperasset.

Romæ Captiuitas.

Non potui non uehementer mirari tantam uel temporū iniuriam, uel scriptorum inertiam, tum ueterum, tū recentium fuisse, ut cum Romam orbis reginam captā ab Alarico Gotthorum rege, anno post eam conditam millesimo C. LXIII. certatim omnes memoriæ prodant, seriem tamen rei, aut indagandam non censuerint, aut indagatam tanquam rem planè ignobilem nec scitu dignam obliuione inuoluerint. Pro Deum, hominumq; fidem. Urbs orbis totius Regina, queq; eo au

Spicio cōdita credatur, ut caput orbi semper esset, & q̄  
 toties de barbaris gētibus, orbeq; triumpharat, capitur  
 gotthico astu, & interim rei series, ordoq; nescitur? Ego  
 uero id minime patiar, & omnis antiquitatis illustran  
 da studiosus, hanc quoq; rem tam memorabilem non ne  
 gligam. Astu autē barbarico capta traditur in hunc fer  
 mé modum, quē Procopius solum ex omnibus, quos les  
 gi, tradat. ut mirer ab interprete uel rem totam dissimula  
 tam, uel cum in nūtilum græcum codicem incidis  
 set, non animaduersam. Ille igitur in hanc sententiam.  
 Obsederat Romam Alaricus iam biennium. nec Hono  
 rius, qui Rauennæ desidebat, aut ferre suppētas poterat  
 aut audebat. Nam cum nihil minus, quā de urbis sa  
 lute sollicitus esset, Stilicone interfecto, ducem exercitū  
 minime præferat, qui rem aduersus Gotthos admini  
 straret. Vnde Gotthis obsidendæ urbis cogitatio, Ro  
 mano milite aut dilapso. aut segniter rem agente. Ve  
 rum eam frustra obsessam, cum expugnare ui non pos  
 sent, ad dolum hostis barbarus uertitur. Profectionē in  
 patriam simulat, Trecentosq; iuuenes, corporis & ani  
 mi ui præstantes deligit, quos Romanis principibus do  
 no det, in structos prius, ut omni obsequio dominos suos  
 promereri studeant, & ad certam diem circa meridiem  
 cum Romani principes somno, uel otio uacarent, ad A  
 finariam portam aduolent, interfectisq; improviso in  
 silu custodibus, portam sibi præstosuro aperiant. In  
 terea Gotthicum reditum alia, atq; alia deesse sibi simu  
 lantes differrent, trecenti illi iuuenes occasione egre  
 gie usi, portam stato die suis aperiant, & intromissus  
 Gotthus maiore ignominia, quā damno urbem omnē

populatur, Sunt qui Probæ illustris fœminæ & opulen  
 tissimæ opera patefactam Gotthis portam existiment,  
 cum plebem Romanam passim fame, & morbis pecu  
 dum more cadentem miserarentur. Duo sunt cogniti nō  
 indigna. Vnum editum ab Alarico fuisse, ut quicumq;  
 in templis diuorū confugerēt, præcipue Petri & Pauli  
 his nulla uis inferretur, quod & summa fide seruatum  
 Alterum, quod cum nuntiatum Honorio esset Raue  
 næ Romam perditam, credidit ille de pugnaci Gallo,  
 cui nomen erat Romæ, significatum esse, admiratumq;  
 uehementer tam subito periisse eum, qui cum paulo an  
 te festiuissime luserat. Adeo socordis ingenij princeps,  
 nec quicquam omnino paternæ auitæq; uirtutis referens  
 quod & Arcadio fratri uitio datæ est. Nam Eudoxiæ  
 uxori addictus, cum alia improbe fecit, tum Chrysto  
 mum antistitem sanctitatis & eruditionis egregiæ uxo  
 ri plus æquo inserviens, in exilium egit.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII  
 VENETI ROMANORVM  
 PRINCIPVM LIBER  
 SECVNDVS

SEQVITVR abhinc ætas, in qua mihi orbis totius  
 clades, Regnorum tristes exitus, imperia fundi  
 tus excisa, mutationes rerum frequentissime referen  
 dæ sunt. ut intelligat mortalitas nihil esse incons  
 tantius ijs, quæ tantopere ut æterna miramur.  
 Adeo enim uitæ, fortunæq; ista bona, in quibus opi  
 mone vulgi sita summa felicitas est, fragilia, cadu  
 c ij



eaq; sunt, ut nihil his esse possit cladibus, ruinisq; magis obnoxium, quod cum uetera illa Asiae imperia, tum uero nominis Romani maiestas facile declarat. quae felicibus auspicijs orta, latissimis rerum successibus aucta, uiris clarissimis instructa, quorum uirtute, ac consilijs ad amplissimum fastigium sit euecta, legibus, institutis Deum pietate illustrata, conciderit tamen, & funditus euersa sit. ut quemadmodum illa de toto terrarum orbe triumphos retulerat, sic nulla ferè hodie in terris gens agat, aut antea fuerit tam immanis, tam barbara, quae non aut auitas iniurias, aut suas illi reprehenderit. Huc accessit, quod eorum deinde, qui sequentur, principum, partim ignauia, partim auaritia, res adeo nostrae pessum iere, ut ad rem Romanam sistendam, aeternae, atq; externae uirtutis egerimus. adeo mascula illa Romuli proles, & Italica uirtus simul cum imperij lapsu conseruerat, nec Romani postea pontifices ambitione plus quam immodica, pronam iam per se in casum rem italicam non funditus afflixere, dum studijs suis nunc Francos nunc Germanos, atq; alios quosuis potius, quam italicos principes patiuntur. Illi uero quantum Romanae atque Italicæ maiestati semper detulerint, uel illud argumèto esse potuit, cum se Caesares, aut Augustos pro Henricis, & Federicis dici malint. Cuiq; se nunc Reges, nunc Romanorum imperatores appellari gaudeant. Ceterum nec querelæ locus hic est, & ipsa nostra hæc commentatio etiam nuda satis allatura doloris, ac molestiae legentibus est. Quare Theodosium ipsum iuniorem agrediamur.

Theodosius Iunior.

Quinquaginta quot uixit annos, totidem imperio etiam praefuit. Nam puerum admodum moriens Arcadius eum reliquerat sub tutela Isdigerdis Persarum regis, quod & bene cessit. Barbarus enim Rex & tutelam summa fide gessit, & pacem cum Romanis quoad uixit, habuit. Is uero Honorio defuncto, Valentinianum ex Constantio & Placidia natum, data Eudocia filia in uxorem, Romam peropportune misit, cum turbatae res essent tyrannorum libidine, qui rem Romanam inuaserant, sub hoc tertia synodus contra Nestorium celebrata, Pulcheriae sororis prudentia, nempe quoad illa est usus imperator, bene res gesta. hic uxorem Eudociam Leonis Atheniensis philosophi uxorem duxit, quae praeter egregiam formam, singularemq; pudicitiam, etiam literis excelluit, absoluto eo libro, cui titulum Graeci Συνοχη εὐτραφείας faciunt. Hoc principe VENETIAE felicissimis auspicijs medijs in aquis habitari coepere, cum Honorius adhuc uiueret.

Valentinianus Tertius.

Asseri fortasse in pristinum statum sub hoc principe res Romana potuit, si eius inceptis aut fortuna fauisset, aut imprudentia postea sua rem non afflixisset. Nam recepta sub aduentum suum Italia, cum Genserico statim Vandilorum Rege pacem sanxit partem Africae, ut uideri uoluit, contento, & aduersus Attilam Etij ductu, rem feliciter gessit. Inde Maximi arte uiri per ea tempora potentissimi, Etium interim iussit. Unde in ultionem ipse post ea Romae ab eius commilitonibus confossus perijt. Hoc principe occidentis imperium, Francis Gallias, Anglis



Et Scotis Britanniam occupantibus, Vandalis Africā  
Et ipsam urbem populantibus, Hunis Europam vexā  
tibus, Et Italiam collapsam funditus est. Perijt imperij  
Et aetatis anno. XXX.

**D**e Etio pauca dicenda hic sunt. Hic Et Dorostana Mæ-  
siae cum disciplina militari excelleret, Cōstantio defun-  
cto ab Honorio principe illi sufficitur, cuius ductū Atti-  
la in campis Catalaunicis uictus est, Et Burgundiōes  
repressi. Hunc postea Valentinianus cum interfecisset,  
interrogaretq; civem quempiam Romanum an iure oc-  
cisum crederet, iure, an iniuria occideris imperator Et nū-  
nescio. illud scio quod sinistra tua dextram tibi abscede-  
ris. nec falsus omnino uates. Nam eius morte Huni rerū  
potiū, Et imperium euersum est.

**B**reuis enumeratio eorum, qui post Valentinia-  
num Romae rerum potiū sunt.

**P**ost Valētinianum Romae Anitus senatorij uir ordinis p̄-  
fuit, Anito inde Maiorianus quadriennio. Hunc Seue-  
rianus, Severianum Anthemius, Anthemium Liberius  
subsecutus. Cui Glycerius, Et Glycerio Nepos statim suc-  
cessit. quo per uim pulso, Augustulus male ominati no-  
minis rerum potiū. sub quo Romani maiestas imper-  
rij conuulsa per Odoacrem Herulum sero admodum  
ad Francos redijt

H. Valerius Martianus.

**N**unc imperatores Constantinopolitanos, quando illi tā-  
tum per illa tempora uigere, ad Constantinum usq;  
Paleologū cōtinua serie perstringemus, initio à Mar-  
tiano

no sumpto, q licet humili loco natus, militiā tñ clarus,  
Pulcheriae Theodosij sororis studio rebus praeficitur mo-  
deratus princeps, Et rebus gerendis idoneus, si per sene-  
ctam diutius uiuere potuisset, nā pacē, quoad eius fieri  
potuit, coluit. Illud saepe usurpans, dum in pace esse pos-  
sumus, arma nō induamus. Is Tatianū, Iulianūq; fratres  
q olim aq̄la superuolatīs eius caput auspiciū retexerat  
uaticoq; ducetorū aureorū inopē, Et aegrotantē adiuue-  
rant. statim ut princeps est dictus, alterū Illyrico. alter  
Cōstantinopoli praeficit. Hoc principe Chalcedonen-  
sis quarta synodus celebrata aduersus Dioscorū, Et Eu-  
tychē Leonis pōtificis Romani iussu. Impauit ānos sex.

Leo.

**P**rimus hic graecanicū uir sanguinis imperium tenuit, Aspa-  
ris patricij factione adiutus. Cuius etiam filiū Cēsare  
cum inuitus creasset, postea cum Ardaburio fratre, ut  
insidiarū in se auctores interfecit, Leōemq; ex ariadna  
filia, Et Zenone filium successorē sibi esse uoluit. Is ad-  
uersus Censericum Vandalorum regem Basiliscum du-  
cem misit. qui si Zonarā sequere, uictus nauali praelio  
à Vandilis aufragit, siue illud ignauia, siue proditio fue-  
rit. Byzantiū huius imperio magna ex parte conflagra-  
uit praeterquā quod Italia in perpetuo motu fuit. Imper-  
rauit autem. ann. XVII.

Leo Iunior.

**H**ic puer ab auo relictus, cum annum praefuisset. Zenoni  
patri manibus suis diadema imposuit, patrēq; pro se de-  
inceps imperare iussit.

Zeno Isauricus.

Quam uarie rebus Romanis illuserit fortunæ uis, hic Zenon facile cum plerisque, qui explicandi mihi principes erunt, probet. uir obscurissimi sanguinis, & cum facie deformis, tum moribus planè tyrannicis, ut Isaurum agnoscas. Hic Theodoricum Ostrogottorum regem cum unice diligeret, in Italiã aduersus Odoacrem misit Consulem prius à se factum. Pulsus uero à Basilisco factione uxoris, cum in Isauriam concessisset, non multo post reuersus, & Basiliscum expulit, quem & inedia mori coegit, & annos tredecim Tyrannum uerius quàm principem egit. Sunt qui uiuum adhuc inclusum ab uxore sepulchro tradant, frustra quæ resipiscētem, & opem qui ritantem obiisse. Hoc principe incendium adeo graue fuit. ut præter maximam urbis partem conflagratam, Centum & uiginti librorum millia combusta sint, inter quæ & Homeri poema intestino draconis CXX. pedum aureis literis descriptum.

Fl. Valerius Anastasius Dicoros.

Dicorum hunc cognomen Græci appellant à discoloribus uidelicet oculorum pupillis, quarum dextra nigricans, sinistra cœrulea fuerit. inter bonos principes utique mihi referendus, tametsi ab humili loco ad imperium euectus Ariadnæ Zenonis uxoris opera, nisi postea mutatus, Eutychiænæ hæresi adhaesisset. Vnde illi aduersus orthodoxos graue dissidium conflatum. Bulgarorum arma tunc primum audita, & Sarraceni Alamundaro duce Syriæ graues incubebant. Hic tyrannorum aliquot seditione fatigatus, post octuagesimum & octauum uitæ annum, imperij uigesimumseptimum,

fulmine afflatus perijt, ulciscēte grauiter numine pietatem toties ab impuro principe uiolatam.

Iustinus.

Quis credat Thracem hominem armentarium, & sues agentem sine tribu, ignotis, obscurisque parentibus ortum, & rebus præfuisse, & rem tum feliciter, tum optime administrasse? Rexit tamen ille summa cum laude & pietatis studiosissimus ueræ. Ioannem Romanum Pontificem ad se legatum ueniētem, à Theodorico Gotthorū rege pro Arrianis, quos expulerat Iustinus, restituendis uenerabundus excepit, & principatum dolo partum. (quippe qui acceptam ab amantio eunucbo pecuniã, ut militiã pro Theocritiano præficiēdo distribuere, in se suffragia uerterit). magna uirtute postea administrauit. nono imperij anno Iustinianum ex sorore nepotem, cum adhuc uiueret, sibi successorem instituit quo facto non multo post obiit.

Iustinianus.

Nepos Iustino ex sorore, cum annum quartum & quadragesimum ageret, imperare cœpit, quod per annos undequadragesima administrans ueterem Romani imperij gloriam mirum in modum ampliauit. Primum enim Persas Bellisarij opera intra suos fines conuulit. inde eodem duce Romam à Gotthorum seruitute asseruit. Africam imperio pulsus Vandilis restituit. Narse te duce Gotthicum tandem nomen deleuit. Bis triumphatum ex instituto ueterum Romanorum. De Persis & Vandilis à Bellisario. leges infinitis uoluminibus

antea dispersas in L. digestorum libros cōtraxit. Institutionū libros quatuor edidit. Codicē inuulgauit. Maximus certe princeps, nisi auaritiæ, & delirij Eutybianæ fuisset. Sericiusus è Persis ad Græcos hoc tempore transit iampridem desitus.

Justinus Iunior.

Hic æmulus Iustini, & ut filius à Iustiniano in regia semper habitus, facili admodum ingenio, atque ad promerendam ex liberalitate hominum gratiam nato fuit. Cum persis pacem fecit, Tributo, quod Romani annuū his expenderent, sublato. Longobardi Germanica gēs à Narsete indignato cōtra Sophiā in Italiam hoc principe irrupere. quā ab Alboino rege ad Desyderium per CC. & III. annos in principatus diuisum tenuere. Obijt graui pedum dolore anno XI. imperij.

Tiberius.

Tiberius adoptatus à Iustino rem per septennium foris satis feliciter gessit. Domi summa cum pietatis & liberalitatis opinione. quod si quemadmodum Persas grauius afflixit prælijs, sic aduersus Longobardos felix fuisset nihil illo principe fortunatius. Obijt Mauricio genero successore declarato

Mauritius.

Cappadocem hominem uirtus, & rei militaris scientia, parataq; eius ductu de Persis insignis uictoria. imperio facile imposuit. quod sub initia Persis, uictis, Scythis afflictis, Longobardis repressis, & Hunis

nis è patrio solo in solitudines pulsus, feliciter administrauit. Mox auaritiæ studens, cum frustra Phocæ insidias, somnio etiam admonitus præcauisset, dum miles stipendio fraudatus seditiosus agit, ab eodem Phoca imperio & uita priuatur. cū imperasset annis. XX. uixisset tres & sexaginta. eius etiam omnis prosapia sublata est. Turcaicum nomen tunc primum Asiæ auditum.

Phocas.

Adeo præcipites in malum homines agimur, ut Phocas nec Mauritiij auaritiæ admonitus, adepto imperio per Mauritiij cædē ab hoc uitio temperarit. Quin longe studiōsius colligendæ undiq; pecuniæ incubuit, & omnia ex Persicæ seruitutis instituto egit. unum in hoc homine laudes, quod Romanum pōtificem principem omnium iure declararit. Cetera adeo socors & ignauus, & frequentibus adulterijs infamis, ut cū Romanū imperium undiq; barbari uastaret, staretq; solū eius nominis umbra, conspiratū sit in illū ab Heracleona, & Heraclio, & Prisco. qui captum inertissimum hominem prius interficere, quàm ferre suppetias eius milites potuerint omni stirpe principis impurissimi sublata.

Heraclius.

Abentiampridem imperio, & prægrauantibus Persarum armis, Syria cum ipsis Hyerosolymis expugnata, Heraclius accepto diademate à Sergio pontifice primum omnium Persicum bellum parat, ad quos legatis antea missis pro inducijs impetrandis contemptim ab his habitus, adeo excanduit, ut dis-



ferre amplius rem non potuerit. Responderunt enim impij hostes non prius se Romanis pacem duros, quam Christū abnegasset imperator. Quare ingētibus copijs in Chosroen ductis, uictis eius saepe ducibus, & cum omnibus copijs cæsis, Mox profligato Chosroeo, Persideq; omni in ultionem nostram igni, ferroq; uastata, lignū salutifere Crucis recepit. Celebris adhuc est Christianis dies festus argenteum uictoriae insignis, pacis uidelicet partæ, & Tigridis fluij inter utrunq; imperium termini. Triumphatumq; egregie Cruce prælata. Imperauit Heraclius annos. XXXI. nouo morbi genere periit uirili membro semper ita distento, ut quoties meieret, lotium uultum aspergeret, nisi obiecta tabula id prohibuisset. creditū est. Hæreseos Monothelitarum, in quā incidere, & nequitia supplicium luisse. Hoc tempore Sarraceni Maomethe duce caput extulere. Quare breuiter de eius ortu, & successu interim quadam perstringamus.

## Maomethis ortus.

**E**x Arabia constanti ueterum scriptorum fide hoc malū orbi prodijt. Inde enim humili loco natus, dum locandis conducendisq; camelis uictum querit adolescens ingenij uasfri, Viduæ dominae nuptijs & opibus mox auctus. Sergium monachum nostratem familiarem habuit. cuius adiutus opera, cū Christianos & Iudæos accusaret, hos ut impios, qui summum prophetam excruciasent, Nos ut simpliciores, qui de Christo ridicula prodamus, paulatim latronum manum coegit. & diuinitate quadam inde sibi astructa, facileq; lenissimo homi-

num generi persuasa, consilium armis addidit. Inde rerum successu prosperiore elatus, Syriam uastat, & Damascū regionis caput expugnat. Tum uerain Persas arma conuersa. quibus congressus, & primo uictus, reparadis copijs intentus Scanitas sibi Arabas adiungit, gentem per ea tempora Romanæ militiæ assuetam, & quæ ob negata ab Heraclio stipendia, rebelles animos induerat sicq; paulatim firmato imperio, & diuinitatis cuiusdam opinione persuasa, quam armis tuendam contra aduersantes præceperit, quadragesimo uitæ anno, ueneno (ut aiunt) à domesticis dato periit. In quo homine nescio magis ne ingenij calliditatem admirer, an gentis eius stultitiā, an potius Christianorum principum socordiam, qui nec nascentem comprimere flammam (factu tunc facile) uoluere, nec magnis postea rebus successibus auctam potuere. Vnde labes illa iam ad hoc æui non Asiam solum, & Africam, sed magnam Europæ partē interfecerit. ut iam de Christiana pietate uenda in discrimen uentum sit.

## Constantinus Heraclij.

**H**ic annum unum cum imperasset, rectæ, ac ueræ pietatis cultor, Martine nouercae insidijs, quæ Heracleonæ imperium astrueret, ueneno tollitur. Illa uero, cum imperium male partum cum filio uix biennio tenuisset, à Senatu cū decenne filio expellitur, amputata prius matris lingua, filio naribus.

## Constans.

**C**onstans ex Gregoria, & Cæstantino proxime relato pro-



les rerum potitur, adnitente Senatu, qui Martine sceleris execrabatur, Hic auita impietatis haeres, Martinum Romanum pontificem sibi aduersantem, comprehendit iussu, in exilio mori coegit. Cetera hominem non improbares, si impietatem & auaritiam demeres. Sarracenis classe congressus, uictus aufugit. quibus paulo post diffidio laborantibus, biennij inducijs impetratis Italiã petijt, ut eam à Longobardico iugo liberaret. Sed cum Romam uenisset, uictus a Longobardis acie, quicquid antiq̃ operis signorum ue fuit, intra quintum diẽ inde sustulit, ut plus ornamentorũ paucissimis diebus urbi detraheret quã Barbari per tot annos. inde in Siciliam traiciens, cum sextum ibi annum ageret, & auare, & crudeliter tributum exigeret, dolo suorum interficitur, postq̃ annos septem ac. XX. imperasset.

## Constantius Pogonatus.

Melioris orbi fato Constantius imperium excepit. qui maximus natus relictus à patre Byzantij ut imperium administraret, audita eius morte, in Siciliam uenit. ultusq̃ Mirkium tyrannum, & cædis paternæ conscios bellum aduersus Sarracenos septem annos, terra, mariq̃ feliciter gessit. Fatigati enim bello maritimo Arabes quã ex Cyrico à se capto, Byzantio singulis aestatibus inferebant, maxime ignis miraculo territi, qui sub aqua arderet (Callinici inuentum) tempestate etiam graui oppressi, fere omnes perire. Nec terra feliciter res eorũ administrata. Victi enim una acie XXX. suorum millia miserere. Quare pax honestissima secuta, pollicitusq̃ Mauras eorum dux, Ioanni legato imperatoris ad id misso

tributum annum, auri pondo III. millia seruorum etiam honestorum, & equorum totidẽ. Sexta hoc principe ueræ pietatis celebrata synodus Cōstantinopoli pax ubiq̃ etiam floruit, præterq̃ q̃ Bulgari trans Danubiũ, repentine bellum ostentarunt. quod cum infeliciter gereretur, inhonestâ pace Mysia his ad inhabitandum data est, tributo etiam annuo promisso. Imperauit annum septimum decimum Iustiniano filio hærede, cum fratribus minoribus nares amputasset. Pogonatus appellatus quod imberbis in Siciliam profectus, barbatus redisset τὸ ὄψωπε enim Græci barbam appellant,

## Iustinianus.

¶ Iustinus Heraclianæ stirpis Iustinianus imperio præfuit prauus uir ingenij, & uarij, atq̃ à fide recta abhorrens. Siquidem synodum aduersus sextam à patre celebratam indixit bonis omnibus aduersantibus, & in primis Romano pontifice, quem comprehendit mandauit. Bellum aduersus Arabes, & Bulgarios contra fœderam motum, utrunq̃ calamitosissimum gessit. Quare & crudelitate etiã in suos inuisior factus. Leontij patricij, & Callinici patriarchæ dolo deturbatur imperio, atq̃ Chersonam relegatur nares prius abscissa. Vnde mox fugies, & ad Trebellium Bulgarorũ regem fuga lapsus, eius opera resinitur, Tiberio, qui Leontio successerat fugato, & Callinico Patriarcha luminibus priuato. Illud seuitiæ hominis argumentum traditur, quod quoties truncas nares emungeret, toties unum exijs, qui Leontio fauerant, ad supplicium rapi iubebat. Sexto denum & decimo anno, à Philippico pulsus.

quem reclamante Constantino pontifice, acrius insecta batur, (uenerat autem ad illum Romanus Antistes ac cersitus, & ab imperatore honorificentissime exceptus) uitam & imperium pariter amisit, sexto anno post exilium, cum. X. ante praefuisset.

Leontius.

L. XXXVII. annos ab Heraclio ad iustinianum in uirga gente imperatum, quod nescio an ulli priorum contigerit, cum Leontius Iustiniano relegato, imperium sibi uindicauit. qui classe aduersus Arabas Africam occupantes ingenti parata, cum infecta rediret, imperio expellitur, postquam tres tantum annos rerum potitus esset. Hinc ergo Tyberius captus, (sic enim quam Absimarum dici uoluit) adeptus imperio, naribus truncatum, custodiendi iussit.

Absimarum, qui & Tiberius.

Hinc classis in Creta imperatorem dixit, qui Heraclitum fratrem statim aduersus Arabas omnia uastantes cum misisset, eius forti opera hactenus repressit, ut a nostris abstineret. Inde Philippicum nobilitatis praecipuae Chersonam relegauit, quod aquila caput obumbrasse uidebatur dormienti. Caeterum septimo post anno cum Leontio captus, a Iustiniano interficitur.

Philippicus Bardanes.

Nunquam maior principum impietas, maior ue, quod grauius doleas, socordia. Quippe hic adeptus imperium sextae synodi decreta altera synodo infirmare contedit

gratificaturus monacho, qui imperaturum illum praedixerat, hoc praedictionis premium petenti, quare cum loquentiae multum huic inesset sapientiae parum, opesque imperij iam pridem congestas dissiparet, passus etiam Bulgarios Thraciam populari, priuatus oculis in ordinem redigitur, anno uno, & mensibus sex uix expletis

Artemius, qui & Anastasius.

Hic adeptus imperium. cum optime quae ad pietatem rectam atinent, instituisset ex Pontificum assensu, classem ingentem aduersus Arabas in Alexandriam emisit. Verum classiarijs quibusdam contumacibus agentibus, qui illum oderant, domum reuersi, Theodosium ignobilem alioqui uirum imperio praeficiunt, captaque Constantinopoli, monasterio Anastasium includunt, cum annum unum, menses tres imperasset.

Theodosius Atramytenus.

Obscuro licet loco natus, non poenitendum imperatorem egisset, si diutius illi per Leonem & Cononem Orientis praefectos imperare licuisset. Verum cum Leonem exercitus imperatorem dixisset, pertaesus belli civilis Theodosius cessit imperio, monasticamque uitam amplexus satis diu, ac felix in ea uixit, cum annos. II. imperasset.

Leon Isaurus, sive Conon.

Obscuritate generis (quippe qui apud Isauros natus exercebat sedentariam) cum alijs sceleribus, tum uero impietate in Deum, ac eius imagines facile Leonaequauit unde illi cognomen.

Egna.

d

eis. quarum perpendi tātus hominem ardor inuaserat  
 ut iudæis duobus gratificaretur. qui illum tanto ante im-  
 peraturum predixerant, ut & Constantinopolitanum  
 pontificem Germanum nomine aduersantem sede extru-  
 serit, & Romanum antistitem obsistentem comprehen-  
 di iusserit. Sarraceni certe ducibus Masgaldā, & Soly-  
 mano Constantinopolim triennali obsidione, terra, ma-  
 riq; fatigarunt. Verum peste, fameq; confecti, à Bulgaris  
 etiam sæpe uicti, classe magna ex parte igne sub aq̄  
 ardenti consumpta, paucissimis ex tanto naufragio ser-  
 uatis, manifestam in se numinis iram sensere. nec mino-  
 ri interim clade in urbe sauitum. trecenta & amplius  
 ciuium millia peste, fameque consumpta. Ridicula pla-  
 nè quidam de cœlesti igne, & nauium numero prodire  
 Inde Siciliam Sergij præfecti opera rebellantem  
 ad officium retraxit. circa finem imperij, quod quartū  
 & uigesimum durauit annum, graui terræmotu Bi-  
 thynia, Thraciaq; concussa, muriq; Byzantijs magna ex  
 parte collapsi, quo Theodosij maioris, & Arcadij filij  
 statue ad terram deiectæ. Et quæ res fletere impij prin-  
 cipis animum ab impietate debuerat, tanquam in ma-  
 nifesta Deum ira, ille uero ad priuatum quæstum retu-  
 lit. tributo ad restituendos muros imposito, ut in singula  
 numismata quatuor & uiginti obolos ærario principis  
 inferrent. quod postea in multas ætates abiit. hoc  
 principe Romani pontifices ad Francos primum res-  
 pexere

Constantinus Copronymos.

Impio patri scelestissima successit proles Constantinus co

gnomento Copronymi. quod in fans baptismi lauacro  
 admotus medijs sacris alimonie excremento aquam  
 polluerat. Is non solū patris impietatem in abolendis di-  
 uorum imaginibus reddidit, uerum etiam grauiore  
 scelere reliquias eorum aut contempsit, aut combussit.  
 quam in numina impietatem immanitas hominis in-  
 uisiolem fecerit, dum nobilissimum quenq; tollendum è  
 medio curat. Antistites certe Constantinopolitanos unū  
 & alterum ignominiose prius habitos, & grauiter ad  
 hæc excruciatos capite plectit. hic Bulgaricum uariate  
 fortuna bellum terra, mariq; gessit. Artabas dum primæ  
 nobilitatis hominem imperatorem ab orthodoxis crea-  
 tum post biennij à se captū, oculorum usu cum liberis  
 priuat. grauissimam hyemem, uti pontus, Bosphorusq;  
 ipse thracius perglaciauerit, expertus, post infinita flagi-  
 tia exquisitissimo cruciatu cōsumptus obiit imperij ano  
 XXIII. Duobus mensibus minus.

Leo

Non imperij solum, sed patris sceleris hæres aduersante  
 matre Bulgarici sanguinis pietissima successit Leo. qui  
 ad impietatem sacrilegium etiā addiderit. Nam coro-  
 nam à Mauricio principe Deo dicatam nefario capiti  
 imponens captus gemmarum & auri splendore, breui  
 pœnas luit. caput em̄ impium carbūculi apostemate sta-  
 tim intunuit. tandem ardentissima febris subsecuta im-  
 pium spiritum nefarius exhalauit imperij anno uno.

Constantinus Leonis F. & Irene mater.

Redditus tandē his principibus ueteri religioni suis niter  
 d ij



reddita uetus pietas Irenes matris opera. quæ attici sanguinis forma insignis, sed probitatis opinione insignior Leoni nupserat. Quare conuentu trecentorum & L. patrū Niceæ indicto, quæ septima synodus habetur, templis, diuisq; suæ restitutæ sunt imagines. Nec multo post tamen Constantinus iam adultus matrē haud amplius passus, imperio deiecit, eiectam in ordinem redigit. Nicephorū imperatorij & ipsum stemmatis, in quæ suffragia multorum tacite inclinabant, oculorum, & linguæ usū priuat. & nequid sceleris deesset, Maria uxore monasterio obtrusa Theodoram concubinam inducit matris cōsilio, ut filiū inuisum omnibus faceret. unde mox rerum sola poñta, filiū in potestatem redactum excecatur, eadem die, qua sexto ante anno Nicephorum ille eodem supplicio affecerat. ipsaq; non multo post à Nicephoro pulsa in Lesbum insulam relegatur. huius imperio quod fuit cum filio annorum decem, lamina inuenta est sup cadauer his uerbis. Christus nascetur ex uirgine, in eum credo. Cōstantini & Irenes imperio. ò Sol iterū me uidebis. Sed & Carolus à Leone Romano Pōtifice imperij corona donatur uirtutis, & pietatis ergò.

## Nicephorus.

Piget planè, ac pariter me pudet, tot portentis uerius, quā principibus referendis immorari, nisi quod præterq; qd rei series ita exigit, non nihil & huiusmodi homines uitæ profunt, dum eorum exitu & deterrentur pessimi, & optimus quisq; ad uirtutem, honestumq; accenditur. Nemo enim maiore hominum opinione ad imperium uenit, dum singulos aut muliebris impotentiae, aut fla-

grosissimi præcipis tædet, nemo auarius, aut crudelius administrauit, quorū scelerum mox pœnas meritas luit à Bulgaris enim paulo ante à se uictis improviso noctis assultu oppressus, ipse cum toto exercitu ad internitionē cæditur. Stauracius filius saucius humerum uix Adrianopolim euasit. hic Venetam rem sociali classe aduersus Gallos iuuuit. Populoniā dolo magis q̄ ui captam diripit.

## Stauracius.

A drianopoli in quā euaserat, post patris interitum imperator ab amicis salutatus, non multo post à Michaele Curoplate Rangabe cognomento, qui Procopiam sororem eius in uxorē duxerat, imperio deturbatur, & monasterio includitur, postquam cum patre annos IX. imperasset.

## Michael Curoplates Rangabe cognomento.

M elior pacis artibus, & pietate maior duobus à me proxime relatis successerat Michael, si quā in toga bonus tam bellicis rebus administrandis uiguisse. à quibus tantum abhorruit, ut ad unam aduersam cum Bulgaris pugnam, à quibus castris etiam exutus est, ita conciderit, ut accepto nuntio de Leonis imperio. monasterio sese abdiderit. habenas regni facile concedens post annum alterum imperij. hic cum Carolo Frācorum rege fœdus ita iniit, ut Veneti suis legibus, ac iure uiuerent, immunitate his seruata, quam ad eam diem in terra Italia retinuerant.

## Leo Armenius.



**P**ardi Patritij filius magno omnium gaudio, maiore spe rei Romanæ præficitur. nec conceptam de se hominum animis spem frustratus esset, nisi egregias uirtutes crudelitate in suos, & impietate in deum mox fœdasset. Quippe qui parta de Bulgaris insigni uictoria, cum ab armis quies esset, ad cædem multorum conuersus, Diuorum imagines deleri penitus iubet. nec præfagijs aut somnijs maternis cladem imminentem euadere potuit. Nã a Michaele Traulo, quem in custodia detinebat, noctu per insidias, dũ sacris operatur, cæsus obijt post annos imperij septem, & menses quinque.

Michael Balbus.

**A**morium Phrygiæ superioris oppidulum dedit hũc principem non humili solum, sed sordido etiam loco natum ad quæ impietas quoq; accesserat ex hæresi Iudæorum. atq; Thinganorum hausta. linguæ præterea uitio balbutientẽ, unde græci τρωλλοῦ appellauerunt. hic post interfectum Leonem, à quo ad tantam fortunam euectus erat, Thomam, qui tyrannidem inuaserat, uario primũ rerũ euentu tandẽ oppressit. defectionisq; socios cũ ipso Thoma sustulit. Sarraceni hoc prícipe ex Africa profecti Cretã insulam occupant, totamq; ferè in ditionẽ redigunt, græcosq; duplici prælio uincunt. ipse princeps cum annos octo, menses nouem imperasset, Theophilo filio per manus imperium tradidit. Vetus oraculum innotuit, tum rem Romanam in lapsum præcipitem uituram, cum Balbus & auarissimus princeps imperaret, qualis hic uir fuit.

Theophiolus

**M**aior iustitiæ cultus in Theophilo filio, quippe qui facillimum sese statis diebus aduentibus exhiberet, & ad seueritatẽ interdũ propensior acrius delicta puniret. sed par impietas, ut qui diuorũ imagines ex paterna amulatione auersatus, non paucos, qui eas colerent, ad mortem usque cædi iusserit. Sarracenis Asiæ prouincias uastantibus bis congressus, bis uictus est. castrisq; exutus Quinetiam Amorium, unde illi genus ab his obsessum, & proditione captum diripitur. cumq; annos duodecim rebus præfuisset, dysenterici morbo perijt.

Michael Theophili, & Theodora eius mater.

**F**ecit Irenes Constantini matris administratio, ut fœminei non poeniteret imperij. Quare Theophilo uita sancto, Michaele filio adhuc infante, & sub uicela matris ac principum uirorum relicto, Bulgari scythicũ genus pietatem nostram populariter sunt amplexi. cum Theodora genitrix rebus adhuc pesseret. Verũ ipotetiã uulgi breũs æquo aĩo ferat, ubi presertim impietate afferat? Nã & illa diuorum imagines execrata est. Cæterũ impietatis pœnas mox dedit à filio mōasterio iclusa. q̄ axo similior quã patri summiã ignauiã, ac prodigalitatẽ re afflixit à sarracenis etiã castris exutus. nec miore infania circẽ sibus ludis oblectatus est, q̄bus dũ plus nimio indulget Basiliũ Macedonẽ Barda interfecto, cōsorte imperij adscũuit. à quo mox occisus è imperij aĩo. XIII. quorũ tres cũ matre egerat.

Basilus Macedo.

**Q**uis crederet & hunc captiuum inter uenales Constantinopolim adductum Romanæ rei præfuisset? qui

nec patriam nec parentes saltem ciere posset? præfuit tamē, & eo rerum successu, ut ad eius nepotes imperij maiestas trāserit. primum igitur adepto imperio profusissimas Michaelis largitiones reuocauit, ut dimidium eorum, quæ accepissent, arario inferrent, & tres liberos imperij hæredes instituit. inde in Sarracenos, quæ Cretam occupant, profectus, ab his nauali prælio superatur, quos tamen alieno ductu post uicit. Hoc imperante Sarraceni ex Africa soluentes, cum Italiā magna ex parte uastassent, dalmatiā quoq; populati sunt Rhagusio etiam capto quos tamen Nicephori Phocæ ductu inde post eiecit Barioq; in ditionem suā redacto. tamētsi Venetiā atq; altera expeditione rem Christianam iuuissent. Cæterum cum annos XX. imperasset à Ceruo in uenatione cornu ictus mox periit. Vir frugi, & quem principem non contempnas.

## Leo Basilij Philosophus.

Constantino filio maximo nato, uiuente adhuc patre uita functo Leo cognomēto philosophus frater successit. qui Bulgaros desciscentes Turcarum auxilio primo uicit. Verū ab his per inanes inducias delusus magna clade afficitur. inde in Sarracenos classe comparata Nicetæ ductu egregiam uictoriam peperit literarum omnium & astrologiæ in primis peritus. & qui filium Constantinum imperaturū diuinaret. tandē post annos quinq; & uiginti menses tres alui doloribus fatigatus, Alexandro fratri imperium per manus tradidit, cui filium cōmendauit.

Alexander.

Nec Basilio patri, nec Leoni fratri similis Alexander successit, uir luxu & ignauia perditus, annum & mēsem rerum potitus. qui cum nec ipse recte administraret imperium, & ignobilissimum quenque ac turpissimum rebus præficeret, erūpente naribus sanguine extinctus est.

## Constantinus.

Septennem hunc pater Leo sub tutela matris & nobilium quorundam reliquit. quorum diligentia Andronicus Ducas tyrannidis inuasor oppressus est. inde Bulgaris Thraciam uastatibus bellum indictum, quod feliciter sanē Phocæ ductu successerat, nisi casu quodam consternati milites iam uictores in fugam conuersi fuissent. Eadem quoq; fortuna alterius in Bulgaros expeditionis fuit ducum discordia, & ambitione. ut & Constantinopolis à Bulgaro hoste sit obsessa, & Romanus Lecapenus Zoe Constantini matre prius eiecta, imperij socius adscitus à Constantino necessario sit, qui Helenam eius filiam in uxore etiam duxit. Cæterū Romano in exiliū pulso Christofoq; eius filio cum tota Lecapenorum gente extincto, ipse rem imperij per annos undequadragesima satis prudenter administrauit Beneuento de Longobardis expugnato, & tyrannis quibusdam oppressis, Turcarumq; principibus aliquot Christiana pietate imbutis. hic à literis, optimisq; disciplinis non abhorrens, quas penè extinctas ab interitu uindicauit, librum Romano filio reliquit. in quo summam totius imperij, sociorum omnium fœdera, hostium uires, rationes, consilia explicuit, quem nos in bibliotheca nostra tanquam thesaurum seruamus. in quo multa de Venetis etiam nos

*stris imperator ipse differat.*

*Romanus Lecapenus.*

**N**on insiurandum sanctissimum, quod præstiterat non gener Constantinus obstitit, quo minus imperium & sibi & Christophoro filio Romanus uindicaret, Constantinæq; penè in ordinem redigeret. is uero cum Bulgaricum bellum contra Simeonem eorum ducem infeliciter gessisset. & sextum ac uigesimum annum præfuisset, tandem à Stephano filio captus insulæ includitur. mox & eius filij à Constantino comprehensi alter in Proconnessum in Lesbum alter relegatur.

*Romanus Leonis Junior,*

**V**ir omnium ignauissimus, luxuq; ac otio perditus post Constantinum patrè imperium suscepit Romanus nomine. quod tamen alieno arbitrio rexit, ingenio alioquè non malo, sed interdum solerti ubi animum adiecisset foris aduersus Sarracenos, qui Cretam occupabāt, Nicephori ductu, & aduersus Turcas Asiam uastantes eiusdè Nicephori & Leonis fratris imperio felix. Domi in matrè, ac sorores impius. ut regia eiectæ quæstum meretricium sint amplexæ. ipse ludis ac crapulæ intentus post tertiumdecimū imperij annum obiit ueneno etiam potionatus

*Nicephorus Phocas.*

**N**obilissimus haud dubie Romano successit Nicephorus cognomèto Phocas, Phocæ Nicephori nepos, q; i Sicilia contra Sarracenos res egregias gesserat. simulac ignis

adeptus imperiū est, classem in Sarracenos occupātes Siciliam instruit. ipse in eosdem Asiam uastantes exercitum duxit. in Sicilia res infeliciter per duces acta. ipse Ciliciam & magnā Asiæ partē latis auspicijs recepit. mox Antiochiam noctu aggressus pulsus Sarracenis imperio subdidit. Sed quam bellica re fortunatus, tam domi infelix, dum auaritiæ, socordiaq; sese emancipat. ex quo in odium ciuium incurrens, facile à Ioanne Zimisce adiuuante Theophania Nicephori uxore, noctu intra cubile interficitur, cum rerum potitus esset annos sex, menses totidem.

*Ioannes Zimisce.*

**C**larus hiciam antea militari laude imperium assecutus Basilium & Constantinum fratres, Romani iunioris filios imperij consortes adsciscit. in Rhoxolanos Bulgariā sibi uedicātes felicissime rē gerit, Phocā Nicephori rebellantē capit. indeq; Bulgariā omnē imperio adiecit eiectis inde Rhoxolanis, Sphēdoslanoq; eorum regē ad deditiōnem coacto mox Constantinopolim reuersus, cum triūphantis specie inuectus urbi esset, potionatus post imperij annum sextum, & menses sex decessit.

*Basilius & constantinus fratres.*

**N**ulli diuturnius rerum potiti, quippe qui annos. LIII. præfuerint, & ne sine civili bello rem transigerent, Bardæ Scleri ambitio fecit. quē inuasorem imperij tandem acie uictum ad Persas fugere compulere. nec multo post Phocas Bardæ cognomento ab exilio reuocatus, indignansq; post rem præclare aduersus Sclerum se



duce nauatam, ab imperatoribus contemni, desciiuit. quem & ipsum casum in acie superarunt. inde in Bulguros itum. quos praelijs aliquot uictos ad deditiōem tandem totius gentis Basilius compulit usus ad compeſcendam eorum perfidiam grauiore in uictos pœna. Nam quindecim millibus eorum captis osulos effodit, uno tantum incolumi, qui eis ad Samuelem eorū ducē præiret. Quare dolore animi Samuel affectus, nō multo post obiit. Bulgaria igitur omni subacta, & imperij terminis undiq; ampliatis post septuagesimum & alterū uitæ annum decedens Constantinum fratrem successorē reliquit.

Constantinus.

Hic cum fratre particeps dignitatis potius quàm potentia, post fratrem per summam ignauiam & luxuriam ita se gessit, uti obscurissimis & barbaris hominibus rē totam traderet. illud eo principe dignum laude gestū, quod Diogenes qui Syrmio & Bulgaria perat, Patzinacas Istrum superātes uicit. Decessit tertio imperij anno septuagenarius, Zoe filia Romano Argyropylo in uxorem collocata.

Romanus Argyropylus.

Hunc Zoe filia Constantinus ut omnium nobilissimum, qui imperij hæres esset, delegerat optima de eo omninī spe. quam sub inuita nequaquam frustratus est, cū multa in melius mutarit, summa etiam liberalitate in omnes usus. Verum cum Sarracenicā Asiæ expeditio parā ex sententiā illi cessisset, repente mutatus totū se ignauiæ

ac pecuniæ colligēdæ tradidit. nec multo post Zoe uxoris insidijs & Michaelis Paphlagonis adulteri dolo intra balneas aquis immersus obiit, cum annos quinque & dimidium regnasset.

Michael Paphlago.

Quis non effrenem in quinquagenaria fœmina libidinē excretur? aut fortunæ ludum in hoc principe nō admiretur? mancipium uidelicet barbarum, nec ulla re nisi forma commendatum mente etiam commotum labensq; ad singula momenta, spuma insuper oris fœda, septem tamen annos imperauit. nec malū omnino principem egit. Nā & tricennales inducias cum ægyptio rege percussit, & Edessam obsidione liberauit, & domi in suos facilis, ac bñficus admodū fuit. uni. Zoe propter expertam libidinem parum æquus, qui cum intercutis etiam morbo laborare cœpisset, Michaelē Calaphatē hæredem imperij esse uoluit.

Michael Calaphates.

Hic adoptatus à Zoe, præter sordes parentū, qui naues apud Paphlagonas pice oblinerent, unde Calaphates etiam dictus, auare ac crudeliter rem susceptam administrauit. in gratissimus enim in omnes, patriū auctoritatem tantæ maiestatis primum eiecit, reliquos deinde consanguineos executit. inde Zoē matrem in insulam relegauit, quod cum indignissime omnes ferrent, populī conspiratione restituta Zoe. fugiēs cum fratre Constantino à turba capitur. & uterq; oculorum usu, familiari græcis pœna priuatur. mensibus quatuor & eadē



dies rerum potitus.

Zoe &amp; Theodora.

**F**lagitia principū, ut muliebri imperium æquius uideretur, effecere. Quare sororibus duabus imperij fasces ac maiestas asserta. Cæterum ut uarium, ac mutabile semper est fœmina, facile Zoæ ardenti adhuc libidine persuasum, ut maritum ascisceret. cumq; aliquot fastidisset Cōstantinum Monomachum ab exilio reuocatum imperatorij & ipsam stemmatis, uirum sibi adiungit, & imperatorem pronuntiat mensibus tribus uix exactis.

Constantinus Monomachus.

**H**inc prima imperij labe, hinc reliquæ, quæ consecutæ sunt clades, ortum habuere. principe adeo ignauo & libidine perduto ut concubinam egregia alioqui forma uxoris legitimæ loco habuerit, quam efflictim deperiret. Duplex illum factio sub initia Maniacis uidelicet Georgij, & Leonis Tornicij est aggressa. sed Maniacis motus, qui ex Italia in epeirum transierat, una pugna secunda & ducis morte facile compressus. Torniaciana defectio eo grauior, quo diuturnior. sed eo post aliquot prælia tandē capto, oculorum usu priuato, facile confedit. hoc principe Turcarum arma tunc primum per Asiam lauius euagata. uicti tamen interim Rhoxolani. & patinate scythicū genus hoium. Zoëq; uxore septuagenaria feto mox functâ, & ipse. tandem morbo prægrauante. decessit post annos imperij bisenos, & menses octonos.

Theodora.

**N**on pudeat, & Theodoram Zoës sororem, quæ biennio uix imperarit, nostris inserere commentarijs, quādoquidem non muliebriter fœmina rebus præfuerit, Quinimmo tanta domi, forisq; quies & otium fuit, tanta rerū omnium ubertas, ut fœminei imperij neminem poeniteret. uerum in grauescente cum ætate morbo illecebris eunuchorum Michaelē iam senem in curæ partem cum aduocasset, ipsa non multo post fatis, naturæq; concessit.

Michael senior.

**V**ix annū unū rerū potitus erat, cū Isaacij Comneni motus in ordinem illū redegit. uirum genere & opibus clarum. cætera minus ad imperandum idoneum ætate prægrauante. qui priuatus non multo post obierit.

Isaacius Comnenus.

**T**andem uirum fortē & pace, belloq; illustrem constantinopolitana res sortita fuerat. Isaacium scilicet Comnena gente nobili, si ultra biennium sceptri, regniq; potius esset. uerum ille lateris morbo interuenādum subito oppressus, cum de salute desperasset, cucullam monasticam indutus regno se abdicat, Constantino Duca de Senatus populiq; uoluntate successore declarato. Sunt qui scribant tanta continentia cum fuisse uti nec uxorem cognoscere uellet post prolem semel ex ea susceptam. cum tamen ad morbi remedium medicū in primis consuleret ut coitu frequentiore uteretur.

Constantinus Ducas.

**E**t hunc suorum conspiratio sub initia grauis exceperat

quam cum non sine discrimine comprehensisset, ad Reip. administrationem conuersus, non pessimum principem egit. Verè pietatis cultor, & æqui obseruantissimus, sed auaritiæ studium prægrauabat. unde inuisus suis hostibus etiam ludibrio fuit imperij res undiq; uexantibus. accessit ad externa mala familiaris Constantinopoli clades grauis terræmotus. quo templa, ædesq; multæ corruere. sed morbo inualecente Eudociæ uxori & filijs sceptrum tradens anno septimo & mense sexto imperij cum sexaginta & amplius uixisset, excessit.

Eudocia & filij.

**P**oterant res domesticæ fortasse muliebri prudentia nō in cōmode administrari, si à bellis externis quies affluisset sed imminentibus undiq; barbaris uicit eorum sententia qui uirum idoneum præficiendum rebus esse contendebant. quare iurisiurandi oblita, quo marito morienti sese obstrinxerat, nō superinducturam se imperij rebus maritū alium, siue etiā coacta, Romanū cognomento Diogenem filijs etiam non improbatibus post menses septē imperij, uirum sibi adiunxit, qui Rempi. prudentia ac fortitudine tueretur.

Romanus Diogenes.

**H**ic Diogenes pater fuerat haud dubie domi, militiæq; clarus. qui postea tyrannidis affectatæ reus seipsum præcipitauit. paternæ igitur laudis æmulator filius, cum uictoriam egregiam retulisset ex hoste barbaro, dignus est habitus, quem Eudocia in teri, curæq; partem acciperet. quā tamen non multo post facile poenituit, cū in

solentia hominis pertēderet, qui rem ad se totam traheret. prior expeditio in barbaros Asiam uastantes uariorū rerum successu illi administrata. Altera funestissima Romano milite uel fugato uel cæso, ipso certe imperatore (quod ad eam diem nunquam contigerat) capto. ferunt Azan Turcarum principem ad primum nuntium capti imperatoris Romani uix credentē constitisse. mox ad se adductum, & cognitum in summo honore à barbaro habitum, & amplis donatū muneribus, pace inuita dimissum. sed Bizantijs omnia ad primū cladis acceptæ nuntium mutata erant. ipsa Eudocia relegata. Romano abdicatum imperiū. & Michael maximus Cōstantini filius rebus præpositus. ipse Romanus, cum bellum frustra pararet, tandem deditus præter iurisiurandi religionem oculis immanem in modum prius effossis deportatur in insulam. ubi non multo post. decedens ab Eudocia uxore sepelitur post annos tres, menses aut octo

Michael Cōstantini Ducæ filius  
Parapinacius.

**I**gnauissimū principem numina nobis (ut arbitror) iam pridem in se stā dedere. quem à fame, q̄ sub eo inualuit Parapinacem appellauere. Cum igitur imperij res patri ignauia ac sæuitia uexarentur, principe sub Psello magistro uersibus tantum factitandis intento, Nicephorus Botaniates cognomento haud dubie nobilissimus imperium sibi asseruit. quem in socordis principis inuidiam ciues facile admisere. Michaele prius cū uxore & filio post sextum imperij annum & menses sex cœnobio incluso.

Nicephorus Botaniates.

**A** Phoca imperatore stemma huic ductum. quare tanquam omnium nobilissimus Michaele facile reiecto surrogatur. qui Comnenorum fratrum forti primum, fideliq; opera usus, qui Briennium tyrannidis inuasorem, & Basilacium sustulerant, mox ab illis defectionem meditantibus imperio deturbatur anno. IIII. q̄ imperare coeperat ipse monasticam vitam secutus. Alexius autem Comnenus minor natu militari urbæ acceptior imperator salutatur, qui Byzantium ingressus die dominicæ cenæ sacratissimo magnæ hebdomadis hostilē in modū urbem totam diripuit, nullo non iniuriarum genere in ciues edito.

Alexius Comnenus.

**S** uccessit iam hinc familia, unde hereditarium, ac prope iustum in græcam gentem odium ad nos transmissum sit. Nam etsi iam pridem sub Phoco schisma coeperat, manebat tamen qualiscunq; Romani pontificis maiestas. & male factam gratiam affinitates quædam cum principibus nostris imitæ focillabant. Alexius autem ueluti ex professo hostis latini nominis præter bellum, quod cum Roberto Viscardo infeliciter gessit Venetis etiam armis adiutus, Gallorum memorabilem illam expeditionem, quam suspectam semper ab initio duxerat perturbare conatus est. Cæterum non succedente consilio his cōditiōibus comœatu, & alijs necessarijs rebus adiuturum se Gallos recepit, si quæcunq; cepissent ex hoste sibi restituerēt. ex ducibus certe nostris plurimū Boamū

do Normāno deferre uisus est. Cōuersus inde ad pacis artes orphanotropheion erexit & musæum. in altero pueros puellasq; parētibus orbos alēdos, in altero eruditiōdos instituit, sumptusq; his ex regio uectigali datus. ipse uero morbo fatigatus post septimū & XXX. impij annū, mēses quatuor cum dimidio moriēs Ioanni filio, reluctante in primis matre, imperium reliquit.

Ioannes.

**I** oannes, quem nostrorum quidam Caloianē appellant, ubi imperium adeptus est. suo s oēs dignitatibus ornat in Isacium fratrem propēsissimus, quē incredibili charitate dilexit. uarijs expeditiōibus in Asiam usus Turcas, Persasq; prælijsq; aliquot uicit urbesq; illis nō paucas ademit. Latinoꝝ militū fortē, fidelēq; operam semper expertus. legatos ad Innocentiū pontificem & Lothariū imperatorem uictoriā de Rogerio gratulatuos misit. tandem memorabili exitu in uenatione sagitta uenenata digitum dextræ saucius post quintum & uigesimū imperij annū & mēses octo, natu minori Manuēli sceptrum reliquit, cum Isacium ut minus ad imperandum idoneum reiecisset. non cōtemnēdus omnino princeps.

Manuel.

**N** ullus infestior in nos fuit. nulli inuisiores successus nostrorum fuere. ut Corradum Germanum & Ludouicum Francorum regem uarijs insidijs fatigarit. quare coacti intēpestiue Bosphorum traicere, cum in locorum angustijs à Græcis nostri cederentur, fame quoq; laborare coeperunt. sed famem morbus etiam



Subsecutus gypso per summum scelus farinae immisto. Quare indignatus Siciliae rex Rogerius bellum illi indixit. indictum fortiter gessit. uastata omnia ora Graeciae, & Bithynia etiam per suos duces adeo insultatus, ut sagittas argenteas, aureasque; hortis regis immiserint. Venetis etiam non minus infestus contra ius gentium Henricum Dardanium eorum legatum uiolat, negotiatores omnes, quos simulata pace euocarat, uno die comprehendit, ex quo Venetis armis pressus tandem promissa bonorum restitutione a quis pensionibus pacem impetrat. praelium cum Turcis funestissimum gessit, in quo pene captus est. Federicum Aeneobarbum etiam Italicis auxilijs exercuit. rectae fidei dogmata perturbare per insaniam adortus, non prius abstinuit ab incepto, quam omnes aduersantes sibi uidit, demum cum astrologiae peritissimus haberetur, sponderetque; sibi multos adhuc uitae & imperij annos, totiusque; orientis imperium agitare animo, post XXXVIII. principatus annos monasticam uitam secutus morbo periit, Alexio filio paruulo relicto.

## Alexius.

Patri puer Alexius adhuc successit, qui fatigatus multorum infidijs, Andronicum maxime infestum habuit. uirum callidum & impium, qui ex Isacio Comneno Ioannis fratre natus nobilissimus haud dubie habebatur. is Constantinopolim ingressus primum tutorem egit. inde participem imperij. Demum praeter iniurandi fidem Dominici etiam corporis & sanguinis haustu sacratiorem Alexium quindecim tantum annos natum, cum tres annos, a patris morte rerum potitus esset, miserabiliter

excruaiatum necari iubet, capiteque; abscisso, reliquum caeterum in mare proiecit.

## Andronicus Comnenus.

Calidissimus mortalium, ac seuius, caetera non improbandus, si regnandi libidinem demeres, biennium rebus praefuit omnibus ob insitam seuitiam inuisus. Quare bello etiam a Gulielmo Siculo appetitus, cum undique preme retur, tandem ab Isacio Angelo praeter suam, omniumque; opinionem imperio deijcitur. captusque; ac per urbem camelos sedens circumuectus manu abscissa, oculoque; effosso, urbe, uulgique; tumultu lacer periit.

## Isacius Angelus.

Comnenorum sublata stirpe, ad Isacium cognomēto Angelum summa rerum praeter omnium spem defertur. qui cum prudenter se gerere sub initia uideretur, classem ad recipiendam Cyprum frustra comparauit. bellum etiam cum Mysis, qui & Vlachi dicuntur, Petro & Asane fratribus defectionis authoribus infeliciter gessit. uarias iterum multorum tyrannides oppressit. Federicum Aeneobarbum in Syriam properantem magnifice excepit. ipse uero, cum in nostros beneuolo animo esse uideretur, ab Alexio fratre, quem captum a Turcis redemerat Isacius, per summum scelus imperio, oculisque; priuatur.

## Alexius Fratricida.

Non ingratus in fratrem solum, sed plane impius Alexius uideri possit, qui non solum maiori fratri imperium per scelus ademerit, uerum etiam nepotem extorrem pateretur



sed affuit nō multo post grauis ultio. restitutus enim nepos patrē adhuc uiuentē rebus præficit. ipso autē Alexio fuga dilapso, nepos Alexius Isaci filius post subitam patris mortem imperator est dictus Gallorum, Venetorumq; armis prævalentibus.

Alexius Iunior Isaci filius.

**P**uer annorum duodecim cum Pannonas, Gallosq; per matrem uxoremq; attingeret, Venetorum Gallorumq; opem in imperium restituitur. id uero præter alia in fœdere sanciendo diserte cautum, ut patriarcha Constantinopolitanus Romano pontifici tanquam maiori subesset. Et damna Francis, Venetisq; à Manuele illata compensaret. qui mense post restitutionē suā uix ex alto, cum satageret rerum, quas promiserat, à Murziphlo quodā ignobili, quē tamē ad summū dignitatis gradum extulerat. fraude puer necatur, sed Murziphlus & ipse non multo post in Ploponnesso captus, & Constantinopolim retractus per summā ignominiam & cruciatus obiit.

Baldwinus Flandrensis.

**E**xcellens Veneti sanguinis uirtus adiuta Gallicis armis imperium, quod tot annos factiosissima & turbulentissima Græcorum natio possederat, Latino nomini facile asseruit. Capta enim urbe post Murziphli fugam, Baldwinus Flandriæ comes XV uirum suffragio imperator eligitur. Veneti priuo suffragio Thomam Maurocenū (quādo ita cōuēerat, ut ipsi antistitē darēt, si Gallus imperaret) patriarcham designāt. qui statim ad Romanū pontificem profectus, eum dignitatis suæ authorem fecit.

cit moxq; reuersus celeberrimo gentium conuentu Baldwinum imperij corona donat. qui uix anno circunactō cum præter Adrianopolim cuncta recepisset, moriens fratrem Henricum successorem habuit. Sunt qui annos V. imperatum probant.

Henricus.

**B**aldwino fratri successit Henricus. qui pace cum Vlachis firmata, & filia ducis eorum in uxorem ducta, domi, forisq; cum prudenter se gereret, in Thessaliam profectus Guilielmum filium Bonifacii regē Tessaliæ declarat. mox moriens Iolantā filiam Petro Antifiodorensi nuptam reliquit heredem. anno imperij. XI.

Petrus Antifiodorensis.

**H**ic uxorio iure (quā mascula nulla supererat proles) innixus ab Honorio pontifice ad Laurētij fanū extra urbem insignia imperij accepit, inde Venetis nauibus soluens cum Dyrhachium in Venetorum gratiam frustra tentasset, à Theodoro Lascare, qui se Græcorū imperatorē gerebat, per assimulationē pacis præter iurisdictionem religionem, & fidē medio conuiuo obrūcatur. sunt qui circa nemorosa Thessaliæ loca (tempe ea uocant) insidijs captum & in uinculis asseruatum prodant.

Robertus filius.

**N**ulli dubium esse potest, tres à me principes relatos pietate ac fortitudine eximios fuisse. quibus tamen fortuna haud sanè arriscrit. tum quod rerum diu potiri non est datum, tum quod in tanta imperij no-

uitate obnoxiam ac planè precariam potestatem agerè eadem propè fors Roberto affuit, qui ad paternæ captiuitatis nuntium Bizantium aduolans, cū sese optime gereret, Veneti nominis obseruantissimus inuidiam unius ex purpuratis suis sensit. qui abductam sibi ab illo sponsam iniquissime ferens impotens animi cum domesticis in regiam irrupit, dehone statamq; naribus puellam cecidit, quam iniuriam ulturus Robertus, dum Romam contendit, atq; inde reuertitur, in Achaia morbo decessit, re interim omni Veneto prætori demandata

## Balduinus.

Quasi fatò euenisse dicas, ut quemadmodum à Balduino auspiciæ regni cœperant, sic in Balduino conciderent, patri Roberto sufficitur Balduinus filius Cui, quod p̄ ætatem tantæ rerum moli nō uidebatur idoneus, Ioānes Brēnius socer adiutor datur. qui præualentibus Græcorum armis, cum Venetorum auxilio sæpe rem tutatus esset, tandem oppignerato filio & Crucis dominicæ parte, quæ etiam templorum donarijs omnium ablatis, cum in gentem exercitū ad Bosphori fauces obiecisset, per eius absentiam à Michaelē palæologo prodicione recipitur Byzantium. ita dum externam uim formidat, domestica opprimitur. Anno igitur sexagesimo ferè quàm imperari à nobis cœptum est, Bizantium amissum est.

## Lascarorum stemma.

Detur & hoc ipsum cum studiosis omnium, tum, Lascariæ familiæ haud dubie clarissimæ, ut qui interim ad Adrianopolim rei præfuerint, non ignorentur. quousq;

Michaelis palæologi uirtute Græcis iterū uindictā impetrat. Impator Alexius cognomēto Angelus, quæ fratricidam superius ostendimus, Theodoro Lascari filiam despondit, dotisq; nomine imperij titulos genero tribuit huic mascula proles ex uxore nulla, foemina tantum Irene filia fuit. quæ Ioanni Batazio in matrimonium iunxit, imperiūq; illi per manus tradidit. Cui postea Theodorus filius successit, ex quo Ioannes, quem Michael Palæologus puerum cum interfecisset, ipse sibi & posteris per summum scelus imperium uendicauit.

## Michael Palæologus.

Vehemētis spiritus uir, cum illum Fiduciariæ quodāmodo tutelæ pertederet, imperiumq; sibi ac suis destinasset, Gulielmū Achaia principatu primū spoliat. inde Bizantio capta, cum Venetis bellum diu gessit. à quibus facile imperio deturbari potuit, nisi Genuenses obstitissent. quare inducijs initis Lugdunum ad concilium uenit, quod Gregorius Pōtifex indixerat, facileq; illi cum Romano pontefice conuenit. ex quo tantam inuidiam græcanicæ gentis contraxit ut nec morientū iusta persoluerint, & locum sepulturæ negarint, hunc annos quadraginta & amplius rebus præfuisse, nisi annales dubia prodant, certum est.

## Andronicus &amp; Michael filius.

Ex tribus maribus natus maximus Andronicus imperium arripuit. qui Michaelē matre Vngarica natum consortem imperij sibi asciuit. quo mox uita sancto, præ dolore amissæ filiæ & generi, pater Andronicus Cōstanti

num Despotem iuniorem ad imperij successionem inuitat. quod Michaelis filius Andronicus egre ferens, in Auum insurgit. Genuensiumq; auxilio fretus, ius omne ad se trahit. sed Veneti seniores Andronicum cum restituisent, tandem prægrauantibus Bulgaricis auxilijs & Genuensium, Auis coactus Venetos destituit, partesq; ligusticas à nepote coactus amplectitur. & septuagenario maior tandem moritur.

## Andronicus Iunior.

**S**ex annos & amplius bellum uarium & anceps hic cū Auo gessit. sæpe tamen recõciliatis animis amicorū interuentu, & gratia male facta nequaquam coeunte. Tandem cum Byzantiū nepos clam ingressus esset in Auum nihil ultra molitus, illum secum imperare quoad uixit, passus est. Eo mortuo, cum aduersus hostes Romani nominis res egregias gessisset, multasq; uictorijs clarus eēt, unde quinquagesimo ætatis anno moritur febre, capitisq; dolore intra quatuoriduum confectus.

## Ioannes Palæologus &amp; Ioannes Cantacuzenus.

**M**ortuo Andronico iuniore, cum Cantacuzeni arbitrio, qui magni domestici dignitatem supremam obtinebat, omnia prudenter gererentur, Apocauci fraude uiri obscurissimi, sed solerti ac calliditate inter principis amicos præcipue dignationis, & patriarchæ ambitiõne in exilium truditur. ille uero iniuriæ impatiens bellum quinquennale aduersus Reginam & Ioannem gessit Turcarum arma Europæ primus inferens. Caterum rebus indies pessum euntibus, proditur illi Byzantium, quod cū

occupasset, nulli ferè molestus imperij tantum particeps egit, filia in uxorem Ioanni tradita. inde in Genuë ses socijs Venetis & Arragonijs bella uaria fortuna gestit cui Nicolaus Pisanus dux præfuit. nec multo post bellū à Palæologo exule Cantacuzeno indictum, Turcarum in primis ope geritur, quibus etiam in Europa locū inhabitandum primus tradidit. & cum ex Tenedo solues improvisus Byzantiū ingressus esset, tandem Cantacuzenus imperio se abdicās monasticam uitam sequitur. hic Ioannes Mathem Cantacuzeni filium consortem imperij agentem tandem imperium deponere coegit. & cum multa fortiter administrasset bella moriēs filio Manueli imperium reliquit.

## Manuel.

**D**e hoc nihil aliud memorabile proditum, nisi quod septem filios mares reliquit, quorum Ioannes nati maximus morienti successit.

## Ioannes.

**A**uidus hic concordia, pacisq; principibus cum sacris, tñ profanis Græciæ totius comitatus Italiã petijt, Eugenijq; authoritatē secutus Florentino concilio interfuit. pacēq; ac concordia perpetua (ut sperabatur) inuita, mox domum reuersus non diu superuixit Iosippo etiam patriarcha Florentiæ defuncto,

## Constantinus.

**H**orret animus tantæ cladis recordatione, & luctu adhuc tanquã in nouo malo mens refugit. Urbem totius orientis amplissimam, in qua Christiana pietas millesimum ac centesimū supra nonagesimum primū annum



floruerat, ubi tot principes Christiani, tanta religio, tot diuorum templa, tot reliquæ conditæ erant, paucis diebus quàm oppugnari cœpta sit, ab immanissimis, ac nepharijs Turcis captam fuisse. in qua nullæ scelerum facies defuerint, non dignitatis, non sexus, non ætatis habitatio ratio. supra cadibus, cædes stupris additæ. ipsa diuorum templa diruta. ipsa ossa Martyrum canibus, subibusq; obiecta. Constantinus imperator, diu ad portam trepidus se recipit, fugientium trepidatione oppressus obijt. cuius caput hostis ad ludibrium pilo affixum totis castris gestauerit. redemptor ipse Christus (pro pudor & dedecus nobis æternum) iterum cruci affixus, luto, limoq; uexatus est. eaque omnia representata, quæ in illum Iudæorum gens olim impia patrarant. Elogium inde additum Cruci hic est Christianorum deus, triduum ciuitas uexata, atq; ad arbitrium impotentissimi uictoris direpta, inde quicquid regij sanguinis, matres foeminaq; illustres supersuere, aut inter epulas prægrauante uino Othomani iussu foede iugulantur, aut uictoris libidini (quod grauius morte fuerit) reseruantur. incidit autem clades hæc in annum salutis millesimum CCCGLIII. quarto Cal. iunias. qui dies funestissimus ac religiosissimus esse nobis semper debeat. Quæ in re subeat ea reputatio à Constantino magno Helenæ filio constructam urbem esse Romæ semper æmulam, sub Constantino, qui eiusdem nominis matrem haberet, captam, Turcarumq; iugo ad hanc diem subditam. cū Nicolaus pontifex Romanæ præesset ecclesiæ, Fridericus Germanis imperaret. nostri interim Veneti cum classem ductu Jacobi Lauretani emisissent ad subitæ oppugnationis

nuntium hostis Turcæ celeritate præuenti nullam opem lapsis iam rebus asserere potuerunt. regnum à palæologis annos ferre ducentos,

De Byzantio.

Fuerit & hoc institutæ rei consequens, ut qui Byzantium primi condiderint, quæ ue urbis tam celebris incrementa à prima eius origine ad ætatem nostram fuerint, & quæ uaria fortuna, perstringam. nam si Castelli unius originem diligentius perscrutari non ineptum ducitur cui quæso ingratum esse possit, urbis tam uetustæ, tam amplæ, in qua imperij Romani maiestas qualiscunq; tot annos uiguerit, ortum, casumq; percepisse? Byzantium primo in angustiissimo Europæ, Asiæq; Euripo posuere Lacedæmonij Pausania duce, Lygos antea dictum. quod uariatæ deinde fortuna, dum incerti iuris possessio adhuc esset, Atheniensibus, Spartanisq; id sibi certatim uendicantibus, tandem libertatem sibi asserere, & dum neuter populus tanquam propriam urbem auxilijs iuuat, libere conditionis esse cœpit. per quæ tempora res eorum admodum floruit agro foecundo, feraciq; in primis, & mari admodum oportuno, unde uectigalia, uectigalibusq; eorum augendis piscium uis ingens ad eorum litora deferebatur. Quam commode posita eēt, oraculi Pythij ambages arguit. nam consulentibus græcis ubi urbem conderent, data sors exciderat, sedem oppido Cæcorum aduersam quærent. Chalcedonios haud dubie innuēs qui priores in ea loca profecti Megaris, peiora legerant pisces etenim ex Euxino in propontidem illati, ubi ad Chalcedonensem litus incurere, territi candicante saxo



quæ a uado ad summa pelluceat, aduersum Byzantij promontorium ex ea causa Chrysoceras appellatum, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantij Chalcedonensibus penuria. primum cum Romanis fœdus aduersum Pseudophilippum a Byzantijs initum est, inde semper forti, fidelique opera eorum multis, uariisque bellis usi sumus. Quousque Seuerus imperator occupata a Pescennio Nigro, eo occiso funditus euertit, et in uici formam redegit, agro etiam eorum Perinthijs adiudicato. fuit autem urbis murus milesio quadrato lapide, adeo indiscreta laterum structura, ut una propè muri compages spectantibus uideri posset. in huius ruinis Constantinus magnus aquilæ præpeti uolatu ex Calcedone illuc regulares funiculos, terque ac quater inferentis admonitus, urbem ampliore mœnium circuitu construxit Romæ operibus, et nomine etiam æmulam futuram. quam cum uarijs signis, ac monumentis undique conquisitis ornasset, ante. V. Iduum Maij Deipara Virgini dicauit Quin et Valens mathematicæ prædictionis consultissimus annos. DCXCVI. posituram rerum prædixit. quæ tamen adhuc duret. portus duos habet, quos ductis utrinque cathenis et turribus erectis munitissimos reddidit. illud est, quod Dion grauis in primis author memorabile prodiderit. septem turres eo artificio fuisse constructas, ut si quis uni inlammasset, lapidem ue immisisset, sonitus ex omnibus redderetur æqualis. ita ut ex singulis proprius exaudiretur. Et cum multa ad ornatum nouæ urbis conquisisset, Cochildem insuper prophætici lapidis ex urbe Roma aduehendam curauit. cui statuam suam, et clauum unum Christi redemptoris cruciat

in insignem superimposuit, quæ Alexio Comneno uiuente corruerit. palladium etiam ex Ilio comportatum. Principes à Constantino cum diuersa fortuna, tum rerum uario successu multi præfuerunt, magna tamen eorum pars ambitiosi, crudeles, auari, et obscurissimi. quodque grauissimum sit, ab orthodoxa fide abhorrentes, aut etiam infesti, donec urbs terræmotibus incendijs, seditionibus intestinis obnoxia, quibus alimentum leuitas genti insita præberet, adde etiã principum instabilitate in nefaria gentis Turcicæ libidinem deciderit, in qua non sine nostro graui dedecore septuagesimum propè annu dominati fuerint Maomethes primus, inde Paçaites eius filius, et qui nunc omnibus formidolosus Syria, Aegyptoque imminet, Selinus. et quoniam Turcarum proxime meminimus, qui nam illi fuerint, unde ue terrarum profecti, per quos duces eorum aucta res sit, breuibus explicandum est mihi. Tum quia res memorabilis admodum sit, tum quod diuersa quædam quam nostri hactenus tradiderunt, et (ni fallor) similia ueri proditura sim, cum alij præter eorum uerba nomina, uix quicquam memoria dignum in multis retulerint.

## De origine Turcarum.

Turcæ. partim Caspio mari proximi, qui Asiam, orientemque uastarunt, Caucasi que ueteres incolæ, qua parte ad arctum uergit, partim inter Scythicas gentes relati, et hunnici sanguinis, qui postea Ungari dicti sunt, existimati, quod ex græcis authoribus, et latinis aliquot colligas, ueteres scriptores (quod sciam) de his nihil præ

ter Mellam & Plinium & ille præter nudum Turcarum nomen in Scythiæ relatione nihil aliud addidit. Siue igitur ueteres illi à Mella relati, siue recens aliquod genus hominum, eorum certe qui Caspij maris accolæ fuerent, tenuissima memorantur primordia, & ut cæterarum gentium planè obscura. nam septuagesimum ab hinc annū natali solo relicto, in Persidem atq; Atram minorè primum impetum fecere, sed nec unus dux illis, nec certum imperium. uagi dispersatiq; quo ue cuique sors affuisset, latrocinantes magis, quàm belligerantes provincias uastarunt. prima stipendia Basilio Macedonia imperante sub Muchumetio Sarracenorum principe meruere. quorum præcipue opera Babylonios, Indosq; ille uicerit sed peperit his uirtus inuidiam. prohibitiq; ad sua redire, indignati primo secedunt, inde uno alteroq; prælio Tangrolipicis Mucaletij ducis eorum auspicijs feliciter aduersus Sarracenos gesto, tandem egregie uincunt, Muchumetiumq; profligatum acie obtruncant. ex quo res Turcica ad Tangrolipicem delata. is alijs Turcis ad se accersitis Cucumetum nepotem aduersus Arabas cum paratissimis copijs misit. qui prælio ab his uictus cum a patruo psummum contemptum exceptus esset, eius iracundiam ueritus, ab illo deficit, & Pasara Chorasmiore urbe munitissima sese includit. Tangrolipix interea prælio genti funestissimo in Mediæ finibus cum Romanis Asani alterius nepotis ductu confligit. Quo uicto & cæso, indignatus ille Aleimum fratrem iterū in Romanos misit, qui egregiam uictoriam capto Liparite Græcorum duce, & cæsis etiam Iberis Romanorum socijs retulit. sed cum Liparitem primum, mox & dona

à principe missa facile Turca reddidisset, nec præstaret Romani quod promiserant, in gentibus copijs accinctus Tangrolipix Asiam omnem ad euxinum mare uastat, aut subigit, uariatum deinde in gente factionibus exortis ad Gallorum usque memorabilem illam expeditionem. qua fracti ab his sæpius, magna etiam imperij parte mulctati sunt. Donec Othomanus ab hoc Selino, quæ rerum nunc potitur, nonus ueterem gentis gloriam asserere ausus est. is obscuro loco & parentibus agrarijs natus uirtute, ac calliditate singulari, conflata per seditionem manu circumferre turcica cepit arma, in sua gentis homines non minus infestus quàm in nostros. Paulatimq; rerum successu, & imperandi libidine inflammatus castellum, quod Othomanum de suo nomine appellari uoluit, cepit. distabat id à Prusia Trapezuntem uersus itinere dierum sex. agebatur autem annus salutis nostræ millesimus trecentessimus, præeratq; in Barionæ sede Bonifacius octauus, circa exitum Michaelis Palæologi & Andronici nepotis initia. quo tempore Germanis Albertus imperabat. Othomanus igitur his auspicijs intra octo & uiginti annos, quibus rerum potitus est, incredibile dictum quantum rem suam auxerit. magnam certe Bythinia partem breui subegit, oppidaq; ad euxinum posita non pauca cepit. qui moriens Orchani filio regnū per manus tradidit. sub quo dissidio Græcorum Cantacuzeno & Palæologis cōtēditibus, adeo res Othomanica creuit, ut Prusiam Græcis ademerit. & dum Cantacuzeno magis quàm palæologis fauet, primus in Europam ab eo accersitus traiecit, Caramanum etiā perfidia in illum usus, cuius filiam in uxorem duxerat,

Interfecto eius filio adolescente, nō exigua principatus pte exiit. Qui post uigesimum secundum imperij annum Ammuratem filium heredem reliquit. Is auitam, pater namq; felicitatem emulatus, in Caramanum aui maternum non minus infestus quam pater fuit. mox ab imperatore palaeologo sollicitatus in Bulgaros, fratresq; Peloponnessi principem, qui bellum mouerant. XII. Turcarum millibus in Europam transportatis, egregie Bulgaros, hostesq; impatoris ultus est. hinc europeis opibus illectus, dum ulcisci imperij hostes simulat. sus Genuensium nauibus, hellepontum ad Abydum superat. Callipolimq; cum alijs opibus occupat. Is fuit annus millesimus trecentessimus sexagesimus tertius, nec multo post Seruiam, Bulgariamq; ingressus, cum Adrianopolim prius occupasset, occurrens sibi cum paratissimis copijs hostes ingenti caede profligat Laçaro Seruiae principe in acie caeso, sed mox a seruo in domini uindictam Ammurates occiditur, cum annos uiginti tres imperium tenuisset. Pazaites & Solimano liberis superstilibus. Pazaites interfecto per insidias fratre, patris mortem ulturus Marcum Craienicum Bulgarorum principem praelio superat, & interficit, inde magnam Bulgaria partem sibi subiecit, nec tanto rerum successu quietus, Bossinam Croatiam, ultioresq; Illyrici partes uastat. Cōstantino polim annos octo obsidet, facileq; obsessam iam tunc expugnasset, nisi Ungarorū, Gallorūq; aduētū formidans, qbus ad Nicopolim occurrit, memorabili praelio nostros superasset, caesis, captisq; magna ex parte Galloꝝ ducibus in primis Ioanne Burgundiae duce, & Sigismundo Ungariae tūc rege tumultuaria pugna fuso. qui facile in

hostis potestate uenisset, nisi Venetae classis occursum seruatus ē fuga esset, cui tum Thomas Mocenicus, q postea Michaeli Steno successit, praerat inde ad Cōstantinopolitanam obsidionem spei plenus regrediens, cum eam biennio obsessam tenuisset, trepidissimis Tāberlanis Scythae nuntijs, qui infinita penē multitudie Turcarū terras inuaserat, excitus, illi ad stellā montem congregitur, in Galatia, Bithyniaq; cōfinio. Caesa sunt in ea acie Turcarum ducenta millia. uiuus ipse Pazaites in hostis potestate uenit, qui aureis catenis cauea uinctus, ad mortem usque à Tamberlane circumductus est, incidit haec clades Turcis in annū millesimum trecentessimū nonagesimum septimum salutis nostrae Bonifacio nono pontifice Romano. huic duo facere liberi mares. Orchanes, quem alij Calepinū, & Maomethes, quem nostri Moysem magno, uti uideo, errore dicunt, Orchane intra biennium per insidias à fratre interfecto, Maomethes rem Turcarum solus occupat, qui Turcia auito regno Asiae recepto per Tāberlanis interitū, Bulgaros & Vlachos praedis & cladibus afflixit, Adrianopolijq; recepta, regiam ibi sedem statuit. ipso post annos septem & decem mortuo, Ammurates filius regnum imit, Ioanne.

XXIII. Barionae sedem tenente. hic maiorū gloriā non solum aequauit, uerum etiam longe superauit. priā illi expeditio in Mysorum principem, qui nunc Serui dicuntur, fuit. de quibus Scopiam & Nouemontum post longam obsidionem cepit. Duos Reguli filios captos oculis priuat, postea sororem eorum uxorem sibi adsciscit. restitutoq; per has nuptias Nouemonto in Vlachos, Ungaros, & Germanos incursiones graues fa-



cit. inde in epeirum deflectens Croiam expugnat. Venetorum arma in se sollicitat. Thessalonica his per uim adempta. interim una ab Ungaris ingenti pugna uictus, inducijsq; ab his decennialibus impetratis, iterum ab ijsdem Ungaris præter iurisiurandi fidem Eugenij pontificis hortatu bello petitur. quos duplici prælio ducum nostrorum discordia & ambitione uicit. in altero ad Varnam Ladislaus rex Poloniae; & Iulianus Cardinalis obiere. in altera ad Basila uictus Hunniades, caesi q; principes Ungari non pauci præter gregarium militem, qui ad internitioem occubuit. Nec moratus peloponnessum fratrum discordia iniuriæ obnoxiam in ditione redegit. exinde reputans animo regni molestias, & fortunæ incōstantiam animo agitans, in Asiā abiit solitariam uitam secutus, & Maomethæ filio cura rerum demandata sub Calibasæ tutela, quam non multo post repetere suafus (ætas enim filij non satis idonea rei administrandæ adhuc uidebatur) epeirum igenti exercitu repetit. (defecerat enim ferè uniuersa Scanderbecchio authore.) & Croia frustra per aliquot menses oppugnata, mœrore animi obiit, cum annos quatuor & XXX. regnasset. longū esset, si Maomethis eius filij res gestas explicem quæ quantæ fuerint, nouum Othomanicæ familiæ magni cognomentū ab eo quæsītū, & in hæredes iam transmissum arguat. is enim duo Christianorum imperia Cōstantinopolitanū, & Trapezuntinū subuertit. regna duodecim nobis ademit. ducetas urbes Christianam pietatem secutas cepit. & in his Chalcidem insulam armis & Schodram deditione, Venetis extorsit, bellum maritimum per multos annos cum

maioribus nostris gessit. Capham ponticam urbem expugnauit, Rhodon insulam frustra tentauit. Italiae capto Hydrunte arma intulit, & dum plus quam ciuile bellum in maiorem filium meditatur, cum annū unū & XXX. p̄fuisset, obiit Anno salutis nostræ M. CCCC. octuagesimoprimo. Quinto non. Maij. Quo mortuo res Turcica ciuilibus armis aliquandiu iactata est, sed minore fratre uicto & fugato, solus imperium Parçaites obtinuit. qui Vlachia castella quædam cum expugnasset, inde in Sultanum Aegyptiū copias eduxit. à quo sæpe uicti Turcæ tandem pacem, fœdusq; iniere. Ceterū cū otij appetentior à natura uideretur, nec tamē per suorū hominū ferociam feriari à re bellica posset, paratis terra mariq; ingentibus copijs āno M. CCCC. nonagesimo secundo Ceranniorum montiū accolas inuadit. tractū q; illum liberarium semper ad eā diem gentium Turcicæ seruituti subdit. inde septimo post anno terribili clasfis apparatu Venetis Methonem, Nampactumq; mox inde & Dyrhachiū adimit. Quin & in foroiuliensi agro trepidatum Turcis fœde terram eam magno nostrorū damno uastantibus. Nec multo post pax secuta Andreae Gritti patricij clarissimi opera. post quam non diu supstes Parçaites fuit regno à Selino filio pulsus, qui rerum nunc potitur, ex quo annos fermè. XXX. imperitasset.



IOANNIS BAPTISTAE EGNATII  
VENETI ROMANORVM  
PRINCIPVM LIBER  
TERTIVS.

Ventum iam est mihi ad tertium, atq; ultimum institutæ  
commentationis librum. quæ mihi ut laboris & operæ  
minus, ita certe multo plus voluptatis allatura sit Nam  
& à cōtinuis imperij cladibus tantisper evertitur ani-  
mus dum lætiora persequor, & hi mihi principes post  
hac erunt referendi, quorum res gestæ & domi, fori q;  
fœlicitas in plerisq; tanta est, ut ueterum Romanorum  
gloriam non pauci ex his æquent. certe recentiorum me-  
moriam eorum uidelicet qui supra millesimum annū  
à me repetiti sunt, adeo obscurent, ut iniquissime pro-  
pe modum faciat, si quis hosce illis conferat. Nā ut in ple-  
risq; sordes, & generis pudendam originem sileā, quo-  
tus eorum quæso fuit qui aut augendæ Reipub. studuerit  
aut auaritia non flagrarit? aut sæuitia in suos, in exter-  
nos perfidia in famis non uixerit? adde ueræ pietatis in  
hisce contemptum, tot hæreses ab illis, aut per summum  
scelus excogitatas, aut ad insaniam usque & pontificū  
Romanorum exilia & cadē pertinaciter assertas. acces-  
sit odium plus quàm hostile in latinum nomen. Quid  
dicam quoties insultatum sit Romanis pontificibus?  
Quoties eorū uiolata maiestas? Nam schismatis crimen  
eo grauius existimari debet, quo & concordiam nostro-  
rum pontificum sapius expetere, & expetitam pari-  
leuitate reiecere. Donec paulatim uetere labente discipli-  
na, re q; magis ac magis in lapsum prona, tum demum

in præceptis nostris temporibus acta, imperiū tanta im-  
dole partū, & auctum ad Turcas transferit. quo factū  
est, ut gens olim in terris ingeniorum acumine, tot ar-  
tium solertia, tanto rerū usu celeberrima, addo legibus  
institutis domesticis, eloquentiæ studio, & tot urbibus  
ac Colonijs per orbem deductis frequentia & amplitu-  
dine optime de humano genere merita, nunc aris, focus  
q; patrijs expulsa, inops, egensq; alienæ opis, aut erret  
profuga, aut immanium Barbarorum iugo subiecta ser-  
uiat. ut iam in ipsa Græcia quæramus Græciam Quod  
si uerum est, fruges & arbores, pro soli terrarumq; in-  
genio mutari, & de cælo mortales quod hauriant, na-  
turam & mores induere, simile ueri certe uideri possit  
Thraciam illam feritatem, & Bithynicam barbariem  
(quando hæc loca recentiores Græci tenuere) esse ab his  
haustam. & alioqui Thraces homines & Phryges, &  
(quod præcipue pudeat) Macedonum Cappadociq;  
mancipia rerum potiti sunt. ne aliquot Isauricæ gentis  
ingeram. qui tametsi usu, consuetudineq; græcam lin-  
guam imbiberant, patrios tamē mores, quibus innutri-  
ti fuerant, retinerent. unde illis fortasse cuncta perden-  
di libido, tanquam non propria tuentibus. & Romani  
nominis, latiniq; contemptus ac odium. quod à princi-  
pibus suis acceptum semi-græci homines, nec quicquam  
auitæ indolis, ac prudentiæ redolentes si linguam, uesti-  
tumq; demas, in posteros transmiserunt. Si quidem diui-  
nitus à Platone dictum quales essent principes, tales fer-  
ré esse eorum, qui his obediunt, mores. Cæterum que-  
relæ ne tum quidem gratæ futuræ, cum necessariæ  
essent, certe ab his nostris libris absint. Quibus id

tantum agimus, ut rem obscuram, ac propè obsoletam illustremus. Et uarijs literarum monumentis traditam nec græcis, latinisq; hominibus satis exploratam, breui hoc uolumine complectamur, Sumemus igitur auspicijs Dijs fauentibus à Carolo Francorum rege, cui res egregie gestæ magni cognomentum iure peperere.

## CAROLVS MAGNVS.

Irene Constantini matre Byzantij rerum potente, cum imperij Romani maiestas omnia sibi Barbaris uendicantibus obsolesceret, nec in fœmina, quâuis altæ indolis, inesse præsidij multum uideretur, Leo pontifex scito Romani Po. Cleriq; rogatu Carolum Francorum regem ob egregia in Christianum nomen, Et Romanam sedem merita Romanorum imperatorem primus appellat, in unctumq; cum Pipino filio Augustani consecrat, anno, ex quo in Italia imperari desitum post Augustuli interitum trecentesimo ac trigesimo, salutis nostræ octogesimo, regni uero eius, ex quo Francis præfuerat, trigesimo tertio. dies tantæ rei Iduum Decembrium delectus. Subsecutaq; mox P. O. R. O. acclamatio Carolo Augusto magno Et pacifico uita Et uictoria, Huic Pipinus pater fuit. qui primus Christianissimi cognomentum tulit ob nauatam Romano pontifici aduersus Longobardos egregiam operam. Carolus autem paternæ uirtutis æmulus sub regni initia bello defunctus aquitanico, Italiam, Adriani pontificis adhortationem secutus, ingreditur. Longobardorum regnum capto eorum rege Desyderio Francico nomini subigit. Saxones sæpius rebelantes tricennali tadem bello uincit. Et, quod ab initio

semper egerat, uera pietate imbu't. Sarracenos Hispaniam ferè omnem uastantes intra Beticæ angulum compellit. Et præsidijs Pompeiopoli, ac Caesar augustæ impositis, dum in Franciam redit, Vasconum insidias passus non paucos ex suis Et in his fortissimū quenq; amittit. Sclauos Danos, Et Baioarios unu'tuantes in ditionem suam redigit. Iterum Italiam ingressus, ut Romana ecclesiæ patrociniū semel receptum constanter tueretur, Beneuentanorum ducem Aragisum Longobardorum reliquias adhuc fouentem ad officium cogit. Hunnicum bellum octauo post anno felicissime cōficiat cum eorum regiam, quæ Rhingus appellabatur, expugnasset, Et Thesauros lopulentissimæ omnium gentis asportasset. inde tertio in Italiam contendens pontificis Leonis iniuriam ulturus, simul Et eius causam cognitarus, omnia ex sententia componit. Vnde illi post ingenita merita imperatoria maiestas Et posteris quæsitæ. Quare compositis Italiæ rebus, cum nihil grauius in Longobardos statuisset quàm ut æquo cum Italis iure uiueret, Et partito imperio cum Irene, in quo diserte cautum, ut Veneti suis uterentur legibus, Et bello pacè uentrius censeretur iuris, in Gallias redit. filioq; Ludouico consorte imperij declarato, tandè moritur Aquis granis. V. Cal. Februarij ætatis a'no septuagesimo proprio regni quadragesimo septio, post Longobardos debellatos q'dragesimo tertio ex quo uero Augustus à Leone pontifice dictus est. XIII. fuit in hoc principe, quod incredibile multis uideatur, pacis, belliq; par studium. insignis pietas. beneficentis singularis, humanitas quanta in superiorum principū nullo. in rebus bellicis maior ne uirtus

an felicitas extiterit, nescias. nullus certe ferociores gētes debellauit. nemo collatis signis saepius dimicauit, nemo bonarum artium studia indulgētius fouit. ipse parisiense gymnasium, & papiense uiris undiq; doctissimis accersitis instituit. templa diuis erexit. ueræ religionis obseruator etiam in minimis fuit. Iniurias illatas civili animo uelit. in hostes raro acerbius sauit. Italica gloriæ ita studuit, & quieti, ut præter Florentiam urbem in stauratanz classes quoq; paratas habuerit quibus Maurorum populationes arceret. His meritis ad hæc usq; tempora à multis ut cœlitum unus colitur. eius monumentis Elogium huiusmodi fuisse traditur.

CAROLI MAGNI CHRISTIANISSIME  
ROMANORVM IMPERATORIS CORPVS.  
HOC CONDITVM EST SEPVECHRO.

## Ludouicus Pius.

Iam uti Carolo patri res egregiæ domi, forisq; gestæ magni cognomentum peperere, sic Ludouico facilitas, ac clemētia, religiōisq; summū studiū Pij tertio ad hoc eui dedit. Qui sub patris mortē Aquisgranū ex Aqtania cōtendēs diuersarū primo gētium legatiōes audiit. inde daciū bellū ex sentētia cōficat nec multo post Bernardū Ex Pipino filio nepotē in Italia res nouas molientē capitali pœna afficit. in antistites res nouarū authores mitius actum. In clasi cenobij uita donatur. & cū Britones, reliquosq; pacis turbatores cōpressisset, à filijs tribus captus, tanquā in Carolū natū minimū propēsior esset, imperiū eiurare cogitur. sed tumultuante optimo quoq; restitutus pristinae dignitatē, nō multo post parato impe-

rio decessit Maguntia, cum imperasset annis uiginti septem, uixisset. LXIII hic Stephanum Romanū pontificem magna Gallorum frequentia exceptum, & cruce magni ponderis donatum à se dimisit. Quin & Pascali ius eligendorum præsulum remisit. sanxitq;, ut sacri ordinis homines à gemmis, cultioreq; uestitu temperarent. Quid facturus pientissimus imperator, si luxū nostrisri temporis aduerteret?

## Lotharius.

Tres superstites liberi Ludouico fuere. Lotharius natu maximus præter Italiae regnum Narbonēsem Galliam & imperij decus assequitur. Carolo Gallia omnis citra Mosam data. Ludouicum Germani regem sortiti. sed nō diu mansit fratrum concordia. Violatus (credo) ab his pariter tanti sceleris pœnas exposcebat. quippe q; ardētibus animis inter se, dum paternā imperij diuisionem æquo animo non ferunt, infestis signis concurrere ad fontanicum altissiodorensis agruicium. qua acie tot Gallorum millia utrinque cecidere, ut conuulsæ propè imperij uires sint. uictus tamen Lotharius, & Ludouicus à Carolo. & cum bellum iterum repararent, iterum fusi pacem petiere. Quæ his propè conditionibus data. ut imperij titulo Lotharius cum Italia & Narbonensi Gallia frueretur. Ludouicus Germaniam possideret, Carolus Francis à Mosā ad oceanum præesset. addita & ea Gallia pars, quæ Scalden inter & Rhenum iacet. ea nunc Lothorin-gia est. Ipse cum Ludouicum filium regni consortem adsciuisset, & imperij sociam declarasset. XV. post an-



no monasticam uitam secutus est, tædio rerum aduersarum (ut opinantur) affectus.

## Ludouicus.

Hic Lotharij filius eo uiuente (uti diximus) regni, imperijq; consors efficitur. Romæq; à Sergio pontifice inungitur & coronatur. reuersusq; ex Italia in Germaniã post patris mortem cum Garolo Caluo Francorum rege discordibus animis ferè semper uixit propter Austrasiæ regnum, quod Lotharij fratris fuerat, & Caluus id sibi totum uendicarat. sed mox compositis rebus, cum annum unū & .XX. rebus præfuisset, moritur Ludouico filio superstitute.

## Carolus Caluus.

Redierat Ludouico mortuo summa imperij ad Carolum Francorum regem minimum natu Ludouici Pij, qui cū Britonibus & Nortmannis uaria fortuna dimicauit. postea audita Ludouici morte, in Italiam profectus à Ioanne pōtifice corona donatur imperij. Quare mox in Sarracenos mouens, facile cōatus eorum repressit. inde in Galliã reuersus breui Italiam repetit. aduersus quem Ludouici Germani filij, dum bellum parant, ipse curis confectus ueneno à Sedechia medico Iudaici sanguinis dato obiit, Ludouico Balbo hærede. Notata in hoc imperatore ambitio modica.

## Ludouicus Balbus.

Ludouico Calui filio Ioannes pontifex imperij titulum præter Italiæ multorum principum uoluntatem solus

asseruit. qui è custodia fugiens, cui Romani illum inclusserant. & in Galliã contendens ratum Balbo imperium suo assensu fecit. quod tamen ualetudinarius princeps biennio uix obtinuit. obiit anno salutis octingentesimo octogesimo Carolo Simplexe hærede.

## Carolus Crassus

Hunc Crassum à corporis (ut arbitror) habitudine dixerunt qui Ludouici Germanici regis filius à Ioãne obtinuit mortuo Balbo, imperij coronã. hic Nortmãnos. Pannonasq; uarijs prælijs afflixit. Robertum autem Nortmannorū ducẽ de sacro fonte leuauit data illi in uxorem filia. Sed mox cum inutilis imperio, nec in eo satis presidij uideretur ad Nortmãnos Gallia exturbandos ob subitam uim morbi, abrogato illi imperio post decennium decessit. laudatur in hoc principe religionis studium, & in literatos homines beneuolentia, quos ad scribendum adhortari soleret.

## Arnulphus.

Vt nihil certi affirmare de Arnulphi origine habeã, facit scriptorū inconstãtia. mihi tamen similis uero uideatur ex Carolo Manno Ludouici Balbi prognatū. nec enim uideo, qui fieri potuerit, ut obscurissimus homo, (quod quidam asserant,) imperio præfuerit, Gallis præsertim suos reges tanta ueneratiõẽ colētibus, & ignobils auersantibus. huius igitur uirtus effecerat, ut quãdo Carolus Simplex parum idoneus haberetur, iste imperaret. qui aduersus Nortmãnos res egregias prio gessit. mox in rapinas, templorumq; spoliaciones cõuersus iusta numinū



ira plectitur. Nam & prior illum felicitas deseruit. & breui pediculari morbo cōfectus obiit. illud accessit grauius, quod imperij maiestas in eo defecerit. quæ per annos centum tanta indole à Carolo mago quæsita nescias maiore Gallorum dedecore & infamia, an Italiae dāno ad Germanos tralata sit. Terra certe Italia sub Gallorum principatu adeo floruit, ut uetera Romanorum principum tempora non sanè desyderares, sed & anni sexaginta usque ad Othonem primum Saxonum regem quibus nullum non calamitatis genus sensit illa olim gentium alumna & parens Italia, fecere, ut Gallicum nomen desyderabilius foret. Cæterum de his alias.

## Otho primus.

Sexagesimus ferè agebatur annus ab Arnulphi morte, Berengarijs interim Longobardici sanguinis Italiam uexantibus, & Vgone, Rodulpho, & Lothario Gallis principibus rem sibi interdum asserentibus. Cæterum cum Berengarius tertius cum Adalberto filio tyrannum uerius quàm principem ageret accersitur à Romanis Otho. Cuius tunc nomen ac pietas celebris erat, Boleslao Boemo capto, & Ungaris prælijs aliquot afflictis. igitur Saxonia egressus cum, L. millibus armatorum Italiam per patentem fori Iulij portam ingreditur. facileq; Berengarium & eius filium ad obsequium trahit, quos data uenia magna etiam Gallie Cisalpinæ parte donat. Inde abiens Ludouicum Franciæ regem factione suorum carceri inclusum eripit. nec quiescere diutius datum Berengario & Adalberto res noua molientibus. quos facile uictos

& captos Alterum in Austriam, alterum Byzantijs relegat. Inde Romam profectus, à Ioanne pontifice, primus Germanorum principum corona donatur imperij. quem, tertio Italiam repetens, cum grauissimorum criminum reus ageretur, saepe tamem antea ut rescipisceret, admonitū, coacta synodo officio deicit Leone suffecto. hūc cum Ioannis pontificis necessarij illo sub Othonis profectionem redeunte, urbe eiecissent, statim ulturus insignem iniuriam ex Umbria Otho aduolat ac Romanis COSS. in Germaniā relegatis cum præfecto Leonem restituit. Sarracenisq; ac Græcis, qui illis adhaerant, Calabria, Appuliaq; fugatis, in Germaniam reuersus Viennæ obiit, Vir pacis, belliq; artibus insignis. pietatis autem assertor præcipuus. rebus præfuit ann. XXX. & amplius.

## Otho. II.

Hunc ex Adelaida Lotharij uxore susceptum pater successorem sibi instituit, & inuigendum à romano pontifice curauit. Cuius etiam opera Sarracenos, Græcosq; Calabria expulit. Hic mortuo patre, Henricum Bauariæ ducem nouis rebus studētē armis domuit, & aduersus Lotharium Francorum regem, qui sibi Lothoringiā assererat, Galliam ingressus fœdis populationibus uastat. Cæterum dum reuertitur, in Axonæ fluuij transitu graui incommodo à Francis affectus est. plerisq; militum fluminis impetu, alijs ferro enectis. & dum in Italiam festinat ad famam Græcorum principum, qui Sarraceno etiam milite instructi Italiam sibi uendicabant, his congressus ad Basantellum uincitur. ipse scar

pha cōscensa ad mare delatus, Romamq; ex Sicilia profectus, Beneuentanos in primis ultus est, quos uti desertores oderat. Beneuento autem incensa Bartholomei reliquias inde asportatas Romæ componit. ubi non multo post fato uita decessit decimo septimo imperij anno.

## Otho tertius.

Non pœnitet adhuc Germanorum principū, quippe quorum uirtute Christiana pietas, & res Italica respirarit. Cui restituendæ uitæ, paternæq; uirtutis æmulus Otho tertius incubuit. q̄ a principibus Germāis impator Romæ dictus, Brunonē saxonē pōtificē creat Gregoriū quintū appellatū. i de Saxoniam inuisens, Romā in gētibus mox copijs accinctus minarum, iræq; plenus aduolat. ferebat uidelicet iniquo animo Gregorium ab his expulsū. Capta igitur Roma & Crescentio authore discordiæ à multitudine cæso, Ioanne adulterino pontifice luminibus priuato, Gregorius restituitur. qui statim sanctionem eam tulit, quæ per quingentos annos abuc durat Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem uendicatio principes. sex, sacri ordinis tres, profani totidē eum deligunt. hi si discordes fuerint. Boemiæ regem cooptato. nec multo post Othoundeuigesimo imperij anno naturæ concessit. fuit hic Veneto principi Vrseolo familiaris. in cuius gratiā cum Venetias inuissset uoti reus pallium aureum, quod annuum Venetū pēdebant, remisit.

## Henricus primus.

In Othomis locum ex Gregorij formula Henricus Bauarici sanguinis imperiū adipiscitur, uir pietate insignis nec

armis ulli priorum principum minor. par sanctimonia, ac innocentia Sinegundæ coniugis. qua cum Henricus cœlibem perpetuo uitam duxit unde etiā mortui diuorum numero adscripti miraculis illustres fuerunt. Henricus igitur post Germaniæ res compositas Italiam ingressus Capua Saracenos expulit. Græcorum ducem Troia à se munita spoliat. quibus gestis octauo imperij anno in humanis esse desijt.

## Corradus Sueuus.

Post trium annorum in tē regnum legitimo tandē suffragio Corradus Francus eligitur, uirtute, ac militari disciplina ad tantum fastigium euectus. q̄ comparato exercitū, Mediolanum diu obsedit. & cum supremum exitū urbi minaretur, deterritus oraculo omnē grauiorem iniuriam abstinuit. Romāq; profectus coronam imperij à pōtifice accepit. in Sclauos inde ac Pannonas feliciter pugnatū. qui rebellantē Italiā socialibus armis adiuuerant. neq; non Rodulphū Burgundiæ regē suis conciliat. Leopoldū etiā pacis & otij turbatorē bello petitem compefcit. Mouendi belli causa, quod sub initia imperij legem seuerissimam tulerat, si quis pacem turbasset. Corrado autem post annum XV. uita functo, Henricus successit.

## Henricus II.

Gener hic Corradi imperiū accipit, & ante oīa Odelricum Boemiæ bello fatigatum tributū annuū sibi pēdere cogit. Inde Petrum regē ab Vngaris eiectum restituit. Ceterū pertæsus eorum, quæ Romæ circa pōtē

fices per summum scelus agerentur, Romam contem-  
dens abdicatis adulterinis pontificibus aliquot Bam-  
bergensem præfulem pontificiæ sedi præfecit, quem Cle-  
mentem secundum dixere. Et ut caueret in posterum sum-  
morum pontificum securitati, iureiurando Romanos  
adigit, neminem creationi eorum interfuturum sine  
eius permissu. Capuaque aduersus Sarracenos nouo præ-  
sidio firmata in Germaniam abiens duodeuigesimo  
imperij anno Henrico filio superstate ad suos abiit,  
cum Leonem nonum primo, mox eo defuncto Victor-  
rem secundum pontifices suo privilegio declarasset.  
unde Victor in beneficii gratiam Henricum adhuc  
puerum Cæsarem creari passus est.

## Henricus tertius.

Is si quæ bello magnus, tam pacis artibus, ac pietate insi-  
gnis eum curasset, haud dubie Carolis et Otthonibus  
æquari potuit. nemo bellacior hoc uno fuit. nemo col-  
latis signis ad hanc diem pluries cum hoste conflixit.  
quippe qui Marcum Marcellum et Cæsarem dicta-  
torem supergressus bis et sexages pugnauit. In Saxo-  
nes tamen et Rodolphum eorum regem arma sæpius  
intentata, quibus cum congressus semper ferè uictor  
abiit. Quin nouissimo prælio fugatum etiam Rodul-  
phum interfecit. Mathildem pontificis partes in ter-  
ra Italia tuentem uicit Henrici filij opera. sed quæ bello  
clarus tam infestatione pontificum infamis. à quibus  
diris etiam pontificis primus imperatorum post ar-  
cadium petitus est. Nec causas in præsentia exquirere

libet. Certe nunquam laudes Gregorium pontificem  
ab eo obsessum. adulterinum pontificem unum et  
alterum superinductum. Dolis et ueneno etiam in  
illos crassatum. matrem sceminam optimam à filio ex-  
pulsam, atque in exilio mori coactam. Gallorum me-  
morabilem illam expeditionem sæpe impeditam. sed  
luit mox poenas. ab Hærico enim filio captus et Leo-  
dij custoditus pedore carceris post annum XLVIII.  
imperij miseram animam efflauit.

## Henricus quartus.

Quis non Henrici prolem agnoscat impietatem pater-  
nam redolentem ex continua pontificum infestatione?  
sed cui parceret homo nefarius, qui impias manus in qua-  
lemcumque parentem intulerit? accessit ad impietatem ani-  
mus dolo magis quam uirtute præter Germanorum morem  
instructus. quare Pascalem per summam perfidiam pon-  
tificem in potestatem redactum non prius dimisit quam il-  
le cuncta rata, quæ uoluit, faceret, a quo coronam quoque  
imperij per uim expressit. Quæ mox uim extorta sibi  
cum irrita pontifex denunciasset, Henricum in Italiam  
statim exiit. Romæ ergo agens (quoniam pontifex in Ap-  
puliæ uitabundus hominis furorem contemderat) ab Bra-  
charense antistite iterum corona insigniri uoluit. tertio  
quoque Italiam inuadens Gelasium pontificem urbe  
pellit. Cuius aduentum reformidans Henricus (quip-  
pe quæ Nortmannicis armis instructus aduentare diceba-  
tur) in Germaniam rediit. ubi post annum imperij  
XV. obiens maiorum sepulchro infertur.

## Lotharius.

Non est cur Saxonum principū pietatem, ac constantiam in asserenda pontificia dignitate præter alias egregias eorum uirtutes non magnopere cōmendes. nulli certe ex his principibus, quæ Germanicū sanguinis fuere, plus pontificum maiestati detulere. nulli religionem cōstantius fouere. id quæ Lotharius à maioribus acceptū uelut hæreditarium in Innocentio præstitit. Quem in Gallijs penè exulē, cum uenerat abundus excepisset, breui, uti pollicitus est, Barionæ sedire stituit. Et in Germaniam ad cōponendos tumultus, qui exorti erāt, mox profectus, breui Italiam in pontificis gratiam repetijt, eumq; pulso ex Italia Rogero Nortmanno Et Pseudo pontifice ita confirmauit, uti nihil inde mouere pontificis aduersarij sint ausi. sed breue imperium annorum undecim effecit, ne res felicibus auspicijs cœpta conualescere admodū potuerit. satis constat, hunc, cū principes imperatorem dicerent, diu reluctatum eē. indignum se professus, qui tantæ rei præficeretur.

## Corradus secundus.

Ludouico Francorum rege contra Sarracenos arma parante, Corradus gente Sueuus legitime impator creatur. qui eandem militiam annulatus pia Et ipse arma induit. sed Bosphorum thraciū immature à græco imperatore traicere coactus, cum deesset comneatus, Et qui à Græcis comportabatur gypso infectus esset per summum scelus, ille Iconij obsidionē, in qua diu fuerat, soluere cogitur. decimoq; uix milite ex tan

ta nuper multitudine superstitē, ipse in Germaniam retro abiit. Et imperij anno XV. in glorius obiit.

## Fridericus primus Aeneobarbus.

Pessimo iā pridē exēplo pontificiæ cū impatoribus cōtentiones inoleuerant, dū pontifices imperatoriā maiestatem, quæ illi suffragio ratam facerent, contēptim penè habent, Et Romani principes ambitionē in sacerdote præposteram æquo aīo ferre non pnt. Vnde omnium malorum fons Et origo his inter se decertantibus, quorum ope ac concordia res Christiana florere diutissime potuit. id cum alias expti maiores nostri sunt, tū uero hoc tempore utinam non extrema cum nostra pernicie sentiamus. Certe Friderico ingentes aī, corporisq; uirtutes affuere. statura procera, robur Et agilitas par. Disciplinæ militaris, Et gloriæ appetens. periculorum contemptor aīus, non tñ ut ad ea subeūda prudētia deesset. multarum rerum peritia. liberalitas egregia. felicitas summa. quibus uirantibus instructus in Italiam ex more descendens primum oīum Verthonā portas sibi claudere ausam, obsessam capit. inde Romā ad Adrianū pontificē profectus coronæ insignia accipit. dumq; Cremonā inter redeundū obsideret, nuntijs Alexandri pontificis opē postulantis ita respondit, uti rē in dubiū trahere uelle uideretur. Hinc primū Alexandro timor, inde apertæ inimicitia exorta, Indignante Friderico suū arbitriū declinari, pontifice uero rē certam in disquisitionē uenire recusante. Quapropter imperator Octavianū ad se uenientē cōplexus concilio habito, ut uerū pontificē adorat, et



Alexandrum Alexandriq; fautores insectatur. euer-  
saq; prius Derthona, qua in partibus Alexandri sta-  
bat, Mediolanum inde solo aequat, Galliamq; oem  
Cisalpinam eade sentientem uastat. mox in Germa-  
niam abiens, tertio Italiam maximis copijs cinctus  
inuadit, Anconeq; expugnat, & Alexandrū Roma  
fugere cōpellit. ex urbe aut pestilentia coactus abscer-  
dere, postq; iterū suos Germanos inuiserat, Italiā re-  
petit. et Asta urbe capta Alexandriam frustra obsi-  
det. & cum Papienses ac Nonocomenses obnoxios si-  
bi i primis haberet, eorū auxilijs fretus, praelioq; Me-  
diolanēsis congressus, multos ex his amisit. ipse fur-  
ga elapsus qnto post die Papiæ est uisus. Ceterū Ale-  
xandro pontifice Venetias ex diutino errore confugiē-  
te, uicto ēt nauali praelio à Venetis Othone filio Fri-  
derici (quod uaria monimēta nobis attestantur) (etsi  
scriptorū uariet fides) Tandem pax Venetijs sancita.  
Imperatorq;, ac pontifex ex diutina discordia amicis-  
simi facti. nec multo post Fridericus, dum rebus sy-  
riacis opem maximo apparatu ferret, iamq; Saladinum  
& Turcarum principes in maximum sui nos-  
minis terrorem coniecisset, minore etiam Armenia re-  
cepta, lauandi causa amnem ingressus perijt, cū an-  
nos XXXVII imperasset Aeneobarbus à colore  
arbæ ruffæ appellatus.

Henricus Friderici filius.

A sperum à moribus appellatum hunc à qbusdam ui-  
deo. q rex Sicilia accepta Cōstantia Rogerij Nortmā-  
ni filia i uxore, mox ēt imperator à pontifice dictus,

ut maior illi authoritas accederet acqrendi regni, di-  
ctis in Tancredum copijs, q impari matre natus re-  
gnum sibi uēdicabat, reclamantibus ēt pontificibus  
Neapolim frustra obsidet. Sed & pestilentia, q Cras-  
sabatur, auertit ab incepto hominē, retroq; in Germa-  
niam ad suos abire cōpulit. Tancredo aut breuimor-  
tuo, potitus Henricus regni Maguntinum antistitem,  
Philippumq; fratrem in Syriam cū non cōtemnen-  
dis copijs misit. Dedit aut id magis pontificum gra-  
tia, q quod animum haberet Christianæ rei iuuāda.  
Quare cum imperij anno octauo Messanae mortuus  
esset, Germanus miles, q Berithumiam in Syria mu-  
nierat, & Ioppem obsidione leuarat, tumultuose (ur-  
mos est gentis) ex Syria in Italiam redijt. nec ullis pō-  
tificis adhortatione in officio contineri potuit.

Philippus.

Hoc primum tpe in Germania seditione laboratum  
est. Alijs impij nomen ad Othonē Saxoniae ducem,  
alijs ad Philippum Henrici fratrem trahentibus. sta-  
bant aut pro Philippo ij, q Germanū hoīem Saxonā  
praeferebant. recens insuper Henrici fratris, & Fri-  
derici patris memoria Philippum adiuuabant. et ne-  
quid ad alēdam discordiam deesset, Othoni Anglus  
rex, Philippo, Francoꝝ Philippus ex professo faue-  
bant. praeualuit tñ Philippus. & fugato saepius Otho-  
ne, rerum tandem potitur indignante etiam Innocen-  
tio pontifice, qui Othonem imperij insulis redimue-  
rat. Philippo aut occiso à Palatino Comite, postquā  
annum nonum imperasset, Otho successit.

Otho.

Philippo mortuo, facile à Germanis proceribus ad tollendam discordiã sufficitur Otho. pro quo haud dubie pontificis fauor stabat. quem & confestim corona donauit cum Romam petiisset. ille uero cum & pontificiæ ditionis quadam oppida capere, & Friderici Iunioris regnum inuadere uellet, Diris pontificiis petitus, imperij titulis priuatur. Fridericusq; illi ex professo hostis adnitente etiam Innocentio creatur imperator. Quo nuntio in Saxoniam profectus ut res componeret, bellum Philippo Francorum Regi indicit. nec sine manifesta ui numinis & Galloꝝ uirtute memorabili clade affectus Otho in patriã se in glorius recepit, cum annos tñ IIII rerum potitus esset.

Fridericus.

Vigere in hoc principe, quod negari non possit, egregiæ corporis, animiq; uirtutes. nãq; Auo simillimus, militaris laudis appetentissimus fuit. Corpus labore non minus patiens, q̄ strenuum. plurimum audaciæ ad pericula subeunda, nō minus tamen consilij inter ipsa discrimina. nullo unquam labore fatigatus, nullis casibus uictus. linguarum peritus. munificentia singularis. regij splendoris & ornatus ambitiosissimus, ut in ea profectioe, qua euocatus ad concilium ab Innocentio fuerat, ostendit. Nãq; tot & tales secū eduxit, ut togatum agmen exercitui par esset. Sed & urbi Victoria à se cōdita ea omnia affuere, quæ nulli

unquam principes habuerint, nulla postea ciuitas simul uiderit. Vestis uaria & p̄tiosa, animantes feræ, cicuresq; diuersi generis. hominū portentosa forma. & in his Sarracenicus miles illi in primis acceptus. Tanta præterea incolarum frequentia, cōmercijs et multarum gentium aucta, ut nihil ad amplissimæ urbis formam deesset. Cæterum has i gentes in principe uirtutes calliditas in genij, ac perfidia, & scuitia in Guelphum nomen, neq; non in pontifices odium obscurarunt. accessit ad hæc libido hominis immensa, qui præter gentis morem cōcubinas multas et scorta aleret. scriptoribus et adnitentibus, ne is, q̄ toties execratione pontificia petitus erat, quiq; Italiae adeo infestus iminebat, uti eam propè ad internitione redegerit, non omni insectatione dignus haberetur. cū hac igitur uitioꝝ, uirtutumq; indole Aquisgrani coronatus, quò se adolescens adhuc receperat, primum Othonem adhuc sibi obsistentem facile profligat. Deinde paratissimis copijs de Syria uendicanda sollicitus Gregorij etiam pontificis adhortatione Brundisium appulit. indeq; soluens cum Aconē peruenisset, Anathemati subiectum se à pontifice accipit. unde irarū plenus abiens, ad Gregorium tamen supplex accessit. impetrataq; ab eo uenia, mox illum ludibrio habuit. Quare iter Diris pontificiis obnoxius, in Italiã descendens Mediolanenses pro pontifice sentientes p̄lio uincit, & captum Petrum Teypolum Venetum eorū ducem carceri inclusum crudeliter necat. in Venetos quoq; fines incassum arma mota. mox Pisas sese recipiens Guelphos, ac Gibellinos perniciosissima Ita

lia nomina primus inuexit. quibus adeo Gregorium exercuit, ut ille non multo post obierit. prægrauantibus curis. Cœlestino autem intra XII diem uita functo, successit Innocentius, qui pertæsus hominis calliditatem atque animum in se hostilem, primum imperio abdicat, deinde Anathematis spiculum in illum distringens Henricum Thuringiæ Lanthgrauum, (ea est dignitas apud Germanos) imperatorem dicit. mox magnam Italiæ partem in illum armat. Parmaque per eius absentiam illi adempta, cum eam frustra Fredericus obsideret, tandem eruptione uictus à monte lōgo legato est. Captaque urbs Victoria, ac direpta. nec interim ea clade à pontificum iniuria temperauit. Caterum Panormi profectus Manfredi filij nothi dolo necatur. cum annos duos ac XXX rebus præfuisset. Hic bononiense gymnasium, quia cines imperata non statim fecissent, Patauium transtulit. ex Florentia etiam Guelphos populariter eiecit.

## Rodulphus.

Interregnum à Friderici morte ad Rodulphum Alburgensem per duodeuiginti annos fuit. quo spatio Manfredus Friderici filius & Conradinus regno neapolitano pariter & uita à Gallis spoliati sunt. Interim Rodulphus ex comite (uti nunc uocant) impator declaratus Alphonso Castellæ posthabito, quæ eam dignitatem ambierat, Othocarium Boemiæ regem acie uictum occidit. Pseudo Fridericum captum, qui se pro Friderico iunioris Suenis ostentabat, Nussie combusit.

fit. Ciuitates Hetruriae libertate accepta pecunia donauit. quam rem Honorius pontifex uti infanem, sibi tamen, & Italiae non inutilem magis non probauit, quæ prohibuit. obiit autem Rodulphus XVIII imperij anno, & Spiræ sepelitur. in quo si auaritiæ non accuses, cetera non reprehendas. Italia certe tunc primum aliquid sibi polliceri potuit Luchino italici sanguinis uicarij nomine tunc Mediolani præfecto. floruit huius imperio Albertus cognomento magnus.

## Adolphus Assiæ.

Donatus imperij titulis hic primum in Columbarienses mouit. inde in Albertum Austriæ ducem dum bellum parat quem proceres Germaniæ pertæsi Adolphi sordes & ambitionem eo reiecto, imperatorem declarant, ab eodem apud Vangionas prælio superatur et occiditur, cum annos octo rerum potitus esset.

## Albertus.

Rodulphi superioris filius & Austriæ dux à patre Othocaro occiso. declaratus principum suffragio et Bonifacij pontificis assensu dicitur imperator. & Bonifacius eo libentius assensit, cum id obstinatissime antea negasset, quod Philippum Francorum regem oderat. Quare ea conditione Alberto ratum imperium fecit, ut regnum quoque Francorum sibi uendicaret. ille uero post Adolphum in Spirensi agro casum, cum copias tantæ reuidoneas parat, à Ioanne fratris filio interficitur post decimum imperij annum.

## Henricus Lucelburgensis.

Henricus ex Lucelburgo Romanorum imperator designatur. Cui Clemens pontifex ea conditione ratum imperium fecit, ut primo quoque tempore in Italiam transscenderet. quam provinciam eo libentius Henricus ob eundam suscepit, quod Guelphici nominis hostis, prevalentes eius factionis opes infringere optabat, per taurinos igitur saltus Italiae insinuatus Mediolani factionem turrianam oppressit uicecomiti summa rerum demandata. inde Romam profectus accepta imperii corona, et ab Ursinis breui expulsus, adiuuante etiam Roberto rege Hetruriam repetit. Arretijque agens post Robertum regno priuatum, dum Florentinis immiseret, qui iam de salute desperarant, ueneno in eucharistia dato, periit anno imperii V.

## Ludonicus Bamarus.

Hic Rodulphi imperatoris ex filia nepos Fridericum Austria ducem aduersarium habuit. qui cum per octo annos bellum uaria fortuna gessit. Ceterum Friderico capto et occiso Bamarus rerum potitur. pari que temeritate imperatorem se citra pontificis assensum appellat. Quia iniuria offensus Ioannes XXII illi sacris interdixit. uerum homines iuxta ac numina contemners, Italiam mox petit, atque in uicecomites in gratissimus, quorum ope adiuuus precipue uenerat, Castrutij filios pari improbitate, quod Gibellinae factionis fautor acerrimus fuerat, paterno principatu exiit. Romaeque coronatus a Stephano Columnio Petrum Corbariensem pseuer

do pontificem creat minoritanae familiae unum, quem et Nicolaum appellari uoluit. et nequid ad serendas discordias malorum deesset, tyrannos in ijs oppidis quae pontificij iuris erant, priua auctoritate instituit. pontificem emulatus, qui et ipse Gallia Cisalpina multos auctoritate sua regulos praefecerat. imperij tandem anno XXXII cum uaria tentasset ad reconciliandam pontificis gratiam obiit.

## Carolus IIII.

Prius quam hic imperium adiret Germani principes Edoardum Anglum et Misnensem principem ac Guntherum nigri regulum Caesares declararant. Ceterum altero post alterum uita functo, res ad Carolum Boemum deuenit. quod Ioanne Henrici imperatoris filio natus adolescens adhuc egregiam in terra Italia patri operam nauarat. quo ab Anglis interfecto ea acie, qua Philippus Valesius Francorum rex ab hisce profligatus est, imperium adipiscitur. litteris ac linguarum multarum cognitione instructus. sed quod Boemiae suae quam Germanis, aut Italici consultum mallet. nam cum Pragae (Boemiae id oppidum totius regni metropolis) uarijs operibus excoluisset, imperij maiestatem adeo neglexit, ut coronam tantae maiestatis auctoramentum turpissima pacione accepit ab Innocentio qua cautum erat expressse, ut ab acceptis insignibus cōfestim Italia abscederet. additum et grauius facinus, quod Venceslaum filium adulescentem a principibus Germanis Caesarem dici obtinuit exemplo maxime improbando. imperauit annis XXXII.



## Venceslaus.

Auo patriq; absimilis per ignauiam, ac socordiam imperij res afflixit. afflixissetq; diutius nisi à fratre Sigismundo captus, mox etiã procerum consensu abrogato illi imperio, Robertus Bamarus illi surrogatus esset. Hic galeacium ex comite Mediolanensibus primus ducẽ dedit. quæ dignitas ad nepotes postea transijt, quoad res insubriæ ad Francorum regem redijt. præfuit annis. XXXII.

## Robertus Bamarus.

Cum Venceslao successus esset Robertus Bamarie dux, nihil ille antiquus habuit, q̄ ut Florentino populo gratificaturus, ad comprimendam Galeacij Vicecomitis potentiam in Italiã transcenderet. Ceteræ ad Benacũ Galeacij copijs cõgressus facile repellitur. unde mox ad Venetos despectens magno ab his honore excipitur. inde soluens incassum Florẽtinis admittentibus ne Italia excederet, i Germaniã retro abiit paci, religio niq; uacaturus. uita sanctus est anno imperij decimo.

## Sigismundus.

Optimum haud dubie principẽ, ac nobilissimum Germania nobis impuet. & qui si ad pacis artes, qbus excelluit, parem belli felicitatem addidisset, Carolis & Othonibus æquari potuit. nã puer adhuc p Mariam uxore ad Pãnoniciregni spẽ euocatus mox ado-

lescens Venceslao fratre, qd parum utilis haberetur, à se capto, Boemie regnũ hereditariũ assequitur. sed & Alberto uita sancto, oĩum uotis impator designatur. Hic igitur Pãnonia potius à Ludonici morte, cui Maria supstes filia fuit, duos ac XXX regulos securi percussit iubet, qd regie puellæ aduersati essent. Unde illi tanta mox gentis inuidia conflata, ut post uxoris mortem captus, necandusq; magis q̄ asseruandus scemina, cuius maritum ille interfecerat, sit traditus. ille uero maiestate oris & blanda oratione dimissus, hinc Boemiã petit. quã non sine labore uix tandẽ obtinuit longo ab his bello, ac difficili petitus, sæpe et acie ab his uictus. Nec italica expeditio una alteraue in nos Taurisino agro puastato felicior. nam Pippus eius dux, & ipse mox tota Venetia, ac foroiulio Venetis armis expellitur. Hic q̄a grauius piculũ à Turcis iminebat, qui iã magnæ Europæ parti sese insinuarant, Gallicis et Philippi Burgundi copijs accinctus ab Amurate Turcarũ principe graui prælio uictus castris et exiit. Cæsis magna ex pte ducibus & Philippo capto. ipse Byzantiũ fugiens mox Venetæ classis occursum, cui Thomas Mocenicus perat, incolumis de fuga uix euasit. q̄ clades ignominiosior ne an funestior fuerit, haud satis explicẽ. Discordia certe nostra victor hostis Hadrianopolim se recepit. & hæc foris. Quantum autem pace præstiterit præter generis nobilitatem (quæ haud dubie clarissima fuit, tot summorum principum serie) & præter insignem corporis proceritatem, ac imperatariam planè indolem, affuit illi liberalitas, ac munificentia quanta in nul-

Io antea principum religionis ac pietatis augendæ studiū incredibile. multarū ēt linguarū scientia, et in his linguæ latinæ studiū excelluit, quare doctos hoīes in primis fouit, & dignitatibus ēt amplis honestauit. Accusauit sæpe Germanos principes, qui latinas odissent litteras. A quibus reprehensus quāq; quā doctos hoīes foueret, sed humiles genere, ego īquit eos amo, quos natura alios antestare facile uoluit. illud autē nulla unquā ætas obliuiscatur, quā triennium magnā Europæ partem ipse peragravit, dū principes Christianos, ac pontifices adit, quo schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur. Nec alterius principis opera magis enituit in uera pietate uindicanda. quare ita effecit, ut reiectis adulterinis tribus, qui Barionæ sedem inuaserant, Oddo Colūnius magno oīum consensu pontifex declararetur. parem operā Eugenio in Basileensi synodo tollenda præstitit. à quo tamen prius contēptim penè habitus, ac uix post sextum mensem quā Senis fuerat, impij corona donatus est. Hic uero princeps egregius cū sine uirili prole decessisset, Albertū Austriæ ducē filia maritū & utriusq; regni heredē reliquit anno imperij uigesimo septimo.

## Albertus.

Nemo unquā maiore spe ad imperium uenit. & sanè cōceptam aī hoīum opinionē haud frustratus esset. si quidem toto biennio, quo p̄fuit, Moranos ac Sarmatas, qui hodie Poloni sunt, intra suos fines quiescere cōpulit. Prasconē Boemū factionis hæreticæ caput, ita attriuit, ut tota Boemia sibi cederet. in Turcas autem profectus

profectus Synderoniā castellum ad Danubij ripam munitissimum obsidentes, dum copias in itinere maiores expectat, oppidani deditionem fecere. ipse Austriā repetens apud locū, cui Longauilla est nomē, dysentericæ morbo profectus est Ladislao filio superstite.

## Fridericus. III.

Pacis atq; otij studiosissimus Fridericus extitit. quam tenore perpetuo annos quatuor ac. L. (tot enim rerum positus est) coluit. seu fatum id fuerit quietiore Germania, quā multis retro actis ætatibus, seu prudentia uerius id principis effecit. ille uero nihil ab initio antiquus habuit, quā tuendæ pacis studio, tumultus, qui oriebantur, sedare. quare & seditionem mouentes austriales facile compefcuit, & bellum à Matthia Pannonum rege illatum composuit. Quinetiam in Flandros mouens, qui Maximilianum Cæsarem asseruarent, recepto filio paucorum pœna contentus, omnē discordiarum fomitem sustulit. ducta igitur Heleonora Lusitanici sanguinis, cum in Italiam transcendisset, ad Nicolauum pontificem profecturus, ab eo nullo non honoris genere excipitur. illi & uxori corona imperij imposita. Hinc Neapolim diuertit in Alphonsi gratiam, cuius Heleonora pernecessaria erat. nec minore apparatu à Venetis, (eius enim urbis inuisendæ incredibile desiderio flagrabat) obuiam illi itum. quos exinde summa semper amoris, ac beneuolentiæ significatione dilexit. eius etiā opera Amadeus Allobrox, qui se pro pontifice gerebat, Basileensi concilio inni-

aus, in ordinem se redigit. Iterum Paulo pōtifice priuati penē more uoti reus Romam petijt. quo damnatus retro ad suos abiens quiescente Germania, tandē imperij anno quarto ac quinquagesimo naturæ concessit. Maximiliano filio Cæsare prius declarato.

Maximilianus.

Supererat mihi Maximilianus imperator, quē pater octauo ante q̄ moreretur anno, Cæsarem designandū curarat. magnus bello princeps, & pace præclarus. cuius eximia bonitas, liberalitas summa, & Christianæ pietatis cultus præcipue commendantur. accedunt ad hæc animi dotes oris probitas, statura quadrata, in qua tamē imperatoria maiestas eluceat. corpus ualidum ac robustum, idemq; laboris, atq; operis patientissimum. par uictus frugalitas, & ex eo ualendo prosperrima. De hoc autē, cum adhuc uiuat. Trāquillū, Plutarchumq; ac ueteres alios scriptores æmulatus, nihil est, quod addam. Deus faxit, ut quod illū agitare semp̄ animo Vincentius Quirinus asserebat, qui legatum Venerum egit, apud illum summa cum laude, ex sententia conficiat, neq; enim istius ullum est bellum q̄ quod pro religione sumitur, & ea denique uera æternaq; gloria principum nostrorum existimari debet, quam res præclare in hostes fidei gestæ commendant.

Tertij Romanorum principum libri finis.

Dabitur et hoc ipsi in publicæ à nobis utilitati, uti mea opera & hi castigatissimi pariter exeant, & q̄ apud hosce authores obscuriora erant, percipi facilius peruenire queant. erimus autē eo breuiore, quo ratio hæc mihi uisa commodior, & alioqui tantis & studiorū difficultatibus, & temporis angustijs preminur, uti copiæ simul, & rerum inquisitioni uacare mihi non liceret. Accipiant igitur nostrates homines æquiore animo istæc omnia, quando & uiatoribus siti laborantibus fontem ostendisse non ingratum sit. Nec acerbius exigi debent, quæ sponte offeruntur. alioqui gratiæ & officij nomen exuant. Quinetiam et illud usus ex instituta breuitate fuerit, ut bona ingenia excitentur, habeantq; & illa, unde non omnia nobis, uerum industria quoq; suæ aliquid debeant.

Ex Adriano.

- Posterior ab Hispaniensibus. par differentia huius nominis Hispani, & Hispaniēsis, q̄ Romani et Romanienſis. Dicuntur. n. Hispanienses Ro. q̄ in Hispaniā coloni transcripti diutius in ea prouincia fuere.
- Paruo magno Ælic Adriano. maiorem patrum ueteres appellarunt aui, & auiæ patrum.
- Germaniam superiorem frequens multarum prouinciarum appellatio huiusmodi, quod & hodie in ipsa Germania retineamus, & de Moesia nō multo post.
- Virgilianas sortes, idest quæ ex uirgilianis carminibus fierent, quarum usus ex sacris præcipue litteris

- hodie frequentissimus est multis, non improbatæ ab heroibus olim nostris, nisi tu diuersum quædam in illis sentias. quædam et mihi uerisimilius multo.
- Nicephorij Iouis, Nicephorium urbs Mesopotamiæ ex uico in urbis formam ab Alexandro Macedone condita ex argumento uictoriæ insignis ibi partæ Plinio, Straboni. cuius tamen codices niceponium corrupte habeant. Hac postea à Constante Constantini Casare Constantia est appellata Stephano, unde templum Nicephorij Iouis arbitror à Spartiano dictum.
  - Denique statim suffragante Surra Licinius hic Surra est Traiani principis amicitia, ac familiaritate insignis. cui usque adeo fidem habuit, ut post delationem domum eius uenerit pransusque cum illo eius medico oculos tentandos exhibuerit, tonsusque operam dederit. mox ad amicos peruersus, ecquid accusare amplius Surram potestis? huic mortuo sepulchrum fieri, et statuam poni iussit, huic tantæ opes fuere, uti gymnasium suis impensis publicarit.
  - Ad perpetuam Tribunitiam potestatem omen sibi factum asserit, quædam penulam amiserit. penulam uestem ad arcendam pluuiam esse, qua nunquam Imperatores uterentur, Tranquillus in Caligula author est. qui de illo ueluti probrosam, id retulit, quod pictas, gematasque penulas indueret. pluuiæ eas gratia gestari scilicet locus ille apud Quintilianum, ne alium citem, probat. cum Galbæ negasset amico roganti penulam, non pluit inquit, non opus est tibi, si pluet ipse utar. Sensus igitur talis, accepisse se omen futuri imperij, quando tribunitiam penulam amiserit, quasi nunquam usus ea ueste quam nunquam Imperatores induerent. De peni

- la uero in Alexandro copiosius.
- Suburrano. Tu surra leges. Cum HSiterum XX ad ludos edendos accepit. obseruatū id ex historiae monumentis eos, qui adilitatē ac præturā acciperēt, ludos populo Romano magnificentissimos exhibere solitos, in quibus plerique magnas opes profunderent, quæ principum liberalitates sepe sustentabatur, ij præsertim, quæ affines, aut amici his essent.
  - Procuratores latius uagantes coercuit. hoc genus hominum summam potestatem sibi uendicat in prouincijs, quæ principum nomine his ita præessent, uti suprema quædam potestas eorum esset, omnia. n. quæ ad Cæsarem pertinerēt, administrabant, prædia insuper Cæsaris procurabant, unde et nomen. erant autem ferme eius liberti, quæ hoc uel principum ius haberent, ut hereditates opulentiorum sepe adirent. quæ Cæsarem heredem reliquissent, qui igitur eorum licentiæ occurrere auderent, inuidiæ principum sese obiciebant non sine postea periculo. Ulpianus digestorum primo.
  - Et defuncto Surra Traiane ei familiaris creuit. Tu familiaritas emendabis.
  - Neratium priscum. hic iuriconsultus ætatis suæ longe princeps, cuius membranarum maxime libri septem aduocantur, Traiano principi adeo carus, ut illum sibi successorem destinasse credatur. cum illi Rempublicam commendasset ex amicorum sententia, siquid sibi fatale contingeret, illum autem Traianus in consilio semper haberet.
  - Psamatosyrin. Dion paternam potestatem appellat quæ Parthi, quæ indignum regno iudicabant, eiecerant.
  - Frugi Crassum. Cognomen hoc Pisonum uel peculiaris fuit, quæ uero frugi dicatur homines, ex Cicerone id pete.
  - Catillio Seuero. Cæcilius in epistolis Serenium corru



- pte, ut opinor. hic sit ne ille Catilius, cuius forti opera Adrianus ad comprimendos Iudaeos usus sit, ambiguum esse potest.
- Aurum coronarium. hoc autem erat, quod civitates, & oppida novis imperatoribus offerebant sub coronarium specie, saepe ab optimo quoque principum Italiae ac provinciis condonatum.
  - Statim cursum fiscalium instituit. quid si inhibuit legas reclamante etiam codicum fide? sensu tali, prohibuisse Adrianum ad conciliandam sibi famam boni principis, ne fiscus acerbius pecunias exigeret, quod a bonis imperatoribus cautum saepe legas.
  - In fiscum privatum, erat enim & publicus.
  - Dimensum, siue demensum Donato dicitur id, quod servis in singulos menses ad victum dabatur. *ΣΙΤΟΡ* *μ* *ε* *τ* *ρ* *ι* *ο* *ν* a graecis dictum magno errore interpretis, qui Lucae euangelium transtulit. unde hoc loco quod senatoribus ad certum numerum & tempus dabatur dimensum appellavit.
  - Senatui legitimo. erat enim & indictus. nam Augustus princeps ad levanda senatorum onera statuerat ne plus quam bis in mense senatus legitimus ageretur Cal. & Idibus, ne ve Septembri Octobri ve mense ulli alij adessent necessario, nisi sorte ducti, per quorum numerum decreta confici possent.
  - Ne esset secundae sententiae. qui nam rogandarum sententiarum mos esset, qui ve primae sententiae, aut secundae dicerentur, id ex gellianis noctibus pete.
  - Simili alteri praefecto. Dion de Simili, ac Turbone in Adriano ad hanc sententiam. duo per ea tempora fuerunt illustres viri Similis & Turbo, & Turbo a parvis

- initijs ad summam dignitatem euectus militaris disciplinae scientissimus fuit, praetorianorum etiam praefectus, & Adriano principi adeo familiaris, ut saepe cum illo noctes continuaret. hic nec cum morbo laboravit, domi unquam fuit, praepositis rerum stantes oportere mori dicens. Similis vero aetate, & honore illum antecedebat, qui olim in consilium centurio vocatus, turpe inquit, est praefectos excludi, & centurionem aduocari. tandem impetrata vacatione secedens in Campaniam in summo otio vixit annos septem hoc elogio sepulchro addito. SIMILIS hic iacet, cuius aetas multorum quodam annorum fuit, septem tamen vixit.
- Post haec profectus in Gallias omnes caesarijs liberalitatibus subleuavit. quod si caesarios legas, & melius? quasi dicat, omnes, qui iustas causas allegarent inopiae liberalitate Adriani sustentatos, quod vero in militia caesarij dicantur nota res est.
  - Larido caseo & posca. posca acetum aqua admista dicitur, quo potionis genere etiam nunc nostri remiges utantur.
  - Triclinia de castris. tridiantae priores codices habuerunt. nos triclinia ex coniectura emendavimus. nisi quae thericlia legat. quae sunt autem thericlia vasa Caesarem, & alios graecos authores adeat. Topia autem funiculi a nostris dicta. unde topiarium opus ex buxo in hortis frequens iam & ex lauro inuentum deliciarum est arboribus et alijs compositis in hunc usum.
  - Capulo vix eburneo spatam clauderet. uerbum hoc barbarum plane est, nec nisi ab his recentioribus usurpatum. spatha autem graecis diuersum quid est.
  - Locum castris caperet, nulli uitam, nisi robusto. emendat

dato uitem magno librarioꝝ errore. uitis enim iſigne  
 erat centurioꝝ, ſub qua milites errantes plecterentur.  
 illud pro inſtituta breuitate ex Tacito non omiſerim,  
 Lucilio centurioni in caſtris germanicis cognomen  
 tum cedo alteram inditum eſſe, quod uerberans milite  
 tem uite per fracta alteram popoſciſſet.

- Cōdiſta militaria. i. pacta & conuentiōes ſinguloꝝ.
- Frumentarios, qui. ſ. domum familiaris ingrediētes omnia cognoscere poſſent.
- Seditiōe alexādrina turbatus, quæ mota eſt propter Herodotum ad hoc conſule.
- Nemaufum Gallia oppidum Nimes hodie nuncupatum, in quo ueſtigia etiam theatri uiſantur.
- Eleuſinia ſacra, ab Eluſi attica oppido, μυϋνγία à græcis dicta, q̄ inſtituta nos dicimus, quibus inſtituti eſt principes uoluere, q̄ bonitatis opinionem affectarēt.
- Agonotheta, id eſt ludorum præſide græca dictione.
- A Cappadocibus ſeruitia ſuſcepit. hæc provincia iā pridem ſeruos multos habuit, & præcipue apud Comana, unde eſt Romam Cappadoces mittebantur, q̄ iā pro mācipijs accipiuntur, ut ex hac provincia ſeruoꝝ iñitium effluxiſſe rear, q̄ in Aegyptum accerſiti à Sultano, imperium totius Syriae ad ſe traxerint.
- Tetrarchas, hi ſunt, q̄ quartā regni partē retinent.
- Antiochēſes. hæc ciuitas Syriae totius olim Metropolis habita ad Orontē fluum poſita, & Caſſio mōti incubans, genus hominum leue, ac ſeditioſum uoluptatibusq̄; p̄cipue diffluens, graues ſæpe, ac moleſti principibus. Vnde cum in Iuliani principis odium incidiſſent, orationem in eos, quæ extat, poſtea reliquit quæ à barbæ argumento μίγο τὸ γωγῶ eſt dicta.

hęc chriſtiani principes quadringentiſimū ab hinc annum poſt magnas difficultates expugnatam diu poſſederunt, donec à Sarracenis iterum capta, deſolata penè ad hanc diem relicta ſit. Tredecim etiā urbes hoc nomine celebres olim fuere.

- Titulo ægyptiaca præfectura. hæc etenim quamuis equiti denum dabatur à Caſare, tamen propter provincia magnitudinem, & gentis leuitatem, præcipuum ſibi locum uendicabat iure conſulti.
- Seruiano ſororis uiro. hic ille eſt Seruianus, quem poſtea ne ſuper eſſet ſibi, mori coegit.
- Condiſta militaria, forte breuiaria ac pyctata hic intelligi uoluit, quibus numerus militū, ac nomina adſcripta continerentur.
- Italicis uehementiſſime. i. Romanis & Italicis, q̄ p̄ Hispanias in colonias tranſcripti ibi agerent, quibus delectū detrectantibus iure uehementiſſime Adrianus p̄ſuluiſſe dicitur, utpote Romanis, uel latinis ciuibus.
- Caſſio, hic Aegypti mons iuxta Peluſiū, & oppidū fuit delubro Iouis Caſſij cognomento Magni eſt Pōpeij ſepulchro nobile, uel à Caſſo una ex cycladibus, ut putat Stephanus, uel à Caſſio Cleomachi dictus. hic autē de eo, q̄ Antiochia incubat, intelligit, cuius altitudo tanta eſt, ut quarta uigilia orientem q̄ p̄ tenebras ſolē aſpiciat, breui circūactū ſuo diem, noctemq̄; aſcendētib; oſtentās. Ambitus ad uerticem ſummum unde uiginti millia paſſuum per directum. IIII.
- Iouis olympij adem. Pauſanias author primo Iouis olympij templum ab Adriano dicatum operis maxime mirabilis, ubi ſtatua eius duæ Thafij lapidis, tonidē Aegyptij, præcipua uero claritatis columna

- centum phrygi lapidis. Quinetiam Iunonis templū  
 & Panhellenij Iouis omnibus commune græcis de-  
 lubrum, olympij autem templum Iouis primum à  
 Deucalione fabricatum, & tumulum eius propè po-  
 situm in argumentum adducunt. Dion.
- Pharasmanij, hic Massagetarū sine Alanorū rex erat.
  - Antinorum suum. Hic elegantissimæ formæ fuit ex Bi-  
 thyniæ Claudiopoli, adamatū ad insaniam ab A-  
 driano fertur, ut illi mortuo & ciuitatem construxer-  
 rit, & statuas ubiq; erexerit. Dion author.
  - Seruiantum sororis uirum, græci codices Seuerianum  
 habent, qui cum Adriani iussu moreretur, ignem per-  
 tixit, & accenso thure uos inquit, dij testes estote nihil  
 à me morte dignum esse commissum. tantum hoc pre-  
 cor ne cum uelit, mori possit.
  - Et quidem Phamorus. is est Phamorus gellianis  
 noctibus cantatissimus ex Arelate Galliæ oppido, et  
 hermaphroditus, qui tria sibi memorabilia contigisse  
 dicebat. quod gallus græcas litteras didicerat, quod  
 eunuchus adulterij cām dixerat, qđ Adriano princī-  
 pī aduersaretur, et uiueret. amulus maxime Plutar-  
 chi, cuius scriptorū copiam æquo aīo ferre nō poterat.
  - Phlegontis libri. hic Trallianus, cum alia, tum olim-  
 piadas scripsit, quibus libris quæ nunquam gesta es-  
 sent, per tempora complectēbatur.
  - Catacrianos libros obscurissimos Antimachum imi-  
 tatus, qđ Antimachum poetam ignotum penè per ea  
 tpa uatem Homero præponeret, notum est. q̄ sint au-  
 tem catacriani libri, querendum adhuc mihi est.
  - Ego nolo Cæsar esse, sunt hi trochaici numeri, in qui-  
 bus per culices rotundos Adrianus Florum pathicū

fuisse iuuat.

- Epictetum & Heliodorum. ille hierapolitanus ex  
 Phrygia & Epaphroditū Neronis liberti seruus, clau-  
 dusq; Nicopoli Epiri consenuit, magnum in philoso-  
 phia nomen adeptus. Heliodorus inter sophistas non  
 ignobilis à Philostrato recensitus.
- Saturnalia & sigillaria. de saturnalibus nihil est,  
 quod hic addam, sigillaria autem dies erant festi sa-  
 turnalibus additi, quibus, ut in saturnalibus cereos, sic  
 in his sigilla, id est parua signa amici missitarent. Vn-  
 de autem origo hæc effluxerit, ex Macrobio copiosi-  
 us. ipsa autem dies & sigillaria dicebantur, ut saturna-  
 lialia, & locus ubi sigilla hæc uenderentur.
- Scæuola etiam libro de Legatis. III. sic meminit, pa-  
 terfamilias ita legauit lances duas laues, quas de sigil-  
 laribus emit.
- Hiberū. Hiberes pōti accola, de quibus certatim geo-  
 graphi, & poeta hodie georgiani dicti, ut non pla-  
 nè Christiani, sic à fide nostra non abhorrentes ingē-  
 ti olim miraculo psuasi, ut fidem Christi publice susci-  
 perent. sed & ueteres authores Georgiā de terræ cul-  
 tu hanc terrarum partem (nisi fallor) appellarunt.
- Iuliū, Celsū, Saluium Iulianū Neratiū priscum. in  
 recōsulti oēs per ea tpa celebres. Iulius. n. Celsus is ē,  
 qui Adriano in cōsilio fuit, & digestorū libros undec-  
 quadraginta cōposuit nā Saluius Iulianus Auūculus  
 Didij Iuliani principis fuit ab Adriano & ipse in cō-  
 siliū adhibitus authoritatis plurimæ, Neratio uero  
 Prisco, q̄ p̄ter alia, septem membranarum libros reli-  
 qt, adeo tribuit, ut hūc sibi de amicorū consensu succes-  
 sorem destinaret, sic ut ei quandoq; dixerit, comen-



- damus tibi imperium, siquid fatale nobis contigerit. Pomponius. Et nos hoc ipsum superius attigimus.
- Decoctores bonorum suorum, si suae auctoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, Et dimitti iussit, qui essent suae auctoritatis homines, qui uel alienae, ex iniuriosis accipies. illud est obscurius, quod significet catamidiari, uerbum (quod sciam) non ab alijs usurpatum. significat autem derideri, atque exhibitari de graecis fontibus. hac poena Venetijs periuri, Et multi nobis affici solent. ut publice futuri ludibrio mitrati exponantur, saepe etiam collo in columbari pendente.
  - Si dominus in domo interemptus. Seruilem improbitatem, Et audaciam ueteres grauissimis poenis comprimendam censuere, ut. scilicet. omnes, qui sub eodem tecto agerent, interfecto domino, supplicium extremum luerent. Tacitus, id quod Adrianus leniendum censuit poena his tantum statuta, quae per uicinitatem sentire potuissent.
  - Per latina oppida dictator, id ex Cicerone Et Ascronio discas, dictatores per oppida Latij dici solitos.
  - Apud Neapolim Demarchus, id est populi princeps.
  - Athenis Archon principem, quem Athenienses singulis annis deligebant, id uerbum significat, a quibus attici scriptores rerum gestarum ordinem ducunt. uerbi frequentissima mentione graecis scriptoribus.
  - militares pyrrhicas. id est. armatas saltationes, Strabo Et ceteri certatim a Pyrrho inuatore dictas existimantes.
  - Romae instaurauit pantheon, Et septa. pantheon templum Dijs omnibus dicatum, septa autem dicebantur loca in campo martio inclusa tabulatis, in quibus populus Romanus suffragia ferret, ouilia etiam a Luciano poeta dicta, de hoc loco nostri multa.

- Apud Alexandriam in musaeo, musaeum, Et serapeum, Et Iseum publica Alexandriae auditoria, Et aedes a musis, Et Serapi, Et Iside dicta.
- Adrianotheras. id est. Adriani uenatica in Mysia condidit.
- Tetrapharmacum, id est. ex quatuor cibis compositum, de quo mox in sequentibus.
- Sederi in equis, hoc enim plerique principes probrosorum, Et effeminatorum esse hominum credidere, quare Et saepe prohibitum legas. hunc morem foeminae nostrates retinent.
- HS IIII millies. tu ad eam normam hanc summam redige quam in Tranquilli annotationibus ostendimus. illud obiter in Tranquillo admoneo, in Caesare dictatore notatos pro nudatos legas, in Augusto praelucante pro praeduce.
- Votores causa Cal. enim Ianuariae uotiuae, solenesque erant omnis tristitiae, ac luctus exortes, nuncupabantque eo die uota COSS. in totum annum pro Reip. salute.
- Spetiatim Attilius Severus. Tu uide ne Catilius.
- Animula uagula blandula, iambici dimetri recti notamen usquequaque ad legem facti.
- Sambucas. instrumentum musicum triquetrum, quo iambica canebant. Unde quaedam iambucam appellant. est et instrumentum urbis oppugnandae frequens. huius nominis usurpatio in sacris litteris. unde et Sambucistriae quas Spartianus sambucas appellasse uideri possit.
- Lycium, academiam, prytanium, canopium, paeccile, tempe gymnasia haec Athenis fuere. Nam Et Canopium agnoscit Philostratus in Herodis Attici uita, paeccile uero porticus uaria a latinis appellatur, nobilitata est propter picturam marathonicam pugnae Zenonis stois



- ci puentu, unde à porticu stoici dicti, uersus Ciceronis.
- Inq; academia umbrifera, nitidoq; lycio
  - Fuderunt claras fecundi pectoris artes.
- Tempe uero nota sunt, quæ triplicia traduntur. Vnde  
& nomen ab amœnitate.

Ex Antonino Pio.

- Fœnus trientarium, usura semisses, quæ & civiles di-  
ctæ sunt iureconsultorum libris frequentes, sed trien-  
tariæ minores certe erant cum quatuor tantum in cē-  
tum reciperent à triente dicte.
- Vtrum arrogari uellet, differre adoptionem ab arro-  
gatiōe etiam iuriscōsulti docent. nā qui sui iuris sunt,  
arrogari, qui alieni, adoptari dicuntur.
  - Factusq; patri, & imperio pro consulari, & tribuni-  
tia potestate collega. proconsularem dignitatem extra  
urbem supremam fuisse, & tribunitiam in urbe, cum  
hic, tum alibi facile constat.
  - Postquam ad imperium transiimus. ita enim oīa  
arrogatoris erant facta legibus id sancientibus, ut ar-  
rogatus in patris potestatem transeat.
  - Quadruplatores extincti sunt, hi erāt uel qui quartā  
honorum partem reciperent ex accusatione, uel eorū  
accusatores, qui condemnati quadrupli tenebātur. un-  
de Plauto quadruplari uerbum
  - Species imperatorias superfluas. Et si hoc generale sit  
ad multa nomen, Marrianus tamen iureconsultus ui-  
detur, id quod iam uulgo etiam receptum est, idicas,  
& arabicas intellexisse, ut Cinnamomū, piper, & id  
genus alia. hic uero pro elegantiore omni suppellecti-

- le nescio q̄ probe intellexisse uidetur.
- Puellas alimentarias, bonorū principū hæc p̄cipua cu-  
ra, ut pueros, puellasq; et publice alerent, parētes et  
ad sobolē tollendā p̄mijs & priuilegijs inuitarent.
  - Gracostasium, siue Gracostasis, Varroni locus ante cu-  
riam hostiliam, in quo legati exterarum gentium, ac  
regum sederent, à parte dictus.
  - Phari restitutio ad hostiæ portam. Turris ad similitu-  
dinem Alexandrinæ erecta nauigantium commodo  
& securitati.
  - Templum Lanuriana. Codices alij Lauriniana, quod nō  
displicet.
  - Primus constituit ne pœna causa legatum relictu ma-  
neret. mutilata lectio, sensus autem, ex Dionis historis  
huiusmodi. Cum Cæsar dictator per senatum cen-  
sisset, ut qui testamentum facerent, partem quandam  
Reip. ac fisco legarēt, irrita alias testamento, primus  
Antoninus decretum illud antiquauit.
  - Per ararij sui damna. ararium pro fisco principali  
hic usurpat, & alioqui fiscum etiam publicum pro  
arario dictum legas.
  - Et Narbonensis ciuitas, & Antiochēse oppidum. uix  
adduci possum, ut de Antiochia hic opulentissima  
Asiæ ciuitate intelligat. Tu uide ne Agathense oppi-  
dum legendum, alioqui in prouincia Narbonensi  
Agatha oppidum geographis collocatur.
  - Pacorū regē dadijs dedit Lax̄is melius oīno Procopio  
& Marcellino statuentibus Lax̄os in ea Asiæ parte.
  - Olbiopolitis. p̄tra Taurōscythas accolæ ponti geogra-  
phis celebres, Olbiopolis græcis beata ciuitas dicta.
  - Croutas, ex Plinio id accipies.

- Fortunāq; aureā. hāc impatores in cubiculo semp habebāt, morituriq; ad successorē deferendā curabant.
- Tiliaceis tabulis, idest ex phylira, tenuissimæ enim confici solent, & caliditate sua plurimum senibus cōferant. Sed & libelli ueteribus ex hac materia frequētes, & coronarum lemnisci.

Ex. M. Antonio Philosopho.

- Lupiæ Salentinorum haud procul à Brundisio geographis.
- Ædes laterani. adeo insignis Lateranorū familia Romæ fuit, ut magnæ urbis p̄t̄ nomē dederit. Certe Romanus pontifex lateranēsis q̄nq; dictus episcopus.
- Atro, & Pollione, & Eutichio Proculo Siccensi. Grāmatici per ea tempora celebres. nam & Apri Seruius sæpe meminit. Eutichius autem Siccensis à patria, quæ in Numidia Romana colonia.
- Oratoribus & Herode Attico, latino Frontone Cornelio. Inuersa noīa, sic tñ emendanda. Hic autem Herodes Atticus cognomento, diuitijs & litteratura celebris. qui Athenas p̄cipue patriam præclaris operibus exornarit, gellianis noctibus frequens is, cū ingenio & eloquētia nulli secundus haberetur, filiū habuit adeo hebetē, ut ne elementa q̄dem litterarū p̄ciperet. Philostratus. Cornelius autem Fronto insigni eloquentia fuit. Cui siccum dicēdi genus à Macrobio tribuitur, bimestri consulatu ab Antonino insignitus. Cuius illud fortasse sit opusculū, qd̄ à uiro bene docto Iano Parrhasio primum in lucem uenerit de nominū, uerborumq; differentijs. M. Aufidium Frontonē pronepotem et ipse habuit, cuius adhuc extet ad fortunæ

Fanum

Fanum elogium. M. AVFIDIO FRONTO NI PRONEPOTI M. CORNELII FRONTONIS ORATORIS CONSV LIS MAGISTRI IMPERATORVM L. ANTONINI NEPOTI AVFIDII VICTORINI PRÆFECTI VRBIS II. COS. FRONTO CONSVL FILIO DVLCISSIMO.

- Audiuit & Sextum Cheronensem. hic Plutarcho ex sorore nepos pyrrhonicam sectam amplexus est. de qua & X libros scripsit. Adeo principi acceptus, ut senex adhuc imperator scholam eius frequentaret. Notum illud est dictum Lucij sapientis, qui semel occurrens Antonino, cum illum interrogasset quonam iret, & ille ad Sextū respondisset, à quo disceret quæ nunquam audisset, neq; enim pudori esse, si senex discat, euge inquit, o Imperator, si senex tabulam manu gestans ad præceptorē adeas. Meus autem Alexāder duos & XXX annos natus obiit.
- Imagines eorū aureas in Larario. de Larario in Alexādro mox.
- L. Volusium Metianum. clarus inter iureconsultos Metianus. qui fidei commissionum sedecim, publicorum quatuordecim libros scripserit. Corrupte sæpe in pandectis Martianus pro Martiano legitur.
- Aufidium Victorinum. hic forsā ille sit, qui præfētus urbis & bis COS. sub eo fuerit, ut monumento superiore constat.
- Publicis exenijs, corrupta lectio, & xenijs legēdum. nanq; græci ξενίαι, nos lautia, & simpliciter hospita

- lia munera accipimus. id quod apud iureconsul. de officio proconsulis leges. Quid autem si publicis encenijs legas? hoc sensu, detulisse Adrianum M. Antovino eum honorem, qualis publicis encenijs habebatur dijs. sunt autem encenia festi dies cum. s. nouū aliquid sacrum dijs immortalibus paratur.
- Inauguravit, & exauguravit, quod nos in sacris nostris sacrare, & execrare diceremus.
  - Nemine praeunte. praeire auguralis disciplina uerbum, eiusdem notae & uerbi, quod sequitur carmen.
  - Praefectus feriarum latinarum. dicimus & simpliciter latinas, cum in monte Albano COS. uel praefectus carneni Latinis solēni sacro diuideret. de praefecto autem latinarum & Gellius.
  - Diuisionem. non ingratum erit, opinor, quid iureconsulti de rerum diuisione, sentiant hic inserere. Rerum summa diuisio, inquit Paulus, aut diuini iuris est, aut humani. quod diuini iuris est, id in nullius bonis est. quod humani, plerumque in alicuius bonis est.
  - Gratia aetatis facta, hoc est lege annali solutus. quando non erat illi quaestoria adhuc aetas.
  - Auo busta impleuit. hoc est omnia, quae ad busta persoluenda principis necessaria essent, comparauit. Quae autem sepeliendi principis Romani ratio foret, ex Heraclito accipies.
  - Quasi priuatus quaestor, id est quod princeps non esset.
  - Tuncque primum Romanum imperium duos Augustos habere coepit licitum. Licitum hic cassa & nihili uox, & propterea diligentius aestimandum.
  - Ob hanc coniunctionem pueros, & puellas nouorū

- hominum frumentariae perceptioni adscribi praeeperunt. perceptioni autem legendum hoc sensu. cum ciuibus antea Romanis, et honestis frumentum daretur, placuit ob letitiam ad tesseras frumentarias recipiendas nouorum etiam hominum liberos adscribi.
- Vicena millia numū. i. quingentos aureos nostrates.
- Reliqui pro rata. Veteres melius quidam pro rata parte. in his enim frequenter linguae puritatem desydero. sensus autem huiusmodi est, reliquis legionibus, quae unquam essent, datum & donatum, minus tamen datum ijs, quando. s. praetorianae cohortes alijs praestarent.
- Catti. Cattorum disciplina tanta fuisse à Tacito dicitur, ut ceteri quidem barbari ad praelium, Catti ad bellum exire dicantur, quorum initium ad Hercyniae saltum esse referat.
- Officiorum. hoc uerbi significatum & iurconsulti probant, nec latini quidem auctores respuunt.
- Apud Antiochiam & Daphnem. Amoenissimum extra urbem locum Daphnem fuisse, historicorum nouerimentis omnium notissimum est.
- Artaxatis captis. Metropolis haec Armeniae totius ab Annibale loco caetera egregio, sed squalido, & aquis indigo condita, nomen ab rege Artaxa, ad quem de uicto Antiocho, confugerat. sortita.
- Liberales causas. liberales causae iurconsultis haec sunt, ubi de libertate alicuius dubia quaestio sit. Ut si quis dolo malo uel in seruitute, uel maior XX annis passus se uenundari sit, preciumque acceperit. his enim proclamatio ad libertatem non dabatur, ut latius digestorum. XL. continetur.



- Apud præfectum ærarij Saturni. ærariū in æde Saturni fuisse nemo nescit. Vnde & quia præerat inde dictus cōmuni eorū nomine, qui alicui rei p̄ficerentur.
- Tabulariorum publicorum usum instituit. qui publicas tabulas, & documenta cōficiunt, tabularij eleganter appellati, uulgus notarios dicit. hanc legem Veneti his annis proximis ad nobilitatis assertiōem. S. C. sanxere, ut quicumq; patricius liberos genuerit, ad publicos aduocatores, qui præsens est intra cetero dies, qui absens ad sex menses profiteretur. unde postea & ætatis & natalium peti assertio queat irrita eorū nobilitate, quorū nomina improfessa, aut edita in Albū nō essent. ex quo annali legi fraus nulla amplius fiat.
- Comitij usq; ad noctem frequenter interfuit. hinc et nostri Veneti bene cauerunt, ne comitia ultra quartā & uigesimam horam prorogentur.
- Nihil uos moramur Patres Consc. uox consulis dimittentis senatum.
- Fastis dies iudicarios addidit. quinam fasti dicantur dies, ex Saturnalibus petito præter alios.
- Prætorum tutelarem primus fecit. tutela ut inquit Seruius, uis, ac potestas in capite libero constituta ad tuendum eum, qui propter ætatem sua sponte se defendere nequit iure civili data, ac permissa, unde tutores quasi tutores, atq; defensores dicti his tutelis dandis prætor, qui primum à principe Antonino creatus ē, merito tutelaris dictus, qui contra tutores ius diceret, siquid illi fraudis in tutela administranda cōmississent.
- De curatoribus uero. Curatores quibus iureconsultis à tutoribus non multum differunt, in eo tamen distāt,

- quod tutores uel testamento, uel à prætore, aut præfide personæ dantur, id est pupillis usq; ad annū XIII ut pauci excusari tutelis possint. Curatores uero, de quibus hic agitur, bonis faciliore excusatione ab eā ætate usq; ad XXV annum, ut tamen & furiosis et prodigis curatores à magistratibus præficiantur. uerba Hermogeniani de administratione tutelæ, hæc sunt. Inter bonorum & uentris curatorem, & inter curatorem furiosi, itemq; prodigi, pupilli uel magna est differentia, quippe cum illis plenaria rerum administratio, duobus autem superioribus sola custodia, et rerū, quæ futuræ deteriores sunt, uenditio cōmittitur. Tutorū aut, et curatorum imaginem Veneta Resp. supremo à principe magistratu iam pridem procuratoribus creatis præfert, quorum curæ pupilli. & defunctorum bona publice commissa sunt. Curatores uero & eos operum dicimus, qui perficiendis, absoluedisq; præsent.
- De alimentis publicis, id est quæ populo Romano publice præstantur. illud adnotatum dignum ex iureconsultorum lectione, alimentis legatis aquam intelligi in eā presertim regione, ubi uenundari aqua soleat. Venetijs certe aqua & Romæ uenalis.
- Datis iuridicis. à dicundo iure præfectos Italiæ ab Adriano principe institutos intelligit.
- Allectione italica, qua Italos allegeret contra Traiani institutum. quid sit autem allegere in senatū ex Tranquillo & Lino in primis constat.
- Vicesima hereditatū. unde aurum apud Liniū (ut opinor) uicesimarium.
- Scauola præcipue. hic Scauola Serbidius prænomine



- ne & principem Seuerum Aphrum docuit, & Papinianū, qui digestorū XL libros scripsit, & præter alia de quæstione familiæ unum.
- Post mortem Lucium. Tu Lucij emenda.
  - Lectiſterna per VII dies ritus supplicandi dijs immortalibus Romæ frequētissimus, cum uidelicet stratis in tēplo lectis, numina sibi propicia rebus gerendis exposcerent, uel auerruandæ pestilentie operæ quærent.
  - Sarracis. maximum plauſtri genus.
  - Et Lucius quidem, quod admissus esset Furius Victorinus lectio hæc cum proximo uersu non satis integra & propterea æstimandum. interim amissus lege.
  - Apoplexi. hæc totum corpus paralysis partem afficit frequentissimo iam ac peruulgato ob immoderatum uini, uenerisq; usum morbo per hosce annos, quibus ista commentabantur.
  - Quo quidē tpe. luxata hæc lectio, et propterea sic fortasse restituēda. quo quidē tpe sanē imperatoris filius ad triumphalem curram in circo pedes cucurrit.
  - Nullus arenarius. Arenarios eos appellant, q in arena. i. amphitheatro contra bestias pugnarent, q infames habebantur Satyris, & iureconsultis.
  - Conditiones nauticas & gladiatorias elegisse. tæetsi conditionem filie quære dicatur honeste, conditiones tamen quære bonis authoribus significat bene mentulatos sectari.
  - Sub M. Antonino hæc sunt gesta. subdubitauimus iterdum ne in hac uita qdam inuersa sint, id quod & codex unus ex publica bibliotheca præ se ferre uidebatur. Verū adeo confusa erāt omnia, ut nihil inu-

- 68
- tariſim ausus exemplaribus non satis exploratis.
- Bucolici milites. nomen forte ex re legioni ad scitum unde & reliqui postea, q socia arma in Remp. induxissent, dicti.
  - Exesto tubere. Tumor quacūq; corporis innascēs parte dicitur, nos buniones appellamus. hinc & in arboribus quibusdam callus ille ad nodi similitudinē uocatur tuber multis etiam commendatum, & gulæ quæsitum. nam de Tuberibus ueronensibus aliàs.
  - Volonum. qui milites uolones dicti sint ex Liniij XXII accipies.
  - Forum ulpium. quod. s. & Traiani seu transitorium est dictum.
  - Et iuuenium nobilium sacra serapidis à uulgaritate Pelusie. Aegiptiorum interdita sacra quæ iuuenes quidam nobiles frequentarent, dubio procul innuit qd sibi autem uelint uerba hæc Pelusie uulgaritas, quærendum cenſeo.
  - Fulmē de cælo quæ nam (quæso) tanta hæc ueterum scriptorū inuidia in Christianum nomē, ut ne à grauiſſimo quidē piculo noīs huius beneficio erepti, meminisse gratia uelint? homines ingratos ne impios dicant at qui cōstat. uel Antonini epistolis Christianæ legionis ope, q inde υ ερω υ βο λογ, est dicta. i. fulminatix, & fulmina i hostes elicta, & pluuiā exercitū siti cōfecto ipetratā, uictoriāq; ide egregiā subsecutā.
  - Et Eleusinie Cereris templum adiit, ut se innocentē probaret. Vetus hoc & iam pridem persuasum erat impios, nocentesq; homines exturbari ex adytis, quod & Nero princeps uerius post interfectam matrem & uxorem ingressu abstinuit.

- Pyrrhi præsentis. sic codices omnes. at tu uide ne præfeci commodius emendetur.

Ex Aelio Vero.

- Scaurum grammaticum, cuius de grāmatica fragmenta quaedam legi non mala.
- Harpocratiōem. tres ex Suda collectaneis hoc sive re nomine. tertij adhuc extant de uocabulis rhetorū obscurioribus.
- Cucullione uulgarium iutorio. quod uitiū malis principibus, & nobilium iuuentuti peculiare iam in nostra etiam exijt tempora.
- Tricomibus. uetus est uerbum, contentiosos, & litium per amantes significans. Festus.
- Septē conuiuiū, nouem uero cōuitium. de cōuiuariū nūero Gellius. & hic duodecimus lege, uel duodecim emendato dicuntur. græcum etiam carmen in hunc sensum extat.
- Murrhinos, et crystallinos. p̄tiosissima uero fuisse hæc inter uasa potoria certatim præter Pl. historici. Venetijs in Sanctario augustiore, & operē & materia p̄tiosissima hæc spectantur (ut opinor) murrhina.
- Lemniscis. hos tiliaceos fieri ad coronarum usum et annotatum à me superius, & alibi leges.
- Alabastrorū. qd sit alabastrites, & quō uasa ea laudatissima ad unguēta seruāda fierēt, nō ignotū puto.
- Sexagies centenis millibus HS. ridendus profecto author, nec si ita legas, satis numerorū ueterū peritus. Tu sexagies tm̄ leges, quæ summa nō modica fuerit.
- A Venetianis. hi Veneti à colore. à bonis authoribus dicti.
- Parsuinorum. tu prasuinorum emenda.

- Quoad eū uisendū. Tu disiunctim quo ad emenda.
- Ex arcula ouita. nota pestilentiae scæuissimæ originē.
- Quadratus. hūc diuersum ab eo, quem D. Hieronymus apostolorum discipulū appellarat, existimo, cuius libri parthiorum titulo sæpe citantur à græcis.
- Quem apolaustum. ac si tu gaudentem, uoluptuariumq; interpretere.
- Aurioramenta, id est guttas, & stillas quas dā, quæ ludis solennibus pueris in speciem angelorum compositis Venetijs representari sæpe uideas.

Ex Commodo.

- Ore quoq; pollutus, id est fellator, quod & illudere capiti à bonis authoribus dictum est.
- Centūcellas. Adrianus princeps, authore Cæcilio centum iudicibus, q se præsentē causas audirent, cū secederet, centūcellas extruxit, quæ postea in urbis iustæ formam cum creuissent, Sarraceni Bernardi regis tēpore (fuit autem hic magni Caroli nepos, q Italiani Lāgbardis pulsus obtinebat) diruere. hic D. Augustinus diuinos de trinitate libros composuisse dicitur.
- Quādo à pædagogo ueruecina pellis. hoc sensu, ut expiretur an balneator absumptus igne foret, pellē ueruecis postea iniecit, q uim ignis ardore suo proderet.
- Principes iuuentutis. hoc. n. auspiciū erat futuris impatoribus, qd hodieq; retinent Regum nostratum primogeniti, ut principes appellentur ab Hispanis illi, qui regnum adepturi mortuo parente sunt.
- Lex annaria, qua cauebatur ne quis honores assequeretur, nisi suis annis. unde & solutos legibus eos dicimus, qui ante tempus magistratus assequuntur.

- Propolas cicunforaneos, propolas hoium genus esse nequissimū lucris luxuſq; auidissimū Cicero in Pisonē facile ostēdit. & sunt ij, q res minimo redimūt ut maiore p̄tio distrahāt, uē dirigoli hodie à nobis appellati
- Vt lenonum minister. aquarioli & ancillarioli a veteribus appellati.
- Terupini paterni, fortasse melius tarrutij paterni, q nescio an ille sit, qui inter iure consultos citatus quatuor miliarium libros reliquit.
- Claudio Pōpeiano. Herodianus Quintianum hunc appellat.
- Per laticlavi honorem. i. per senatoriam dignitatem.
- Rudibus, unde rudiarij gladiatores, & donatū se rinde ab hac translatione dixit Oratius.
- Atq; ore pollutus. diximus iā supius fellatorē fuisse.
- Hic tñ Perennius. Herodianus aliā necis cām refert.
- Dalmaticus. Dalmaticam genus uestis à Dalmatis usitatam, facile adducor, ut credam uel frequētī adhuc eius gētis gestatu. unde & nos Dalmaticā in sacris adhibemus. utebātur aut aurige hoc ferē uestitu
- Isiacos. idest Isidis sacerdotes. hic de fanaticis hominibus intelligit.
- Sacra mithriaca homicidio uero pollut. mithrā Persae solē, & Apollinē appellant. Strabo & Herodotus. unde et mithriaca sacra dicta, q̄ in atro sacro q̄ sacerdotes cōuenirēt, siebāt mox bouē post solēnes mithræ p̄catiōes imolabāt Sudaſ & Procopius, & alij.
- Suppuratum reddebat. i. Saniosum & ulcerosum à pure, quod græce τρωός.
- ο' γογ, idest asinum. unde onobelus infra.
- Origis, Orix Plinio ægyptia fera, q̄ in exortulis com-

- tra stet, ut ueluti adorare uideatur cum sternutamento Hoc animal bisulcū & unicomne, ut indicus asinus.
- In sinum uertisse, idest in suum commodum.
- Paulus primus secutorum, idest gladiatorū secutores enim gladiatores dici notissimum est. ut retiarij, & mirmillones.
- Bellum desertorum, quod Maternus qdem facinorosis omnibus ascitis gessit, quo bello Italia, & Gallia, & Hispania concussa sunt.
- Incendiaria aures. inauspicatas has esse constat, non tamen quæ essent traditū, ut tamen his uisis, urbs semper lustraretur. Plinius.
- Minutia, locus in urbe.
- Libitina porta. à Libitina, per quā portā cadauera efferrentur. Libitinam autem & pro dea ipsa, & pro libitinariorum opera accipimus.
- Insubido uultu ueteri uerbo pro isuani, & pleniore.

## Ex Pertinace.

- Sulpitio Apollinari. hic gellianis noctibus celebris cuius est periocha in terrentianas fabulas, laudantur.
- Inde ad ducentum HS. stipendium translatus est in Daciam idest ad quinque millia aureorum nostrorū.
- Quasi adiutor eius futuras, futurus emendabis.
- Præfectus p̄torij. hinc adnotatu dignū p̄fectum p̄torio senatorem esse non posse. quod & alibi legas.
- Tabernā coactiliariā. alij codices coactilitiā. qd autē coactilitia, aut coactiliaria sit taberna, æstimādū. nisi eū Coactore fuisse intelligas. unde coactilitia taberna
- In britaniam. lege britania.
- Et cum ad eum Claudius Pompeianus germanici ue-



- nisset. uerba mutilata. Tu igitur ex manu scriptis codicibus restituere germanici dux exercitus,
- Nec non ius quartae relationis. quod omnino loco fuit Pertinacii Tribunitiam potestatem, proconsulare imperium pontificatum maximum tribui imperatoribus subinitia principatus leges, et apud hosce ius etiam quintae relationis, cum tamen Pertinacii dicat quartae ius relationis adstructum. hoc autem nihil aliud fuisse crediderim, quam uti quingentes imperatores de re iudicata et perfecta referre ad senatum possent aequae ac nihil iudicatum adhuc foret. quod autem sit. quod dicat omnino loco fuisse Pertinacii ius quartae relationis, haud sane aliud coniectare possum, quam breue illi et imperfectum fore principatum, cui non integrum ius concessum foret.
  - Praeter X HS. hoc est uicies quinquies centena millia nostratum.
  - Perferentes. melius praeferentes.
  - Cherodotas Dalmatarum. id est manicatas Dalmaticas nam earum usum sine manicis fuisse monstrauimus.
  - Et cirratas militares. citratas legas, et eas intellige, quas Festus citrosasideo appellari dixit, quod in modum citri formatae essent, hoc est, ut opinor, uirgatae,
  - Cuculli bardiaci. gallicae genus uestis, quae aut cucullus bardiacus, ut hoc in loco, aut bardocucullus dicitur. militarem autem fuisse uestem et Satyrus innuit bardiacum iudicem dandum asserens. id est. bardocucullo indutum. Martialis. Gallia fantonico
  - uestit te bardocucullo. Sunt qui distinguant, ut bardiacum intelligant sine cucullo. id est. capitis ligamento. bardocucillum uero cum operimento. fraterculi certe nostrates agnoscunt hoc nomen religioni fere

- quae, et cucullam appellantes, cui ex disciplinae praecipis idormiant, nec unquam exuunt. Unde et cucullati et lignipedes a cuculla et gallicis appellati iure sint
- Macheras, herculaneas. id est. ut opinor, magnas uel commodianos enses, quando Hercules appellari gaudebat Commodus.
  - Eluto auro, id est puro et perpurgato.
  - Atque etiam phallo uitroboli, et materia eadem melior lectio. Atque et Phallo uitroboli ex materia eadem. id est. Priapi. quos composito nomine phalloyitrobolos dixit, quod cum tantum ex uitro prius excogitatum postea est ut ex auro, et ebore magis placerent. phallos autem significat pudenda graecis. unde phallica et Ityphallica dicantur metra.
  - Et uasa Samnitica. quae sint Samnitica uasa non satis constat, sed tu uide ne samia legas. id est. fictilia. unde et samium lutum ab Ausonio dictum, quibus picem ad resinam excoqueret, et inde psilotra efficeret ad uel lendos iuuenes, quo glabriores ac uolsi magis redderentur, quare exleuigandis emendauimus. resinam autem, picemque, ac pumicem adhibita in hos usus nemo non nouit.
  - Nec non uehicularum. haec omnia graeci inter automata numerarent, qualia etiam multa hac tempestate uidentur, maxime uero horologia.
  - Sumptus omnes Comodi reddidit. quod non uideat recidit esse legendum. id est. immiuit et amputauit.
  - Vada sabatia. Pli. portum fecit. ab his alpium initium Strabo reddidit. paludes autem cum ea parte sint, inde uada dicta a Sabatijs fortasse populis. existimant autem non male plerique Sabaudiae duces hic dici, et regionem Sabaudiam, quasi sabbatiam.



- *Gramius Mergus*. quem *Lucilius* à rapacitate *Mergū* forsitam appellauit.
- *Athenæum*, idest *Mineruium*. auditorij autem publici nomen.
- *Omasi pinguius* hoc ac *crassius bouis intestinum* unde *Horatius*. pingui lentus omaso. & *Plinius* bouē iussit occidi in gratiam concubini negantis se omasum edisse, quare & damnatus sit.
- *Chrestologum*. græcum uerbum, ac si intelligas pollicentem liberaliter omnia, præstantem nihil.
- Nam cum ei *Didius Iulianus* fratris filium obtulisset. Tu lege, obtulisset.

Ex *Didio Iuliano*.

- *Saluius Iulianus* iuriconsultus, cuius extabant libri digestorum nonaginta duo ab *Adriano* principe inter consiliarios adscitus.
- *Tricena* dedit. hæc summa nostrates aureos septingentos quinquagenos reddit.
- Quod crediam fuerat. Tu aduerte, ne hic uerba aliquot desint sensu alioqui manifesto.
- *Incantamenta*, que ad speculum diuunt fieri, hi specularij dicti sunt à quibusdam, frequenti etiam nostris temporibus eorum usa.

Ex *Seuero*.

- *Togam præsidariam*. idest qua præsides uterentur.
- Omnibus sortibus in actu militari alij codices natus militari, ut non satis constet quomodo restituenda sit lectio alioqui corrupta.

- Sub elogio, idest titulo.
- Positaq; hora, unde horoscopus.
- Non in candida, sed in competitorum grege sensu tali non ut candidatum principis in campum prodisset ut unum ex competitoribus, gratia tamen *Marci* ceteris esse prælatum fuisse uero qui principis candidati dicerentur cum alij, tum *Tranquillus* doceat.
- Qui etiam HS quod nemo unquam antea. hic sesteriorum numerus deest.
- Cum subarmalibus. subarmalia hic intelligit saga ac chlamydes, quibus arma superinduerent.
- Supinis non erectis. hunc morem hodie quoq; obseruari scimus, quinetiam defunctis imperatoribus supina ferri ac inuersa scilicet.
- Et nigrum etiam uictu iuuerant. tu lege uictum.
- *Neapolitanis* & *Palæstinensibus*. altera *Syriæ* ciuitas, altera regio. nisi eos qui *Samariã* incolerent, qua *Serbaste* postea sit dicta, palæstinensis appellarit.
- *Adiabenis*. *Adiabene*, q̄ olim *Assyria* *Marcellino*, in qua præcipua ciuitas *Ninus* dicta ἀπό τῆς διαβουβειν, eo qd̄ adiri pp̄ *Ossam* et *Tigridē* nauigeros fluios nisi pontibus non possit. qd̄ tñ ille derideat existimans à *Diana* flumine ut multas alias, *Adiabene* eē dicta.
- *Timurium*. *Herodianus* ad *Lugdunum* pugnatum esse author est.
- *Vehicularium munus* à priuatis, est autem hoc, ut iureconsulti docent, personale munus, cum uidelicet uehicularis cursus ad tabellarios publicos transmittendos per ciuitates institutus esset non sine incommodo & dispendio priuatorum, quibus id obtigisset. quo in

numero erant & Camelesia, à Camelis etiam præbendis (ut arbitror) appellata. hinc & cursus publicus in Adriano dicitur. quod & Amianus doceat libro XXI.

- Ius beleutarum. Tubuleutarum emēda, quasi dixeris seruatorum, cū ad eam diem nullum publicum consiliū habuissent. nam à consulendo dicti.
- Nā & mensam. hæc omnia memorāda erant in Aegypto. dicta autem mensa ἡ λῆου τράπεζα. & Mēnonis statua sonans ad solis radios. Pli. Strabo Philostratus. mensa uero solis nunquam deficiens Æthiopia attribuitur.
- Persarum regem Abagarum. nullus (quod sciā) Persarum rex hoc nomine fuit. Nam Abagari Edessæ et Mesopotamiæ p̄fuere. quare uide ne Artabanū legas, aut imperite Persas pro Mesopotamijs acceperit.
- Aut mori. quid si negationem addas? melius enim respondet illi parti, & nimis utilis Reip. uideretur.
- Septizonium. opus Seueri maxime memorabile à septeno fortasse columnarum ordine sunt qui septodiū malint, quod non satis probē. à septem uidelicet uijs.
- Leguminis patrij auidissimus. hoc ex Columella cicer secundum punicum appellatum interpretor.
- Papinianum iuris Asylum. hic ille est inter iureconsultos lōge celeberrimus, unde & iuris auditores papinianistæ quandoq; dicti. Serbidijs Scauolæ discipulus, & Seuero nō propter affinitatem tantum sed ob uirtutem in primis carus, cui etiam filios uni commēdarit moriens. huius urna argentea Romæ cum hac inscriptione inuenta est. ÆMILIO PAVLO

PAPINIANO

- PAPINIANO PRAEFECTO PRÆTORIO IURISCONSULTO, QUI VIXIT ANNOS XXXVI DIES .X. MENSES III. PAPINIANVS HOSTILIVS EVGENIA GRACILII TURBATO ORDINE IN SENIO HEV PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO.
- Qui quidam. locus magna ex parte corruptus atq; ita fortasse restituendus. Qui quidem Sallustij orationē, qua Micipsa filios ad pacem hortatur, diutino ingratus morbo misisse filio dicatur maiori.
  - Cum Septizonium. lectio fortasse sic restituenda. Cū Septizoniū faceret, nihil aliud cogitauit, q̄ ut ex Africa uenientibus suum opus occurreret. & nisi se absente per præfectum urbis medium simulacrum eius fuisset locatum additum palatinis ædibus, is regium arcum ab ea parte facere uoluisse perhibetur. Septizonium igitur & hic legas, quod, ut diximus, à septeno columnarum ordine dictum existimem, quasi septem Zonis. id est columnarum. fascijs opus absolueretur. Lampridius tamen in Geta septodium legit nisi sit uitiatus codex. & ibi est septizonium reponendum.

Ex Antonino Caracalla.

- Gratia sigillarium. quæ sigillaria, aut sigillaritia essent, dictum antea est.
- Et cum idem Chilo sublata ueste Senatori. in senatoria restitue.
- Lunæ dei gratia. de Luno deo, quem Heliogabalum Phœnicum lingua dicerent ex Herodiani sexto. sed

Et mox hic author.

- Cellā solearē. i. in qua solia balneatoria asseruaretur.
- Cipro. cuprum aeris species nomen recentioribus frequens, nā Et Palladius Cuprinos clauos recenset. dictum fortasse per contradictionē quasi Cyprum. es. n. in ea insula ad Temesen olim laudatissimū fuit.
- Et ut Anubim portaret, et pausa sederet. quid sibi uelit hoc in loco, qd sederent pausa, non constat in Commodo certe sic legitur, ut Et Anubim portaret, et caput raderet. pausa autem graecis idem est quod quies, quod uerbū in Coelianis epistolis ad Ciceronem legitur, corrupto tamen codice ubi Pausania legitur.
- Diasyrticum. id est mordax.

Ex Macrino.

- Mythistorijs, id est fabulosis historijs.
- Quod si unius numeri consensus accederet. numeros militares saepe legas, inde (ut opinor) dictos, quod ad numerum omnia praestarent. uel quod eorum certus quidam numerus esset, quod hodie Turcae, Galli; et Aegyptij reges obseruant. certum quendam militum numerum alentes pacis etiam temporibus.
- Recipi. tu substitue recepi.  
Decimare Et centesimare. militaria uerba. milites. n. ubi quid grauius admisissent saepe decimus quisq; interdum centesimus extremo supplicio afficiebatur.

Ex Helio gabalo.

- Eadem serpentes Et Ciconias. propter pietatem Ciconiarū hoc dictum est, quae senescentes matres alāt

- unde graecis αἰτιωελαργειν est dictum, Et pietati cultrix Ciconia à Petronio appellata.
- Studens Et matris typum. si typum legas, quid id sibi uelit, scire facile est. erit autem simulachrum Pessuntiae matris. sunt qui scyphum Et situlam illam Isidis ridicule agnoscant Et probent. ego igitur matris typum haud improbem. sunt qui Martis typum malint i. imaginem.
  - Senaculum. ex Festo.
  - Quaeue earū pellicia. lectio maxime deprauata. siue igitur carpenta pellicia à pelliū itegumēto dicas, siue publice pro pellicia substituas, haud inepte sentias.
  - Bene nasatos sic legendū. ut ridiculi sint, qui deuasias uasatos legēdū admoncant. emissarios aut itellige et exploratores Verendorū magnitudine celebres.
  - Ut eorum conditionibus frui posset. uerbo conditionis Lampridius signanter usus est. Nam conditiones quae rere adulterae, infamesq; scemine sibi dicebantur, quae homines bene mentulatos sibi asciscerent magnis etiam inuitatos praemijs.
  - Seriam. i. amphorā, quae in capitolio asseruaretur.
  - Matris etiam deinde sacra. id est Cybeleia Et magnos ludos.
  - Salambonem etiam omni planctu. Salambonem Babylonij Venerem appellabant. Deplorabant autem in his sacris Adonidis interitum. quare et hoc in loco dicat Lampridius omen Helio gabalo factum imminētis exitij. de hac Et Macrob. praeter graecos.
  - Lapidēs. qui diui dicuntur. ex proprio templo Dianae Laodiceae. Laodiceam Syriae intelligit uino abundantem, Et à Seleuco Nicatore in matris Laodices graec

- nam conditam. de Orestis etiam furore & errore diuersa multum memoriae prodita sunt. Procopius, qui Iustiniani tempore floruit, & bella ab eo gesta contexit, in ponto Comanam urbem condidisse tradit, à Coma ibi deposita precipiente oraculo. sed eo non conualecente, alteram ab eo in Cappadocia ad Taurum simili nomine constructam, de qua argumento excisae comae Comana appellata. alij post interfectam matrem errabundum quaesisse fluium, cui septem flumina miscerentur. qui fluius auctore Varrone ad Rhegium labeatur. apud quem deposito simulachro Fascelitis Diana et ense, tandem furore liberatus sit. reliqui Orestam urbem ab eo in Macedonia conditam, ubi Orestes purgatus à furore sit, quod & auctor hic inuit, quam Adrianus princeps Adrianopolim appellarit.
- Pseudo Philippum. alludens uidelicet ad Andriscum, qui se Philippum appellans regnum Macedoniae de uicto Perse sibi uendicabat.
  - Omnia Helio gabali dicta, omnia emendanda. Cōci de magire. i. coq; μαγειρος .n. Latinis coquus
  - Digitis impudicitiam ostentaret. ad eam enim formam componi solent, ut saepe obscena praefertantur. nam & Caligula Cassio Charea Tranquillo auctore, manum osculanda porrigebat. quam in obscenū modū antea formasset. amulatur & hoc ipsum praesens aetas.
  - Diceretur pro dicentur.
  - Afferetur pro asseretur.
  - Sabinum. erant enim Ulpiani ad Sabinum libri unus & L. qui uir consularis, & insignis Fabium Sabinum alium reliquit Alexandro principi percarum, quiq; & Cato sui temporis est dictus.

- Catum pro cautum.
- Leiostreis. Corrupte àtea lithostreis. Hermolaus Barbarus id ante et uiderat. sunt autem liostreae laeues ostreae dictae à laeuore, cum aliae Tracheae. i. asperae dicantur.
- Centenaria, quae centum pondo essent.
- Aureis toralibus, uel is quae teris inducerentur.
- Et mastycatum & polentatum, alterum forte à mastyce, alterum à polenta.
- Accubitis facile, idest toralibus & calcitis.
- Barbas sanè mulorum unde & hodie barbones fortasse dicti.
- Exarmatos, idest cicures. & mansuetarios magistrōs appellat, qui feritatem eos exuerent.
- Uuas apamenas, ab Apamea Syriae, ut puto dictas, quae celebres graecis auctoribus sunt. Athenaeus.
- Lentum cum Ceraunijs. Ceraunia Plinio iter albas commendatur, quae stellam concipiat.
- Fabam cum electris. electri triplex ratio, primum ex arboribus fluens succinum dictum, alterum metallicum, in quo naturale in pretio habitum, & Homero cantatissimum in Menelai aula. Tertium factitium tribus argenti una auri portione. naturali ea uis, ut in conuiujs praecipue eluceat, & uenena prodat.
- Condito piscinas & solia temperauit, idest unguento diu asseruato. nec mirum id in Helio gabalo, cum Plin. prodat quendam ex priuatis balnearum parietes unguento illiuisse.
- Eunuchos primo aphroditis. melior lectio pro Hermaphroditis.
- Basternas, genus rhedae Barbaricae à populis Basternis, siue Batarnis dictae.



- Pallia deo Aenāthio. corrupta lectio & saniosa. quā ita restituas. pallia uino cenanthio fuisse. i. maroneo uino. ex philostrato ab cenanthe Maronis patre.
- Euripis uino plenis, idest canalibus.
- Conditura Veneta. nos gyalum hodie nuncupamus Rosato. rhodinum unguentum intellige.
- Caldaria. idest calidam admista nardo,
- Idem nunquam minus centum HS. cenauit. hoc est argenti libris XXX. aut hic nesciūt quid HS. essent, aut corruptus est locus, nisi pro argenti, auri substituas. minor enim lapsus, centū at HS. duo millia et quingentos aureos nostrates reddunt.
- Sigma in terra sternere. sigma ueteres sellam in formam S. literæ constantem dixere spiris inuolutā. ab elemento. S. cuius Marcialis & Sido. meminere. sensus aut talis est, fuisse & illam restabilem, ut serui a pedibus ad principis nutum folles substratos deplerent. unde conuiuia proni in terram ruerent.
- Holoferica ueste. i. tota ex serico. nā illa tantū in usu fuerat, q̄ lanæ inter textam purpuram haberet. de serico pulchra q̄dam, & non uulgata aliās prodam.
- Et apud eas concionem habuit. nos orationem istā. q̄ hæcenus latuerat, prima in lucem edidimus, neq; uero id mihi q̄quam uitio uerterit homini p̄sertim sacris initiato. facilius. n. pditissimi principis libido ac luxus dignoscetur. neq; quēpiam tam stultum fore puto, q̄ se ad imitationem scelestissimi hominis componat. illud aut non possum non interim addubitare sit ne ea, q̄ ab Heliogabalo habita sit. nam nec eorū temporum stylum agnoscas. alioqui nihil illic etiam de schematibus. & ornatio mihi uisa q̄ ut a Leonar

- do Aretino conscriptam putem uiro alioquin & disertio, & bene docto.
- Papilla eiefta. tu exerta emenda, et exoletorum pro exoletos.
- Per cellarios. cellarij dicit q̄ penuri asseruādo p̄essent. religiosi corrupto uerbo hos cellerarios appellant.
- Dulciarios & lactarios, unde lactarium opus, quod imperiti lacticiuia appellant.
- Canon fructuarius. i. alimēta ad septē annos parata,
- Struthiones & Camelos in cenis aliquoties, dicēs p̄ceptū Iudæis ut ederēt. hæc. n. Moyses Iudæis haudquaquā interdixit. ut libris instrumētū ueteris cōstat.
- Croco sigma strauerit. Crocū ad theatralē usum adhiberi, et substerni i delitijs solitū et hic et alibi scriptū.
- Traiecit & dierū actus noctibus. nō anu (leges. maduerit. hoc Paulus II pontifex maximus uitio dari flagitiosissimo principi, q̄ & ipse noctu munia pontificia perageret, interdium autem dormiret.
- Cum capi non possent uno sigmate. nam septem conuiuiarum capax tantum erat,
- Hydrogarum. hoc est garum ex aqua nam & garū & eleogarum & alec & nuria ueteribus salsamēta celebrata sunt.
- Ita ut ad sericam uestem, tu & sericam emendabis
- Oream uehementiorem appetitum.
- Seplasiarium et cupidiarium alterum a Campaniæ Seplasia, alterum a cupidij dicitur.
- Sybariticum missum, Sybaritas delitijs ac luxu nobiles uel eorum internitio fecit. unde ferculum Sybariticū dicatur. cuius Athenæus quale fuerit meminit.
- Zetis dicta. uel ἀπὸ τοῦ ζέειν. idest seruendo, uel

- ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in illis præcipue uiueretur. quid si ἀζ. littera ut sigma dicatur?
- Pfilothro curaret. id medicamentū ad pilos euellendos est.
- Aurosa arena. qua passim utimur ad obducendas cito litteras.
- Ante Pbilippum imperatorem Romanum, Gordiani successorem intelligit. qui edicto id prohibuit.
- Pandurizauit. Pandura instrumentū musicū Aristophani Thesmophoriasusis, inde Panduros, qui eam pulset. Vnde uerbum deflexerit nescio q̄ bene.
- Spintrias, ex Tranquillo in Tiberio id discas credo ἀπὸ τοῦ σπινθρος. id est scintilla huiusmodi portenta nuncupata. quasi libidinis incentores.
- Blatea. id est purpura ex indico conchylio facta, unde & Bladū rusticis forte color, & Bladū pro frugibus. Eutropius certe blatteis funibus piscatū Neronē tradidit, quas Orosius et Trāqllus purpureas dixere.
- Biotthanatum. hoc est uiolenta morte, nec sua periturum. quorum animas in beatorum sedes non recipi etiam antiquis erat persuasum.
- Deinde illud, qd̄ clementia tua solet dicere credidisse reficiendū. Corrupta (nisi fallor) lectio. qd̄ igitur si ita legas? solet dicere creberrime, repetēdū fortuuæ etc.
- Illud ad cumulum potentissimi principis addendū. Conquisitos ab eo medicos, & immensa his proposita præmia, qui se in muliebrem naturam exsecarent, uulua ex sectione facta.

Ex Alexandro Mameæ.

- Ius quintæ relationis. hoc est ut quinto posset de re etiam iudicata statuere. ac ad senatum referre.

- Communis confessus. ut confessus.
- Admissionalibus. id est ministris, qui ad principē introducerent.
- Quam nemo nisi Acolius ferebat adiutam. Sic enim & primus Hermolaus noster emendandum admonerat. Acolius enim illi à memoria fuerat.
- Per stellaturas. stellionatus crimen late in re militari patet. ubicunq; n. criminis titulus deest, illic stellionatus accusare possumus. nam quæ in priuatis iudicijs de dolo malo actio est, hoc in criminibus stellionatus persecutio est. habet igitur locū cum tribuni uel milites callida dissimulatiōe alienā rē distraxerint, aut permutauerint, uel in solutum dederint. Quin et mortis suppositæ impostura facta. uel collusio in nocē alterius hoc titulo cōtinetur à stelliōe inuidētissimo aīali deducta nūcupatiōe. horū aut̄ criminū legitima nulla ē pœna. sed extraordinarie pūiri solēt. iure cōsulti.
- Cholera. uulgate uerbo usus pro bile.
- Sine indulgentiæ proposito. & hic non satis latine indulgentiæ uerbo usus.
- Sed securiorē. hoc idē à Theopōpo Spartanorū regere responsum uxori grauiter Ephorū potestatem ferentū regibus additam. qd̄ et Veneti nostri agnouere iā inde benè ab urbis incunabilis, cū duobus principi addidere cōsiliarios. q̄ postea à sex regiōibus sex creati.
- Fœnus trientarium. minima, ac civilis usura & infra semisses usuras.
- Pyctaria. id est breuiaria.
- Cum edulitatem. nouo uerbo ab edendo edulitatem appellauit annonam, ut degenerasse romanam eloquentiam iam pridem possis agnoscere.

- Curionem. id est præconem.
- Damalionem. i. vitulum tenellum de græco uerbo δαμαλις .n. vitulā tenellā signat, unde damalio.
- Bracchariorū linteonū, à Bracchis conficiendis & linteis uendendis nomina deducta. iam & pelliciones à concinnandis pellibus dictos notum esse potest.
- Oceani solium. à magnitudine & capacitate. unde et in sacris literis capacissimum illud in templo uas à Solomone rege dictum, mare dictum est.
- Præfecit, tu lege perfecit,
- Carmen, tu carnem.
- Paulum & Ulpianum uterque iureconsultorum clarissimus, q̄ græco uerbo κρονοφοιοι dicantur. i. principes assessores Papiniani in præfectura. Ulpianus uero Tyrinus fuit, ut ipse de coloniis agens prodidit.
- In Lat. sic ex ueterum instituto imprimendum curauimus. Tu uero sic interpretator. in latum pedes centum, in longitudinem passus mille.
- Isim & Serapiū. Tu Isē et serapeū lege, et pro locis publicis accipe altero ab Iside, altero à serapi dicto.
- Deliacis à Delo insula, ubi laudatissima fiebant. antiquissima enim æris gloria Deli fuit auctore Plī. mystica autem, quæ occultas significationes haberēt peculiari Aegyptiorum usu.
- Ita ut in palatio faceret dietas. dietæ cœnacula erant ubi hyeme ad solē, æstate ad umbrā cœnitarēt Varro ni dictæ q̄ interdum in his edantur. Unde dietetarij iureconsultis. quod tamen diuersim quid sit.
- Ο' ευροσκο'τος, auspicij peritus.
- Primo mundino. nam & trinundinum erat.
- Notariū. hic pro tabulario uidetur accepisse non sa-

tis latine.

- Archiereū & archisynagogum sacerdotum & synagogæ principem.
- Larario. larariū à laribus. ubi igitur lares dij & reliqua numina sanctius colerentur lararium locus ille dictus, ut in Adriano adnotauimus. Apolloniū autē Tyaneū intelligit magia clariorem studio quàm philosophiæ, ut ipse est Philostratus uel inuitus prodit.
- Christum. hinc datur intelligi non nisi malis principibus pietatem nostram improbatam. & ab optimo quoq; cognitam, nunquam interim damnatam.
- Tædianit. male meritum de lingua latina scriptorē qui uerbum hoc consinxerit.
- Spheristerio. id est pilæ lusui.
- Aurum Coronarium et negotiatoriū. de Coronario dictum. à negotiatoribus aut, quod illi principibus penderent, negotiatorium est dictum.
- Corpora. i. collegia bono uerbo dixit. iureconsulti.
- Milites ostensionales. hi fortasse dicti, q̄ ad ostentationem tantum instructi haberentur in urbe.
- Tunicas aemas. i. unicolores, et macrocheras. i. manibus uocis ablectarent.
- Athenæū auditorium id Romæ publicū, ac si palladium interpretare uel mineruiū.
- Sæpius cocco clauata. i. coccineis clauis distincta.
- Non secundum mensam Alexandrum habere sed secundum. hoc sensu tantum pomis indulgisse, ut alterū prandium id uideri poterit.
- Versus Hendecasyllabi qui sequuntur non satis ad normam sunt facti.

- *Semisses aureos*. i. q. dimidiū aurei ualerent. *Aureus* autē argenteos denarios XXX fermē ualebat. ad quā formā tremisses & quartarij illi redigendi sunt.
- *Formas binarias*. hoc (nisi fallimur) intelligit. i. duplicatos aureos, seu triplicatos. quod & nos hac temperate à quibusdam principibus obseruatum uidemus duplicatos inde dictos. nos certe cum Mediolani ageremus, donati sumus à quæstore regio Ioāne Croliero numismate aureo XXX aureos. cui postea nostras in Tranquillū lucubratiōes dicarimus. mox alia quædam maiora ac grauiora nuncupaturi. quā rarā uiri excellentis liberalitatem non satis æquo munere profecuti uideamur. id autē numisma chirothecis elegātoribus incluserat. quod & in Aldo compatre græce, Latineque lingua instauratore secutus est olim donādo, dū uiri de literis optime meriti uirtutem admiraretur. accedit autē ad tantam liberalitatem, quod uir est moribus & doctrina non uulgari. ac de excellentibñficētia ppetuo celebrandus. utinam principes nostrates priuati hominis liberalitatem imitari discerent, quod autē formas appellari, ipse uiderit quā latine id usurpauit.
- *Holosericam*. i. totam ex Serico, sed de serico plane omnia copiosius differemus.
- *Aurelius Probus Baphus*. emēdanda lectio & *Baphis* reponendum. significat autē hæc dictio *Baphiū* tabernam tinctoriam de græco fonte.
- *Baccas braccas lege*,
- *Baccatum monile uergiliana forma*.
- *Cyclade genus uestis ex auro ferē*, unde & in sacris literis ubi de Cæcilia uirgine agitur amicta cyclade ornatam à Christo leges. dicta quod rotunda esset

- nam & matrone hodie uestes quasdam suas rotundas appellant, quæ in orbem absolutum desināt. matronis iam grandioribus frequentes.
- *Pullicinis ac pipionibus*. noua utrunq; forma nō tamen inepta.
- *Dicens in genuum currere*. erat enim in quibusdam sacris cursus institutus.
- *Et argento & necessarijs instruebat*. hæc oīa à Cicerone in Pisonē uasarij noīe intellecta arbitror. obseruatū autē hoc Venetijs diu scimus, ut copiarj legatis profecturis hæc oīa suppeditarēt. nūc annuū illis salariū ex ærario datur, quā publico omnia peribant.
- *Nundina uetera*, quod mercatus hodie dicimus.
- *Christo templum facere uoluit*. Inuidētissimos homines ac æternis stigmatibus impietatis inuendos, qui timerēt id, quod maxime fuerat optandum. Iā uero Tyberius princeps id pridem decretum tulerat. nisi patres, quod authores facti nō essent id reiecissent.
- *Dicebatq; graue esse umbram quidem huius rei nos hodie retinemus*. ut interim tñ præsules nostri optimis maiorum nostrorum institutis uideātur illudere sed illi se prius, tum etiam reliquos decipiūt. nā Christiana pietas etiam illis nolentibus inoffensa stabit. luent tamen illi luent meritas negligentia uel impietatis uerius pœnas suæ.
- *Legem sacrare quid sit*. ex Festo accipe.
- *Assessoribus solaria. u. salaria*.
- *Traiani putare. tu putauit*.
- *Pontificatus codicillares*. i. ad scriptitios & extraordinarios quasi dignitatis umbra gauderent collegijs adscripti, atq; in codicillos relati.



- Ephippijs. uerbum nouum. quando & usus eorum apud ueteres non erat.
- Argyraspides & Chryspides. à scutis argentatis et auratis Alexandri quidam numeri sic dicti.
- Papilionibus, militaribus tentorijs.
- Quod tibi nō uis alteri ne feceris. utinam oēs hoc memoria infigeremus iam pridē sacris litteris p̄ceptū. siquidem satis hoc esse ad uitæ rationes possit.
- αὐτοματοῦ sic restituimus, et incruētū interpretator.
- Artaxerxen. hic humili loco apud Persas natus imperium à Parthis ad Persas transtulit. Victoq; Artabano triplici praelio, eoq; cum tota familia cæso, adeo uictoria elatus est, ut Romani imperij terminos non solum attentaret, uerum etiam cedere Romanos omni Asia iuberet. quem uictum ab Alexandro Lampridius dicit. cum tñ Herodianus diuersa prodat. eo usq; autem imperium orientis apud Persas fuit, quousq; ad Arabas, idest Sarracenos magno Christianæ pietatis incōmodo trāsijt. quibus per Christianos duces magna ex parte afflictis, & Hierosolymis receptis, Turcæ ex una parte Asiæ, & serui ex altera Aegypti imperium inuasere. uidit tñ patrum nostrorū ætas, aut certe recentem memoriā Tamberlanis accepit. qui gregarius miles ad Persas iterum imperium transtulerit. Paikete Turcarum rege capto. uerū filijs eius dissidentibus res tanta indole quæsitæ non multo post pessim abiit. Psophis certe, siue ille propheta, ut uideri uolebant ij, quorū intererat, siue dux Persarum hoc tempore id agit ut auitum decus genti asserat.
- Persarum accepimus. Tu cepimus emendabis.
- Interānanas. i. quæ Tigrim inter & Euphratem pro

- uinciae quinque numero erant. grauium sæpe bellorū causa Romanis ac Persis, nec unq; satis feliciter aut à nobis retentæ, aut ab illis receptæ.
- Tabellæ laureatæ. uictoriæ enim nūtia laurus erat.
- Limitaneos, qui limites imperij tuerentur.
- Retrogradæ gallicanæ mentes. inepte nimis uerbo etiam paruum Latino usus. significare autem uoluit duras & peruicaces.
- Huic accidit pro huc accedit.

Ex Maximino patre.

- Capitolinā amphoram. asseruabatur. n. in Capitolio amphora miræ magnitudinis. unde ut copiā uini poti à Maximino ostēderet, capitulinā appellauit.
- Dextrocheria. dextrarum ornamenta dicimus noua satis forma.
- Amaxas. idest currus. uerbo græco unde illis ἐκ τῆς ἀμαξῆς λαλεῖν.
- Tophicios ex Topho lapide satis friabili.
- Athenio fugitiuorum in Sicilia crudelissimus quousq; longo ac difficilibello uictus sit.
- Osrohenis sagittarijs. pars Assyriæ trans Euphratem hoc nomine dicta est ab Osrhoë uiro nobili, si Procopio credas. ex ea uero sagittarios multos in Germaniam adduxerat Alexander utilissimum militis genus aduersus Germanorum corpora nuda & proceræ.
- Quasi aulæ quoddā praelium. ita si legas, quod oēs præferunt codices, hoc sensu interpretis. i. facile. quales uidelicet in aula imperatoris pugnae simulachra cieri solent ludicra. s. & læuia. sed æstimandum.

- *Affectus in Albano.* affectus pro pignoribus et rebus charioribus accepit. qui in Albano monte in castris uidelicet pratorianis asseruarentur.
- *Animo habere, & concupiens lege.*
- *Deinde sine delicto.* quid si sine delectu legas?
- *Sabinus praefectus urbis.* hic forsitan ille Sabinus, qui inter iureconsultos maxime celebris est, Catoq; sui temporis dictus. nisi hic forte eius filius. nam pater ab Helio Gabalo iussus occidi perierat.
- *Deū Fellenū.* hic Aqliensiu tutelaris ac praeses deus.
- *Cuppæ sunt maiora uasa ex ligno ad uinum condidendum.* frequens ueteribus agricolis uerbum.
- *Hecatomben sacrum omnium maximum hoc uerbo intelligimus.*
- *Vt quarto die.* nota quanto celerius hodie cursus conficitur. satis enim constat non paucos nuntios ab urbe Venetias uenisse XXXII horarum spatio. saepe quadraginta aut aliquid amplius.

Ex Maximino Iuniore.

- *Vt ad staturam paternam perueniret legendum.*
- *Tatiano Oratore.* duo fuere Tatiani pater & filius Galli (nisi fallor) genere. Tatiani aut patris an filij incertum Sidonius & Ausonius meminere, ut eloquentis hominis, & qui apud Visontium municipalem scholam rexerit. an uero Tatianus ille, cuius Diuus Hieronymus libro de uiris illustribus meminit, pater fuerit, aestimandum alias.
- *Monolium de albis nouem.* loquedi figura sanè noua nec satis omnino latina significant autem haec uerba  
monile

- *monile nouem ceruicibus & alijs gemmis candidantibus, & reticulum capiti ex uiridantibus, dextri autè brachij ornatum ex hiacynthis contextum.*
- *In mundo.* scilicet muliebri suo.
- *Campagum formam pedis barbaro uerbo appellauit.* à gramicis nostris Calopodia etià dicta forma non inepta, ut de græcis uidelicet hausta fontibus.

Ex Gordianis.

- *Ob saceris.*
- *Feras libycas.* Pantheras, quæ & uariæ seu Africanæ dicuntur.
- *Oues ferae.* Canelopardales, quas gyraphas appellant hodie. unã aut donatã Laurètio medicæ à Sultano Ægyptio Italia longo post uidit tempore.
- *Alces.* Herciniæ syluæ ac Germaniæ peculiare animal
- *Tauri Cybiritici à Cybiris.*
- *Struthiones Mauri minati trecenti,* qd sibi uelit minati hoc loco dubium. quid si minati legas. i. rubentes.
- *Iuuenalia.* quorum Tranquillus meminerit, quia à iuuenibus nobilioribus celebrarentur.
- *Cēsualium.* nouo nomine apparitores Senatus ac ministros dixit, ut arbitror.

Ex Gordiano Iuniore.

- *Parentela,* q̄ male latina lingua utatur aduerte.
- *Mundanum malum.* quod orbi immineret.
- *Aperto Iano gemino,* signum belli.
- *Ab Antiochensium crucibus.* tu ceruicibus emenda.
- *Fossato ineptum scriptorem.*

- *Quarū L. Christea. qd si caristia legas? à Carysto. s. Eubœæ oppido. Siennides à Siene ægyptiæ intelliguntur, quæ admodū Numidicæ ex marmore numidico.*
- *Basilicæ centenariæ, à centū uidelicet passibus dictæ, uel, quod melius, à centum columnis, dicta enim hecatonstylon inde est.*
- *A tutelis. ne paruum hoc munus existimes, paucissimis hoc dabatur. iure consulti de tutelis authores.*
- *Nymphæa. idest lauacra.*
- *Lithostrotum. pavementum ex tessellatis lapillis.*
- *Archolentes. tu iubatos intellige, sed & acroleontes pleriq; probant.*
- *Apud Circeiā. tu Circusium lege. qd oppidū receptū à Dioclitiano mœnibus ac turribus ampliatum est.*

Ex Maximo & Balbino Aug.

Præponenda eorum uita Gordianis fuit, ut series instituta à nobis texatur.

Ex Valeriano.

Hic Philipporum & deciorum uita desunt.

Ex Galienis.

- *Astacum quæ nicomedia sic reponere. inde enim astacenus sinus. Eusebius & alij.*
- *Aphronitris. spuma hæc nitri Asiæ ac Ægypti peculiare in speculis colligi solita, quas coligas appellabant. picatis uero hæc uasis ab Ægypto Romam deferbatur. Martialis.*
- *Rusticus es, nescis quid græco nomine dicar.*  
Spuma uocor nitri, dicor & aphronitron.
- *Principem. tu principe reponere. nam à Claudio Constantinorum genus ducebatur.*

- *Facto scedere. tu fracto reponere.*
- *Cyclopea luserunt omnes apenarij. apenarios de græco uerbo ἀπὸ τῆς ὑπὸ uehicularios appellatos opinor, Cyclopeam uero eam saltationem intellige, cum in formam. Cyclopis proceri ac deformis quispiam saltaret. Horat. & Trebellius in Carino. libet autem Lucilianos uersus ad rem uidelicet facientes addere. Multa hominum portenta in Homero uersificata. Monstra parāt. quorū i primis Polyphemus ducetos. Cyclops longu pedes. sed quod de apenarijs diximus æstimandum. quid si arenarios legas? & intelligas eos, qui in arena operā p̄starēt, id qd magis probo.*
- *Dracones. i. uexilla longiora, unde draconarij. Hecatombis, quod sacrum id esset, aut quomodo celebraretur, ex hoc authore copiose accipies.*
- *Heracleā peruenerunt. pōticā intelligit olim Clarā.*
- *Facta carragine. nouo uerbo, & satis barbaro coactas in unum eorū copias intelligit, & impedimenta cum lixis, ac carris, quos innumeros ea gens trahere secum solet.*
- *Et quidem Cecropij Dalmatarū ducis manu. deerat enim hoc uerbum, quod & repones.*
- *Tetrastiche pentastiche. i. quaternum ordinum & quinum. unde & disticha & tetrasticha. nisi tetrastylem & pentastylem malis.*
- *διὰ τετραδῶν. i. singuli ordines quaternarij essent.*

Ex Salonino, siue Galieno Iunio.

- *Ad exemplum protreptici. exhortatorij & instrumentis ἀπὸ τοῦ προτρεπτικῶν.*

• Constelatos bullatos itelligo, & isignitos ueluti stelis.

Ex Claudio.

- Ancillarij, seu ancillarioli ministri lenonum et impudicarum.
- Munerarius, qui gladiatores edebat. nam munera nemo nescit gladiatorios intelligi ludos.
- Tu qui nunc patrias gubernas oras. Versus meliori limæ reddendi.
- Antialo. qd si Anchialē legas Illyricum oppidū. p.
- Cucumacum. qd si cucumam legas cypriam. i. areā.
- Brachialem. i. brachij ornatum.
- Chryso graphata. i. auro sculpta.
- Aclidas. Virg. teretes sunt aclides illis.
- Succubitana purpura à Succubi Africæ oppido augusta Colonia.
- Subarmale unū cum purpura maura. de subarmali diximus nouo & ipso uerbo qd sub armis gereretur.
- Accubitalium. p. culcitrarium & stragulae uestis.
- In Thermophas. emenda Thermopylas.
- Corymbiatum. i. corymbis undiq; circumdatum.
- Paterā argeteā ederariā, ad ederae formam sculptā.
- Bolitera. halecuticum. i. iaculum piscatorium.
- Calices ægyptios. i. uitreos.
- Chlamydes ueri luminis limbates. i. splendidissimas limbis adhibitis.
- Singiliones, genus est uestis, uerbumq; cum ipsa ueste barbarum.
- Cucutia. nouum & hoc uerbum ac militare, nisi tu capita, quod minime probo.

• Oraria Sarabadena. i. uela subtilissima ex oriente, nā & Sarabara genus est persicæ uestis. Vnde & Augustino, ac Hieronymo Sarabaytæ hæretici.

Ex Aureliano.

- Hilaribus. hilaria dies festus VIII Cal. Apriles, in quibus letitiæ exordium erat, quo primum tpe sol lōgiorem diē faceret, Panis deo dicatus oīum auctori.
- In odem. tu eodem.
- Et postea multa omnia, omina restitue.
- Balistea. idest quæ iacularētur in illum iocantes ἀπὸ τοῦ βάλλειν.
- Ferramenta samiata. i. mucronata & exacuta. Non.
- Mulum centuriatum. qui singulis centurijs ad onera ferenda assignatus erat.
- Porcina. tu porcina. & carnis intellige.
- Pabuli extra ordinē decernis. uide ne pabuli ius scribendum sit.
- Nicopolis. triplex hæc urbs Stephano Epiroticam uero hanc existimo ab Augusto ob uictoriam Aethiacam conditam.
- Ityreos. i. Arabas. Virg. Ityreos Parthi torquentur in arcus.
- Multitias, quarum & Iuuenalis, quasi mollitias. alio qui & pelles deliciores tractatu nos multitium re/dolere dicimus.
- Deputet scipionem. idest eburneum bacillum principatus insigne.
- Tunicae lineæ, paragunda, dicitur mox.



- Hami montem. diuisim legas.
- Nam belli illius uirtutibus tuis credo quis non uideat summam, aut quid simile deesse?
- Equites sanè omnes an imperium. tu repone equites sanè omnes ante imperium. paruus lapsus, sed q̄ morari aliud agentes possit.
- Patrimis, matrimisq̄. quid patrimi, matrimi q̄; pueri, ex Festo.
- Ambarualia sacra ab urbe ambienda.
- Quasi in Christianorum ecclesia. nota summam hominum impudentiam, q̄ uelint nolint etiam per iniurias laudare nos coguntur.
- Pontus polemoniachus & Alpes Cottiae. utraq̄; provincia à suis regibus dicta, altera à Polemone, altera à Cotto rege. quas Nero princeps in provincia formam redegit. sunt autem Cottiae alpes, in quibus Genua contineatur. polemoniachus autem pars ponti.
- Transactis igitur quae ad sectiones. qd̄ sector sectio uel sit mediocriter eruditis etiam cognitum.
- Contra Palmyrenos. Palmyra omnium orientalium urbium in Syria olim maxime insignis uel bellis contra Traianum & Adrianum gestis, uel Odenati principis nomine olim à Solomone rege condita, dierum duorum itinere à superiore Syria distans, ab Euphrate unius, à maxima Babylone sex. dicta quadoq̄; Adrianopolis. à grecis autem Palmyra à palmis, ut puto eo in loco abundantibus, puteis & fontibus frequentibus, cū circū ea loca nusquā aqua alibi inueniatur. Thadanius Syrorum lingua nuncupata.
- Tyana. ciuitas haec Tawro ad portas amanicas appo-

- sita, Cappadociae ac Ciliciae media Apollonio philosopho ciue insignis.
- Quid enim illo uiro diuinius? adeo ne Christiano nomini infestifueris, ut magnum hominem, certe à cultu uerae religionis alienū pro numine coleretis? Christum ac ab eo Christianos dictos nullorum facinorū reos, quin potius uirtutis assertores, ac uerae pietatis, tam infesto animo insequeremini?
- Dromedā uocant. sacrae litterae dromedarios à cursu uelocissimos Camelos appellant.
- Decollari. resitue declarari.
- Sandix indica. ex cerussa haec fit aqua portioe rubrica admixta color est purpureus. magno multorum errore, q̄ scādycē à sandycæ nō discernāt. sed alias.
- Cornicibus, atq̄; laticinibus, tu liticinibus à lituo. Unde & Statius, liticēq̄; notus hecforius armis.
- Tunica galbina. unde et nos hodie Gabanos crassiorē rem uestitum dicimus.
- Quae nūc Saliginei. tu à siligine siliginei substitue.
- Fuit & sub Aureliano Monetariorum bellū. Monetarios imperatoris edicta uidentur inuere, uiles homines texēdis. s. uestibus idoneos, quiq̄; lanam ducāt & textricium faciāt. ut imperite pro ijs, q̄ monetam cudant hic multi intelligant. nam gyneciarios & monetarios & Baphiarios iunctim appellat.
- Amnestia. i. obliuio, res ab Atheniensibus primū usurpata Thrasybulo authore, inde saepe ab alijs tentata.
- Maximumq̄; tu Maximinū, uel Maximianū lege.
- Atq̄; ambolicas species, sunt q̄ antolicas. i. orientales.

- Baſteo. tu blatteo. i. purpureo repone.
- Filiorum. emenda foliorum.
- Paragaudas. genus est uestis, ut plurimum uirilis lineæ, quod sub alia ueste gereretur. cuius apud imperatorem mentio & iureconsultos.
- Rectis purpureis. quæ purpura recta textæ essent.
- Moonolores. idest unicolores, & bicolores. Quid si à loro uno & duobus & tribus dictas esse censeas uerbo græco & latino?
- Alpes maritimas, eas intelligit, quæ Liguria, narbonensiq; Gallia incubant.
- Facta erat ratio doge cupparum. quid essent cuppæ ostendimus. Corrupta autem hæc lectio; quomodo restituatur, adnitendum.
- Oraria ad fauorē. quomodo enunctorijs euentiladis hodieq; retinetur. nā oraria lintea tenuiora significant.
- Miliarensium porticum. milliaria melius à mille passuum longitudine.
- Calceos mulleos. regum albanorum, mox patriciorum fuisse gestamen. à mulando. i. suendo, si Festo credimus, dictos. unde et mullum piscem dictum esse putant. hederatios aut ac cereos utrosq; à colore dixit.
- Pro senatorijs professionibus. i. censibus, uti uidelicet quisq; in censum professus esset.
- Anulum sigillaritium, ad signandum.
- Phagone, unde & nomen illi, φαγειῶν enim græcis, latinis uorare est.
- Infundibulo apposito. instrumentum ad liquores infundendos Catoni, ab infundendo, ut arbitror, dictum orca autem capacissimi uasis genus Hispaniæ, quo

- falsamenta, uinum & oleum & salgama conderentur. ab orca marina similitudine. Pers. angustæ collo non fallier orca. Varro. Probus Festus.
- Natalibus suis & parilibus. parilia dies natalis urbis Romæ. nam & Cal. Ianuariæ citra omnium supplicium ac poenam exigebantur.
- In ciuicos archis. Corrupta lectio, sed quæ forte ita restitui possit. in publicis archiuis. appellauere aut archiua loca, in quibus publicæ tabulæ asseruabantur.
- Sartis tectis capitolij. ut sartum tectum. i. integrum capitolium tuerentur.
- Auro clauatis uestibus. idest quæ clauos aureos, nos flores appellamus, haberent.
- Hecatombæ. monstratum est superius quid esset. hecatombæ certe græcis dicitur quod quæ duabus minis aestimatur. sunt et Homero Glauci hecatombæa arma, quorum et Iustinianus in præfatione pandectarum meminert.
- Omnia imperij. restitue omnia.

## Ex Probo.

- Specillatam specillis ornatam.
- Hastis puris sine ferro. ut uexilla pura. idest candida infra dixit.
- Eandemq; à rebellionibus uni dicauit. Restitue uini dicauit.
- Inuitus & redactus. quid si reluctatus?
- Quod imperaret Probus milites. uerbum milites superfluit.
- Prædam, deinde omnem illi præter diuinas. quid si

*druydas, ut tamen deesse uersiculus uideatur.*

- *Nigrum & albū. tu Albin reponere. Inclytū olim in Hermūduris flumen, sed qđ iam pridē intercidisset*
- *Limitaneis, qui limites tuerentur.*
- *Supplices, statimq; iacuerunt. Tu strati ascribes.*
- *Cæterasq; gentes ita confudit. quis non uidet contredidit esse legendum?*
- *Blemyas. his populis inter Aethiopes capita dicuntur abesse, ore, & oculis pectore affixis, unde et pro miraculo spectabantur.*
- *Contis ficijs. dubia lectio, nec quo pacto restituenda satis cōstat, nisi à ficu ficios deduxerit. qđ si ita legas Cōtis et Sibinis? est aut Sibina Festo Illirici genus telii.*
- *Quod ille compererat animo. melius conceperat.*
- *Huius familiae posteris. posteros ascribe.*

## Ex Caro.

- *Sed auos. tu auum emenda.*

## Ex Numeriano.

- *Eumq; ante signa & principia protraxere principia erat statio, ubi principes legionum consisterent.*

## Ex Carino.

- *Carianus. lege Carinus.*
- *Neurobaten. i. p. neruos iccedentem ut Schenobaten. i. finerepā. Tichobatem aut græci appellāt quē iurecōsulti directariū à dirigēdo se i aliē accenacula appellāt*
- *Salpinctas. sic enim leges, & Tubicines itellige ἀπὸ τῆς ἀλάττωγος.*

- *Cāptaulas. i. centū q tibiārū sonū aliquātulū isfletere ret, qđ nos emēdauius mēdosissima alioq lectioe Pithaulas aut quasi tibijs psuadentes tibicines dicas.*
- *Cyclopē adornatum: Cyclopeā saltationem, de qua superius, innuit.*
- *Pallio Ianthino. unde & Ianthina uestis Persio.*
- *Plumandi. i. texendi. græci polymita à liciorum uarietate. unde plumarij & opus plumatile Nonio clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.*
- *Birri ab Atrebatiscis petiti. birri uestis gallicæ genus sunt aut Atrebatæ hodie, q Arres gallica lingua dicuntur aulæis texendis percelebres. Unde aulæa hodie laudatissima.*
- *Ballionibus. i. lenonibus à Balliōe Plautino lenone.*

## Ex Aelio Vero Cæsare.

- *HS. III. millies infinita hæc pecuniæ uis ut ipse author paulo post dicit atq; ad normam mihi præscriptam in Tranquilli annotationes dirigendam.*
- *Quia uota interueniebant. quorum interuētū luctus omnis tollebat.*
- *Quatuor anaclyterijs. i. accubitorijs.*

## Ex Auidio Cassio.

- *Fatum morionem. i. minus ineptum.*
- *Et inciso ipso. Tu inscio ipso reponere.*
- *Cāpestri solo tectus succinctorio. quo in gymnasijs et palestris uteretur, subligar etiam à nostris appellatū unde campestrat.*

- *Bucellatum*, à bucca siue bucella. Marcellinus. qđ in sedibus erat, frumentum ad usus diuturnitatem excoctum bucellatum uocabant. unde nos fortasse bucellatum etiam panem appellamus in orbem factū gestatu commodiorem, ut quem pernica immissum sine grauiore impedimento secum haberent.
- *Aut impeditur. tu impeditur.*
- *Programma*. i. edictum graeco uerbo.
- *Bucolici milites*. i. rustici & agrarij, qui graue bellū excitant.
- *Consensum male*. quare consensu redde.
- *Aeriscatores diuinaculos*, qui uidelicet aera undiq; eruscarent, ac corraderent. Festus, & Gellius.
- *Rebelliones pro rebellibus*. qua forma perduelliones dicebant antiqui.
- *Multis elogijs testificationibus tam in laudem quam in infamiam*. tametsi. Cicero pro simplici quadā sententię significatione acceperit.
- *Bonis patribus. tu uide ne melius partibus.*

## Ex Pescennio Nigro.

- *Inter lapidationes*, quibus Iulianus princeps à populo Ro. petitus est.
- *Ex interdicto*, formula iuris cōsultis usitata. quoniam qđ iniuria in alienam possessionē irrupit. Ci. et pro Caecina saepe huius ritus & uerbi meminit.
- *Stellaturas accipe*. i. numeras per calumniam aliquā iniectam militi, uel quid aliud tale, ut satis copiose superius monstratum est.
- *Musato*. nos hodie musaicum appellamus. utitur & hoc uerbo. D. Augustinus libris de ciuitate dei, et Pli.

- aliqua tñ differētia uerbi. unde muscarij qđ male muscarij etiam à doctis, apud iureconsult. leguntur.
- *Cauum argētū*. i. catinū nouo uerbo. nam cauus foramen est intra parietes, qbus mures latitant.
- *In Zonis*. magnam enim suspendij partē in his habebant milites. unde illud Horatij.
- *Ibit eò quò uis qui Zonam perdidit.*
- *Et inepta*. melius fortasse nec inepta, atq; ridicula.
- *Trichero*. à triplici ordie structura sic fortasse dictus nisi si citra aspirationē legas, & à corio, qđ cursus uulgo i parietibus cōstruēdis dicatur, Tricoriū deducas.

## Ex Albino Casare.

- *Cum eum successorem. tu expunges eum.*
- *Ficus passarias*, quas graeci callistrutias.
- *Milesias, fabellas lasciuas* itellige, quales Aristides oli libros milesiacos conscripisse dicitur. sed iā cātatissima oīa iter milesias punicas Apuleij. ut hinc litteratores desinant quærere, unde ille apud Apuleium milesius sit sermo.

## Ex Geta.

- *Hostiam popa nomine Antoninus*. popam ueteres uicinarium dixere. ut in Calligula illud poparū habitū sit omnino legendum.
- *Farrata*. Edulium à farre fortasse dictū. quid si ferta legas. est autem fertum libigenus in sacris adhiberi solitum. Festus author.
- *Lorica sublato clauo*. i. senatoria, ac principali ueste, unde laticlaurij senatores.

## Ex Victorino.



- A quodā actuario. quidelicet acta eius exscriberet.
- Digito salutari. hic proximus pollicis est. quo cum minus commode Augustus princeps uteretur, Cornium circulum substituisse à Tranquillo dicitur.

Ex Aureolo.

- Apud eum pontem, qui aureolus est dictus. hunc in Mediolanēsi agro adhuc pleriq; ostendunt, & ponti rolium corrupto uerbo, quasi pontem aureolum appellari contendunt.

Ex Herode.

- Sigillata tētoria uarijs signis. distincta arte plumandi.

Ex Balista.

- Dispositionem me Balistæ prosequere. expunge illud me, & statim lege in forma.

Ex Valente.

- Auunculus magnus aui & auiæ auunculus.

Ex Pisone.

- Cui se Cicero nobilitandi gratia sociauerat. Data uidelicet Tulliola in uxore Pisoni cognomēto Crassipedi. quo mortuo Dolabellæ iuncta ē. Pisonū aut familiae cognomen frugi astructum notū est à parsimonia uiuendi, & optimis eorum moribus in omni uita.

Ex Æmiliano.

- In huius uita adnotabis illud, quod de Ægypto traditur.

Ex Zenobia.

- Media etiam Coclide. compositionem & ornatum capillorum hoc nomine uidetur appellasse, ad Coclidis scalæ similitudinē. quæ paulatim per gradus occultos in Cocleæ formam constructa, nomen inde sibi

(ut opinor) peperit.

- Epitomasse. breuiarium confecisse uerbo malo.

Ex Tito.

- In Maximini Tycum legas, quæ hic Titū appellat.

- Argolicam, sed amatam. tu lege armatam.

Ex Firmo.

- ὡς τοῦ βασιλέως. idest imperatorem.

- Domum iudicium. tu iudicium repone.

- Canon. sic annua frumentatio appellabatur. quam Ægyptus & Africa & Sicilia statim P.O.R.O. penderet. Vnde ille septem annorum Canon à Seuero P.O. relictus.

- Omnes certe lymphiones cuiuscūq; artis & uidetur, erade copulam &.

- Omnes certe lymphiones nouo uerbo satagētes quosdam, ac curiosos (ut opinor) innuit. nisi si quis diuina culos, hoc uerbo malit interpretari, quos greci νομφολεῖ τῶν ἄνθρωπων autument.

- Pergulas magistrales. iam & Pli. per gulas pictorū agnoscit, & L. Fuluium Argentarium spectasse è pergula coronatum rosis. & Iuue. Cui cedere debeat omnis Pergula. erat aut locus apertus ac soli expositus saltem ex magna parte. ubi docerent grammatici aut pingerent pictores. quæ amcenitatis etiam causa parata erant Terracijs Venetis fermè ad similia.

Ex Proculo.

- Albinguani Liguria oppidū Albenga uulgo dictū.

Ex Bonoso.

- Dux rhetici militis. sic codices omnes. Quid si limitis legas? nam & in Aureliano meminit Amulij Sa-

turnini Scythici limitis, & Iulij Tryphonis orientalis limitis, & Criniti Illyriciani limitis, & Thracij. et Fulvij Boij rhetici limitis Dicitur. ut uenire in dubium non possit limitis non militis esse legendum. sed & imperator rheticum limitem agnoscit. unde & limitanei milites, qui limites tuerentur imperij. Ceterum et riparienses hac forma, seu riparioli dicti uideri possint, qui flumini ripas obseruarent. quo uerbo recentiores scriptores scaturit.

Ex Perennitate repetita.

- Tabernam Coactiliariam. Ampliaueramus rem totam super hoc uerbo. nunc ex iureconsultorum lectione certius aliquid afferimus. Coactilia namque illis numero multitudinis dici uidentur pelles, seu lora, quibus inuoluuntur alligantur uel uestimenta, quae omnia instrumenti uiatorij sunt horum autem Ulpianus de auro & argento legato in haec uerba meminit. Argumento etiam sunt nationes quaedam ueluti Sarmatarum, quae pellibus teguntur. Aristoteles etiam Coactilia uesti cedere ait & tegumenta sub selliorum huic legato cedere. quae tegumenta Florentinus de legata suppellectile cathedraria uidetur appellasse. sed & ipse Florentinus eadem parte coactiliorum uidentur meminisse, cum haec addat uerba. Sed dicendum est potius instrumenti uiatorij ea esse, sicut pelles quibus inuoluuntur uestimenta, loraque, quibus haec pelles constringi solent. a cogendo autem. id est astringendo coarctandoque coactilia dixere. unde taberna Coactiliaria. quod scitum non indignum existimari debeat.

F I N I S.

NERVA COCCEIUS EX DIONE  
GRAECO GEORGIO  
MERYLA ALEXANDRI  
NO INTERPRETE.

OST Domitiani caedem Romae  
Coccius Nerva Imperator designatur. Flagrabant adhuc odio in Domitianum ciues quare statuae omnes tum aureae, tum argenteae in illius honorem constitutae subito conflatae fuerunt. Arcus praeterea in eiusdem unius titulum, & nomen sustructi euertuntur. Ceterum. Nerva omnes, qui impietatis in deos rei fuerant, eos absolui uoluit. Exules in patriam reduxit. Serui, atque libertorum plurimi dominis, atque patronis insidias fecerant. Hos ad unum occidi imperauit. Et ne serui de cetero dominos criminarerentur, edito uetuit. Ne ueliceret aut impietatis, aut Iudaicae sectae quempiam dehinc insimulari. Multorum tamen nomina falso delata, inter quos Surras philosophus condemnatus fuit. Deinde non leui de causa, aut fortuito tumultus oritur, sed quia ex libidine quorundam multi iniuste accusarentur. Quare Fronto COS. propalam dixisse fertur, Malum esse eum imperare, sub quo nemini quippiam concessum sit, sed longe peius sub eo uiuere, sub quo maxime liccat. Quae uerba posteaquam Neruae nuntiata fuerunt, ne talia de

inceps fierent, magnopere curauit. Erat is per senectutem paulo imbecillior graui insuper morbo affectus cibum ferè euomebat, sed ne sibi statuæ ex auro, sine argento constituerentur, omnino recusauit. Per multos Domitianus, dum imperaret, bonis, atq; fortunis iniuste spoliauerat. Quibus per uim ablata restitui dūtaxat ea uoluit, quæ in aula reperta fuissent. Ad sustentandam ciuium uitam decies & quinquagies centena millianumum erogauit, & quosdam senatorij ordinis delegit, qui a gros emerēt, eosq; egenis diuiderent. Pecuniæ inops factus uestes primum, & uasa aurea, atq; argentea, pretiosam præterea suppellectilem, siue sua propria, siue publica, & regia foret, auctioni subiecit. A gros item ingentes, domos & omnia denum præter admodum necessaria uendidit. Nihil tamen segnior in iuuandis, & extollendis amicis erat. Compluribus ingentia beneficia contulit. Sed ut impendia contraheret, sacrificia non pauca, equorum cursus, atq; certamina, nec minus spectacula quædam sustulit. In curia illud iurauit, suo iussu neminem senatorum occisum iri. Quod sacramentum, quauis etiam insidijs petitus esset, inuictum seruauit. Nihil unquam de suo arbitrio statuit, sed principes uiros in consilium semper adhibebat. Leges tulit multas, cum de alijs, tū maxime ne matres castrarentur, nè fratris filiam uxorem ducere fas esset. Rufum uero Virginium, quem Romanae legiones olim Imperatorem nominauerant, minime ueritus est uel in consulatu collegam assumere. In huius etiam sepulchro illud quidam inscripsere.

- 9 Hic situs est Rufus, pulsc qui uindice quondam
  - 9 Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.
- Tanta erat illi integritatis fiducia, ut saepe iactauerit, se nihil tale fecisse, quo minus deposito imperio securius priuatam uitam ageret. Coniurauerunt in eum forte Crassus Calphurnius Crassorum nepos, hunc cum cæteris coniuratis, dum ludi ederētur, assidere iuxta se uoluit, ne sciebant coniurationem patefactam esse, his gladios obtulit, quos scilicet inspicrēt atq; pertentarent, satis ne acuti forent. Re autem uera significabat non admodum sibi curæ esse, si uel tunc eo in loco occideretur. Præfectus erat prætorij Aelianus Casperius, quam præfecturam etiam sub Domitiano gesserat. Hic tumultuantes prætorianos aduersus Neruam concitauit, hoc sane consilio, ut per speciem ulciscendæ seditiōis, quosdam eorum ceu hostes Cæsaris ad mortem posceret. Sed Nerua Casperio talia molienti adeo restitit, ut; denudato collo, iugulum confodiendum porrigeret, quamquam nihil profecit. Nam hi fere omnes quos Casperius designauerat, interfecti sunt. Quare cum ob senectam ætatē amissa reuerentia omnibus contemptui quodammodo esset, in Capitolium ascendit, atque quod felix, faustumque. S. P. Q. R. & mihi ipsi sit præfatus, Marcum Vlpium Traianum adoptauit. Moxque in curia Cæsarem designat. Ad quem imperij iura, atque insignia (præerat enim tunc Germania) hoc uersu misit.
- 9 Telis Phœbe tuis lachrymas ulciscere nostras.
- Ita Traianus adoptatus à Nerua, deinde IMPER

RAT. factus est. Ceterum in hoc bonitas Nerua, & studium in Remp. maxime apparuit. Nulla intercedebat cum adoptato cognatio, immo uero propinquos, & cognatos quamplurimos habebat. Publicæ tamen utilitati, atq; salutis societatem sanguinis postposuit. Neq; eo deterius, quod Traianus genere Hispanus, aut ex Italia oriundus non esset, quodq; ante eum peregrinus, & alienigena Romanum imperium non tenuisset, uirtutem hominis non genus, aut patriam spectari oportere existimauit. His confectis, Nerua moritur. Imperauit anno uno, & mensibus quatuor, ac diebus nouem. Vixit autem annos quinq; & sexaginta, menses decem, & dies totidem.

M. VLP I V S T R A I A N V S E O D E M  
G E O R G I O M E R V L A I N  
T E R P R E T E .

Traianus antequam imperiū adipisceretur, per quietem uidit seniore[m] quendam in tunica, & prætexta purpurea cum corona, qua specie pingi senatores solent, qui signum annulo nunc in sinistro iugulum, ac deinde in dextrum imprimeret. Vbi uero imperium assumpsit, edicta quadam ad senatum misit, atque illud in primis, nunquam suo iussu bonum uirum ociosum iri, aut ignominia notari, Id quod non solum in præsens sacramento confirmauit, sed per totum imperij tempus inuiclatum

seruauit. Mox Aelianum, & prætorianas cohortes, quæ seditionem aduersus Neruam fecerant, quasi operam ab eis posceret, ad se uocauit, confestimq; uelut importunos dimisit. Romam deinde regressus multa in emendationem publicorum negotiorum, et beneficium bonorum, quos uehementer amplexabatur, constituit. In puerorum alimenta in Italia diu taxat multa elargitus est. Ceterum Plotina uxor palatinum ascendens ex gradibus ad populum conuersa, Talis inquit huc ingredior, qualem etiam egredi opto. quæ modeste, & sancte in summa potestate ita se gessit, ut de ea nullus iure conqueri potuerit. Sed Traianus tantisper Romæ commoratus est, dum expeditionem in Dacos parauit. Quæ enim illi agerent, & molirentur, subinde reputans indigne ferebat, annua tributa his depedit, unde uires, & opes magis augeri, animiq; ad maiora erigerentur. Ergo Decebalus rex, cum arma comparari in se audiret, extinuit, quippe qui nouerat antea Domitianum non Romanum populum uictum, tunc aduersus Romanos, & Traianum imperatorem decertandum fore cui integræ, ac solidæ uires, robustum corpus, animi uigor, mores generosi, ac simplices superessent. Secundum enim & quadragessimum annum agebat. Cū primum imperare coepit, in qua ætate ita ei omnia suppetebant, ut neq; per iuuentutem quicquid stulte, ac temere aggrediretur, neq; item per senectutem læguescente corpore segnus, ac timidus à magnis rebus retardaretur. Nullus præterea in eo liuor, nulla malignitas, neminem omnino perdere studuit. Contra ue



ro bonos, & studiosos viros honoribus, & dignitate auxit. Quapropter timori, aut odio nulli erat. Delatoribus operam non dabat, ira ita moderabatur, ut nunquam ab ea vinceretur. Ab aliena pecunia, & iniustis cedibus iuxta abstinuit. Plurimum in gerendis bellis pecuniae impendebat, non minore tamen liberalitate, & impensa seignius, ac animo ornamenta pacis amplexus est. Complura, & ualde quidem necessaria aedificari curauit, ut portus, & aedes pulicas. Vias item munivit. In quibus faciendis fortunas, aut sanguinem alicuius nunquam absumpsit. Natura magnificus, & gloria appetens erat. Circum collapsum ampliore, atq; etiam elegantior rem restituit, quod ideo se fecisse inscripsit, ut populū Romanū capere posset. Amari, & obseruari, quam timeri malebat. Cum populo benignus, & mansuetus. Senatum iucunde, & honorifice appellabat. Sic dilectus, & carus ciuibus, hosti duntaxat formidolosus. uenationes praeterea, conuiuia, seria, & iocos frequenter cum amicis, & familiaribus exercebat. In quorum domos saepius uix quatuor comitantibus, et sine satellite diuertebat, & familiaris cum his recubens quiescebat. eloquentiae, & diligentis alicuius eruditionis expers fuit, munera tamen facundi, & non indocti hominis pulcherrime obibat. Nihilque omnino erat, quod optime non exercebat. Vini duntaxat appetens, & in adolescentulos pronus citra calumniam habitus est. utpote qui nunquam ex eo turpe, aut mali quicquam effecit. Nam qui uinum usq; ad satietatem biberet, sobrius tamen erat, neq; in crisi

men praegravante uino propulsus est, & in masculorum amoribus, ita sibi temperauit, ut nihil per uinum, dum uoluptati obsequitur, moliretur. belli haecenus avidus, & studiosus, ut acceptas clades emendaret. Hostes exultantes compefceret, impetusq; reprimeret, & si qui rebellassent, eos armis ad obsequium compelleret. In augenda re familiari moderatus. Militari etiam disciplinam tum seuerè, tum remisse exercebat. Quare milites, id quod saepe antea contigerat, nunquam aut contumaces aduersus imperia, aut elati, atque superbi fuere. Igitur Imperatorem iure Decebalus rex ante per ignominiam, & metum Domitiani ferocior magnopere reueritus est. Ceterum cum in Dacos exercitum Traianus duceret, antequam castris hostium appropinquaret, magnus circumferebatur à Barbaris fungus, latinis inscriptus litteris, erantq; qui talia uociferarentur, Socias gentes, & Buos praecipue monere, & hortari Traianū, ut pace composita, retro domum abiret. Nihilominus cum hoste confligit ingenti edita caede. Cum uulneribus ligamenta suis deessent, propria uesti non pepercit, quam in lacinias conscissam seruitijs partitus est, militibus, qui in ea pugna conciderant aras constitui, & annua parentalia peragi uoluit. in iugum deinde montium contendit, & iugum ex iugo captans ad Dacorum regiam euasit. Hostes ex altera parte Lucius praefectus adortus est, qui continuo terga dedere. Cecidere item in eo certamine permulti. complures capti. qua iactura percussus Decebalus confestim primo

res pileatorum legatos delegit, atq; ad Traianum misit, qui dicerent Regem ad quascunq; pacis conditiones uenturum, & quæ imperata forent, haud grauate facturum. Tunc Traianus arma, & bellica instrumenta, machinas præterea, eorumq; artifices sibi tradi postulauit. Transfugas item omnes, & qui ad Dacos profugissent, siue Romæi, siue socij fuissent, remitti mandauit, atq; ut castella, & arces deductis præsijs euerteret, omni præterea terra decederet, quam de finitimis per uim cepisset. eos deniq; amicos, & inimicos haberet, quos senatus censuisset. Quibus conditionibus, & si inuitus, assensus tñ Decebalus fuit. Mox ad Traianum deductus illum humi procumbens suppliciter adorauit. His confectis, Traianus in Italiam reuenit. Legatos Decebali, quos secum duxerat, in urbem præmisit, qui in senatum introducti depositis armis, manibusq; in seruilem morem porrectis, cum multa supplices dixissent, ratificata per Senatum pace, quam Traianus Regi dederat, arma resumpserunt, Romam. deinde Traianus ingreditur, & ex eo Dacicus appellari cepit. Tñ in theatrum gladiatores inducit. in certamen cõpositi sunt, his enim magnopere delectabatur, mimi adhuc, & saltatores inducti fuere, è quibus unum, cui Pyladæ nomen erat, præ cæteris dilexit. Sed in tanto bellorũ studio, & gloriæ cupidine, armorumq; cura, res urbanas nunquam deseruit. Civiliaq; negotia non minus intente administrabat. Siquidem studio pugnae a iure dicendo nunquam auocatus fuit. In Augusto foro nũc in porticu Linia, & sæpissime alibi pro tri,

bunali litigantes audiuit. Indiciaq; reddidit. Inter eã nuntiatur Decebalum præter conuentiones, & fœdera multa ad rebellionem spectantia parare, & facere. Quippe arma fabricare, transfugas recipere, munitiones, & castella instaurare, Vicinas gentes missis legationibus ad bellum sollicitare, his potissimũ infestus, qui secum coniuurare noluissent. Iamq; Iazygum agri partem inuaserat, quam Traianus uictor illis repetentibus minime restituere deinde uoluit. ob hæc iterum hostis à Senatu iudicatur. Bellumq; Traianus suscepit, quod tandem sine alterius ducis opera confecit. Cæterum Decebalus longe uiribus impar (nam si acie dimicare oportuisset, se facile uinci cognoscebat) ad dolos, & fraudes conuertitur, parumq; ab fuit, quin per insidias Traianum tolleret, In Mysiam delectos perfugas mittit, qui illum p speciem colloquij confoderent. Simpliciter, & ex bona fide Traianus omnia gerebat, utpote qui se facile sine metu periculi aduentibus præberet. Quare, cum sibi parum caueret, facile existimabant illum per insidias excipi posse. Sed rem mandatam peragere latrones nequiuerunt, siquidem unus eorum latrocinij suspectus per tormenta continuo consilia facinoris aperuit. Ergo cum insidiæ non processissent, Longinum, quem in prælijs haud impigrum ducem expertus fuerat, in colloquium uocat, persuadetq; ut propius accedat, quasi quæ Traianus imperaret, sine mora facturus esset. Appropinquantem comprehendit iussit, atque propalam quæ forent Traiani consilia, exquiri iussit. Mox nihil omnino fatente in libera custodia te-

nuit. Interea Traianum per litteras monet, se non aliter Longinum è uinculis emissurum, nisi sibi ignosceret, pacemq; reconciliaret. Ad hæc Traianus media quædam respondit, ostenditq; se non tantum facere Longini salutem, ut belli, & pacis momenta in eo ponerentur. Decebalus, & si iratus, animum tamen aliquantulum compressit. neq; ad cædem Longini statim prorupit. Verum Longinus, cum se obseruari uideret, & sæpius quidnam rerum ageret exquisiri, ebibito ueneno, cuius tunc copia supererat, seipsum interemit. Per ea tempora Traianus lapideum pontem in Istro fecit, opus sanè mirandum, & maxime memorabile, cui cætera illius opera uix adæquare possis. XX stant ex quadrato lapide pilæ, quarum altitudo C. & L. pedum præter fundamenta habetur, Latitudo LX pedes continet, distant inter se C. LXX. pedibus. Fornicibus uero coniunguntur, impensa profecto ingens & uix credibilis. Sed illud mirari conuenit, quam ratione, & quibus uiribus, quò ue artificio in illa gurgitum altitudine tamq; præcipiti fluuio tum singulæ columnæ extrui ualuerint, tantarumq; molium fundamenta stabiliri, sed & uada limosa erant, neq; amnis alio auerti poterat. Quanta uero altitudo sit aquæ, & quam late pateat amnis, haud equidem enarrauerim. diffunditur per ea loca spatiosus, atque interim imbrium mole concitatus ripas longius summouet, alibi uero duplo, atq; interim triplo priore sui parte maior aut restagnat, aut defluit, qua uero arctatur uorticofus & ferox ædificia, & pontes non patitur, & rursus

liberatus angustijs in pelagi formam totus exspatiatur, iterumq; coit, quasi retentus profundior, & rapidus fertur. arduum igitur, & maxime laboriosum fuit in ea fluminis parte pontem ædificare. ex hoc sane ingens Traiani animus arguitur, atq; adeo magis, quod nullum comæandi usum pons præbebat. Pilæ etiã extant, ceu in ostentationem potentia, & Cæsaris opum fabricatæ, simul etiã ut posteris testatum maneret, nihil esse, quod hominum manu, & opibus Romani Imperij effici nõ posset. Ponte Danubium ideo Traianus coniungere uoluit, ut expeditius uel cõglaciato amne copiæ traduci possent, quoties Romani, qui trans Danubiũ agerent, à Barbaris bello, & armis uexarentur. Ergo uel a stricto frigore fluuio, cū res deposceret, comæare licebat. Cæteræ contraria ratio Adrianũ mouit. Siquidẽ is ueritus ne pulso Romano præsidio, aut oppressis legionibus, fera, & indomitæ gentes factõ aditu ea loca inuaderent, quæ cis Danubium sunt, Mysiamq; subinde popularentur, structuras, & fornices quantæ sup aquã eminebant, demoliri iussit. Traianus uero pöte Istrũ transgressus bellũ magis pro fiducia uirum q; pro studio, aut industria gerens illic commoratus, Dacos tandem subegit, atq; in debellando hoste multa egregij ducis, & fortis uiri opera edidit. Complures militum pericula intrepidi adiere. pugnando, alij multa fortiter fecerunt. Forte eques accepto uulnere de pignæ ductus, ut scilicet adhibitis remedijs sanari posset, desperata salute, proinus de tabernaculo exiit, non dum enim uis mali uitalia occupauerat, in



VLPIVS

acie constitutus magna tumia etando, tum etiam faci-  
ciendo animam efflauit. At Decebalus, cum capta  
Regia vicina omnis regio in potestatem Romani po-  
puli uenisset, usq; ad captiuitatem periclitatus mor-  
tem sibi consciuit. Cuius caput deinde Romam dela-  
tum fuit. Ita Dacia iuris, et Ditionis Romanae facta  
est, quam mox Traianus in prouinciam redegit, ur-  
bes condidit, et colonos deduxit. Regios uero thesau-  
ros, quos Decebalus subteruada Sargetiae amnis  
haud procul à Regia occultauerat, inuenit. Flauium  
forterex captiuorum duntaxat manibus, et opera de  
proprio cursu auerterat, atq; effossis subinde uadis,  
in specu magnam uim auri, et argenti occuluit, pre-  
tiosissima quaeq; et eos liquores, qui recondi, et ser-  
uari poterant, eodem congerens. Quibus confectis, ne  
quispiam quae gessisset, proloqui posset, omnes, qui  
facti conscij erant, occidi iussit. At Biculis captiuus,  
cui res cognita erat, abditos thesauros indicauit, per  
idem tempus Palmas Syriae praefectus eam Arabiae  
partem, quae ad petram uergit, edonuit. Traianum  
Romam repetentem plurimae Barbarorum gentium  
legationes, atq; etiam Indorum legati adiere, specta-  
cula magnifica per C et XX dies Romae edidit, Iu-  
gulata sunt aliquando mille, interim decem millia  
bestiarum, partim ferae, partim mansuetae, et innum-  
merabiles gladiatores decertarunt. Per eadem teni-  
poram in pontinis paludibus uia saxo constrata est, se-  
cundum quam domus aedificatae sunt, pontes praeter  
rea magnifice structi. Improbi, atq; adulterini numi  
conflati sunt. Suræ Licinio, qui tunc decesserat, et se

TRAIANVS

pulchrum fieri, et statuam dari de publico mandauit.  
eo diuitiarum, atq; potentiae Suras processerat,  
ut gymnasium Ro. Po. suis impensis struxerit. Incre-  
dibilis fides, et suprema amicitia inter utrumq; in-  
tercesserat. Forte insidiarum aduersus imperatorem  
Suras accusabatur, amuli subinde instare, reumq; ur-  
gere. Tunc Traianus uel inuocatus in domum illius  
cenaturus accessit. Dimissisq; stipatoribus, atque  
satellitibus medico Suræ oculos inspiciendos, deniq;  
acceso illius tonsore mentum radendum commisit.  
Utrumq; enim ex uetere instituto, tum Romani ciues,  
tum ceteri imperatores praeter unum Adrianum fa-  
cere soliti erant. Hic primus Caesarum barbam nur-  
trire coepit. Post haec Traianus lotus accubuit, atque  
postridie ad eos conuersus, qui Suram insinuare non  
cessabant, ecquid, inquit, si uim mihi parabat Suras  
ut dicitis, cur heri me non occidit? Per multa sanè Trai-  
ianus et fecit, et tentauit periclitandi hominis gra-  
tia. et quamuis saepius illum quidam accusarent,  
nunquam tamen induci potuit, ut quicquam ab eo  
inueniret. Quinetiam cum tribunatum militum ei  
traderet, paræonium, quo pro dignitate accingenda  
erat, nudum ei porrexit, At talem inquit, enseni  
accipe, quem pro me ita demum strinxeris, si iuste im-  
perauero. Quod si perperam quicquam per me fieri  
cognoueris, eo in perniciem meam utaris uelim.  
Statuas etiam et imagines Sossio, Palmaeq; et Cel-  
so constituit, quos uiros praeceteris coluit, et summo  
in honore habuit, et si qui aduersus coniuressent, eos  
cognitione senatui delegata puniri uoluit. Inter reos



& Crassus nominatus erat. Bibliothecas extruxit, & in foro in gentem columnam statuit, siue ut ea pro se pulchro esset, siue in ostentationem eius operis, quod ille circa forū egit. Clivus surgebat, quem effossa quoquo uersus terra ita complanauit, ut undiq; columna cōspicretur. Forumq; deinde in aræ modum æquatū mansit. Post hæc Armenijs, atq; Parthis bellum inferre statuit, hunc prætextum bellifaciēs, quod Armeniorum rex diadema, & cætera regni insignia, atq; iura non ab se, sed à Parthorum rege uelut illi obnoxius sumpsisset. Re autem uera cupidine magis gloriæ impulsus est, nãq; simulac Parthorum & Armeniorum fines ingressus est, regionis satrapæ, ipsiq; mox reges cum numeribus ei occurrerunt, equumq; duxere ita edoctum, ut regi adoraret. Nã pedes anteriores in morem supplicantis flectebat, caputq; pedibus eius, qui proximus esset, subiiciebat. Traianus, cum fere uicina omnia sine armis, & certamine subegisset, in Satala, & Elegiã (Armenia sunt oppida) protinus transiit. Heniochorum regem profectus honore est, Parthamasirem, qui in Armenijs regnabat, grauitè multauit. Ita omni potitus Armenia reges, qui sponte deditiōem fecissent, aut in fidem uenissent, hos ut amicos benigne habuit, qui uero contumaces obsequium abnuissent, parereq; recusassent, eos omnes paruo negotio subegit. Tum in honorem eius multa senatus decreuit, atq; illud in primis, ut OPT. appellaretur. pedibus fere ingrediebatur, cum milites per omne iter instructi, & parati erant, ordines nunquã eodem modo ductare, atq; in

ferim aliter q̄ suetus esset instruere. Quoties flumina transeunda haberet, ipse auidus pedibus sicut mæles traiciebat. Rumores de hoste falsos plerūq; dissipabat etiam aduersus ea, quæ speculatores exposuissent. Ita milites, quæ imperasset, diligentius exequébatur, & ad oia belli momenta parati, & intrepidi erant. Nisibi & Ecbatanis mox potitus parthicus appellatur. Nihil tamen eum magis q̄ cognomen Opt. inuit, utpote moribus, & mansuetudini eius maxime cōueniens. Nã reliqua bellis, & armis facilius attribuas. Dum uero Antiochiæ Traianus ageret, atrox, & funestus motus terræ accidit uicinis urbibus, atq; populis cladē ēt afferens, q̄q; ipsa Antiochia insigni & publica strage uastata fuit. Hyemabat in ea forte Traianus, atq; illuc milites frequenter, & priuati cōplures cōuenerant. Alij præterea ut iura acciperēt quosdã legationis officin, merces, & priuata cōpendia traxerant, q̄ plurimi uisendi Imperatoris, & spectandorum ludorū gratia cōfluxerāt. Ita uix ulla natio, aut ciuitas à detrimento, & clade immunis extitit, ut plane uniuersos terrarum orbis, & populi, qui Romano parebāt imperio, calamitatem i gētem accepint. Motum terre fulmina primum antecesserunt. Tum uenti insoliti, atq; pegrini uehementius spirauere, quibus monstis, atq; prodigijs, & si grauia, & horrenda uidebantur, nemo tamen, quæ mala secuta sunt, extimuit. Tū magno, & repētino oborto fragore maria feruescere, fluctus intumescere. adhuc æstus uehementius, & uiolentius insurgere. Terra omnis succuti, domus ædificia contrario ictu quassari. Dissi

lire alia & superne assultantia tecta concidere, crepitus audiebatur ingens, & horribilis. Mœnia contrario pulsu modo huc, modo illuc nutantia confringi, & ruere. Mare ipsum turbine contorquebatur, terra autem, ubi ædificia non erant, maximo compulsamotum assultabat. Tetra omnia erant, simul contrita ligna. Collisa uasa fictilia, & saxa acervatim magno cum stridore proruebant. Pulvis densus, atq; concretus excitari, tantaq; obducta caligo cuncta oppresserat, ut alterum uidere, alloqui, & audire minime cuiquam, immo ne spirare, quidem ingruente uento, ac puluere liceret. Multi mortales extra domos uitæ periculum adiere. Præcipites tectis erumpebāt, & uelut agmine fugientes in acervos cogebantur. Qui omnes ceu à præcipiti loco deiecti elisi sunt, non pauci adhuc mutilato corpore abiere. Arbores radicibus conuulsæ procubuerunt. Ingentem turbam prostrata tecta, & subuersi muri obruere. primo impetu densi alius super alium incidētes extinguiebantur. Siqui uero lacero corpore, aut lapide, uel ligno conuerberati cessissent, hi profecto omnium miserrimi erant, utpote quibus aut uiuere, aut subito mori negaretur. Non simplex fuit clades. siquidem de tãto mortalium numero uix sine noxa unus, & alter euasit. Videre erat hunc con fracto humero, illum amissis brachijs fugere. Complures capite adempto iacebāt, quidam eliso pectore sanguinem euomebant. Inter quos Pedito COS. qui tamen haud ita multo post animam emisit. atq; ut semel omnia cōplectar, nullum non calamitatis, & miseriæ genus mortales illi sustinere.

nuere, sed diutius noctu, & interdum id agente fato terra contremuit. Tunc uitæ dubij, & pauore consternati miseri tanto malo remedium, aut effugium inuenire non poterant. oblati tectorum casu passim moriebantur. & quâquam fornices, & concamerata, atq; uacua loca, prout casus adegerat, tum peristylia, pensilesq; horti intercedente ligno à morte quosdam seruassent, hi tamen omnes durante motu, fame, & inedia prius, quàm opem quisquam ferre posset, confecti fuere. Desinente tremore quidam ruinas ascenderunt, tunc mulieris uox, & infantis uagitus auditus est. Matrem, & filium ruinae oppresserant. Mirandūq; fuit, quo pacto alēdo puero lac sufficere potuerit. Sed Mater, & filius terra incolumes educti sunt. Dum uero accuratius prostrata cadauera, & collapsas domos rimarentur, alter infans inuentus est, qui matris mortuæ ubera adhuc sugeret. omnibus autem, qui ab excidio, & clade supersuerunt, salus ingrata, & uita molesta exitit, cum luctuosum urbis casum, totq; obrutos mortales cernerent. Hac communi, & miseranda populorum strage miserrima, & infelicissima, tunc Antiochia afflictata fuit. Traianus uero à tam fœdo, diroq; periculo per fenestram domus, quam inhabitabat, uix ablatu est. accedens enim forte quidam humana maior effigie illum inter exiguos tectorem lapsus incolumem subtraxit. sed tanta deinceps Cæsarem formido tenuit, ut cum iam aliquot dies tremor quieuisset, in hippodromo sub diuo, & in publicis tabernaculis uitam ageret. Mons item Casius ita concussus est, ut nutante cacumine quasi conuulsus in

subiectas urbes labi existimaretur. subsedere & alij montes. quin etiam aquarum fontes nō ante uisi emicuerunt. Fluij quoq; defecerunt. Ceterum Traianus appetente iam uere hostilem terram aggreditur, sed regio, quae Euphratem attingit, neq; ligna, neq; ceteram materiam fabricandis idoneam nauibus ferebat. Quare nauigia in nemore circa Nisibim aedificata plaustris imposita in fluium transportari iussit. Sic enim compacta erant, ut soluta denuo coniungi possent. Ergo cum iuxta Cardynon montē fluium difficulter ponte iunxisset, Barbari continuo occurere, totisq; uiribus transitu prohibere conati sunt. Sed Traiano naues, & milites supererant. Tunc alias subito conuehi, & contabulari iussit, antecedebant aliae sagittarijs oppletae, quas ita remis inhibebat, ne statim in aduersam ripam procurrerent. Sed uagantes modo hanc, modo illam riparum partem petere simulabant. Perculsi, & quodammodo attoniti Barbari, unde tanta nauium uis ex ea terra, quae arbores non ferret, coiuisset, ripa fluminis continuo cessere, ita superato amne Romani uniuersam Adiabenorū gentem subigunt, Arbela, deinde Gaugamela Traianus cepit, in quorum campis olim Alexander debellauit Darium (oppida sunt haec Assyriae, quam Barbari litera S in T mutata Attyriam uocant). Post Babylonem uersus ire pergit, cui admodum pauci per uastam solitudinem occurrere. Iam pridē enim Parthorum uires, & opes ciuilibus armis, tum etiam nouo, & domestico dissidio attritae erant. Lacum bituminis ex itinere Traianus spectare, & uisere uoluit,

ex quo muri Babylonis aedificati fuere, cuius ea uis est, ut lateribus, aut exiguis lapidibus interlitum, saxo, aut quouis ferro muros solidiores, & firmiores faciat. os praeterea antri, ex quo grauis, & pestilēs halitus redditur, inuisit, quem neq; terrestria animalia, nec caeli uolucres pati possunt. Namq; si supra deuolauerint, siue propius oberrauerint, olfactu ipso statim exanimis concidunt. quare incultus locus, & a se ipso circumscriptus, ac desertus manet. Similem speciem aliquando Hierapoli, quae ciuitas est Asiae, uidi. Eadem pestiferi spiritus uis in auibus cognita fuit, atq; desuper incubui, ut quicquid infra esset, despicerem. Cisterna undique circumspecta stat, quam super theatrum constructum est, spirat aura omnibus animalibus noxia. Intereuntque cuncta protinus, quae halitum, olfactumue hauerint. Hi dumtaxat impune pestifera alioquin spiramenta hauriunt, quibus genitalia excisa sunt. causa facti incomperta mihi adhuc est, quanquam diligentissime perscrutatus de ea fuerim. Id autem scribo, & trado quod uidi, & quae audiui. Traianus interea fossam perducere aggressus est, per quam Euphratem in Tigridem deriuaret, simul etiam ut nauigia faciendo ponti deueheret. Sed ubi Euphratis aluuium Tigridi multo excelsiorem esse comperit, ab incepto destitit, ueritus uidelicet, ne Euphrates conuerso in decliniorē partem fluxu extenuaretur. Satis igitur duxit plaustris impositas naues per id terrae, quae exigua interiacebat in Tigridem transmittere, pontem itaq; fecit, qua Euphrates in paludes emissus Tigridi misceretur. Protinusq;



Ctesiphōta inuadit, quam mox recepit. Imperatoris tunc Parthici cognomen, quod ante ei tributum fuerat, confirmavit senatus. præterea dies festos supplicationes, & triumphos, prout illi agere libuisset, decreuit, recepta Ctesiphonte, rubrum dehinc mare nauigare instituit, sinus hic ex oceano indico in Arabiam profunditur, quem Erythreum mare ab Erythreo rege, qui illud tenuit, posteri appellauere. Tigris insulam facit, in qua per ea tempora regnabat Athabylus, eam igitur sine certamine Traianus in potestate redegit. in his tamen locis, tum hyemis, & fluij rapido cursu, tum æstu maris periclitatus est. Agger erat, & uallum, quod Spasinum incolæ uocant, à quibus, & si Athabilo parerent, benigne, & pacatis animis Traianus susceptus fuit. Inde ad oceanum usque progressus cognita maris natura, nauesq; conspiciat, utinam inquit inuenis essem, & uires atque robur suppeterent, profecto enim in fines Indorum penetrarem. tunc de India multa cognouit, deq; gentis uictu, atque uestitu paulo curiosius sciscitatus est. Alexandrum felicem duxit. iactabat subinde se ultra, quam ille penetrasset, progressurum, id quod senatui per epistolam significauit. Subiungens ægre posse eas gentes, quas deuicisset, in fide, & officio continere, aut à ui, & iniuria defendere, quanquam non cessaret quotidie orientis populos armis agitare, & debellare. Nomina præterea uictarum à se gentium senatui nuntiavit, quarum numerus tantus erat, ut uix recenseri, aut nominari possent. Triumphalis tunc arcus præter alia multa, quæ in honorem eius & de

creta, & facta fuerant, in illius foro sustructus est. Iamq; ita ciues se ornabant, ut illi in patriam reuerenti læti, & plaudentes occurrerent. Sed languescēte corpore, deficientibusq; uiribus neq; Romam redire, neq; quicquam superiore uita, & rebus ante gestis dignū efficere ualuit. Immo uero præ tædio bellorum, & magnitudine curarum coactus aliqua ex parte gentes, quas subegisset, liberarum facere. Nam dū & oceanum nauigat, indeq; reme at, populi fere omnes, qui ad deditonem compulsi fuerant, facile desciuere. Romana enim præsidia, quæ fines tuebantur, et quorum metu, uel inuiti in officio perseverabant, partim eiecere, partim interfecere. Hæc Traianus, cum adhuc per Oceanum nauigaret, cognouit. Transiuerat eo rerum & locorum fama, & si nihil, quod opinioni, aut sermoni responderet, inuenerit, præter aggeres, atq; runias, ex quibus scriptores fabulosa multa commentifuerant. Alexandro autem, cuius annulatione rubrum mare, & Oceanum nauigauerat, in ea domo parentauit, in qua expirasse ferebatur. Cæterum audita populorum rebellionem. Maximum, & Lucium in eos populos cum exercitu misit, qui deserant, sed alter acie uictus occubuit. Lucius uero, cū multa prospere gessisset, acceptaq; damna emendasset, Nisibim recepit, Edessam obsidione, & ui captā diripuit, igniq; funditus absumpsit, Duo legati inter ea Erutius clarus, & Iulius Alexander Selenciam expugnant, atq; uicina urbi concremarunt. Interea Traianus nouarum rerum anxius Parthis, qui iam ad defectionem spectantes imperia detrahebant, regem



dare constituit, propiusq; Ctesiphonta profectus, impatientes campos Romanos simul & Parthos in concionem uocat. atq; ex suggestu multa praefatus superijs, quae egisset, Parthenaspatem regem Partis diademate imposito designat. Mox Arabiam petijt, Agarenosq; rebellantes adortus est. erat illorū ciuitas parua, neque admodum copiosa, uicina omnis regio sterilis, & deserta propter aquae penuriam manebat, & siquid liquoris ex ea terra scatet, minime potui gratus habetur. Pabuli indiga, ligna non fert. quare eam multitudine militum obsideri, aut expugnari, non facile erat. defendebatur etiam ardore solis, cui exposita est. ergo neque Traianus in praesens, neque postea Seuerus Agarenos expugnare potuerunt miri parte maxima subruta. Quinetiam equites Traiani iussu semel murum subeuntes, graui detrimento affecti in castra continuo rediere. Ipse etiam Traianus urbi sine regio ornatu oberrans, ut hostem falleret, uulneratus penes fuit. Generosa canities, & oris maiestas principem prodidit, & quis foret in ementito habitu facile ostendebat. In eum igitur, quem regem suspicati erant, sagittas frequentes coniecere, quarum tanta fuit uis, ut qui pone Caesarem sequebatur transfixus fuerit. Prodigia inibi multa facta sunt, tonitrua, atque fulgetra. arcus ingens in caelo uisus. Tempestas, & grandines immensa. praeterea (quod monstro simile existimatum est) quoties Romanus, cum hoste manus confereret, ictu fulminis auertebatur. Orta subito muscarum uis edulij, & poculis insidens foedo contactu cuncta Romano gra

uia, & molesta faciebat. Digrediens itaque inde Traianus morbo primum tentatur. per quod sanè tempus Iudaei, qui circa Cyrenem incolebant, Andrea duce constituto, Romanos, & Graecos sine discrimine statim obruncant. Nec caede contenti, humanis carnibus uesci coepere. horum intestinis stillante adhuc sanguine cincti, tum pellibus uelati multos per medium usq; ad uerticem dissecuere. Plures bestijs dilaniandos obiecere, alios inter se digladiari coegere, ut ducenta, & amplius hominum millia eo furore, & armis Iudaeorum interierint. Ingens item caedes ab eisdem in Aegypto patrata fuit, nec minore clade Cyprij affecti fuere, siquidem in ea insula duce Artemione conspirantes Iudaei circiter ducenta & quadraginta capitum millia trucidarunt. Qua facti atrocitate Iudaeus de caetero legibus, et poenis Cyprum attingere prohibetur. Si uel ui tempestatis, uel per errorem illuc delatus fuerit, ceu capite damnatus, statim morte mulctatur. Sed in multa clades nō mansit. nam Traianus misso cum exercitu Lusio, tum antecedentibus alijs ducibus Iudaeos, qui per uniuersum ferè terrarum orbem tantum caedis ediderant, profligauit. Inter haec expeditionem in Mesopotamiam parabat, à qua ingrauescente morbo deterritus est. Quare Publico Aelio Adriano in Syria cum legionibus relicto, ipse in Italiam nauigare cepit frustra. multa tunc Romani tentauerunt, dum Armenia, & Mesopotamia, necnon Parthorum imperio potiri student, pericula quoque in irritum cessere. Nam Parthi repudiato Parthe

nas pate, quem indignum regno existimabant, ipsi res suas prisco gentis instituto administrare coeperunt. Sed Traianum grauior morbus oppressit, uenenum sibi datum suspicatus est. Aiebant quidam compresso sanguine, qui statis diebus per inferiorem partem profluere solitus erat, contractam aegritudinem fuisse. strepore ita membra resoluta sunt, ut pars corporis defecta sensu, aliquando manserit. Mox intercute aqua repletus apud Selinuntem Ciliciae urbem, quae deinde Traianopolis cognominata est, defertur, ibique statim extinctus est, cum imperasset annos undeuiginti, menses sex, & dies quindecim.

ADRIANVS EX DIONE GRAECO  
GEORGIO MERVLA IN  
TERPRETE.

Adrianum nunquam uiuens Traianus adoptauit. popularis illi erat, educatus sub eo, affinis deinde. nam illi nupsit sororis Traiani filia, quae per omnem uitam cum eo uixit. legatus Syriae belli parthici tempore praepositus fuit. neque ullam egregiam dignitatem ab eo accepit, sed nec COS. nisi sero fuit, Caesarem autem, & imperatorem eum cum Traianus sine liberis e uita excessisset, Adrianus municeps eius & Caesaris procurator factione Plotinae, quae illius amore flagrabat, cum uicinus esset, & potens declarauit. Caterum pater meus Aponianus. qui tunc Ciliciae praerat, de illo pleraque comperit

ta mihi narrabat, quo ordine, & consilio quaeque facta erant, & illud in primis mortem Traiani aliquot dies ideo occultam fuisse, ut adoptio procederet. Quae res deinde ex litteris eius ad senatum patuit. Nam epistolis non ipse, sed Plotina subscripsit. id quod in nullo ante alio fecerat. Erat Adrianus, quando imperator declaratus fuit, Antiochia, quae metropolis est Syriae. pridie quam designaretur, somnium tale uidit. Ignis de caelo nitenti, & puro aere in humerum sinistrum incidit, deinde in dextrum transiit, illumque exterruit, nec laesit. Scripsit autem ad senatum Adrianus rogans imperium sibi ab eo confirmari abnuens illud in primis, ut quicquam sibi aut tunc, aut alio tempore, ut consuetum erat, tituli, & honoris decerneretur, nisi quod ipse rogasset. Traiani autem ossa in illius columna condidit. Celebrata fuere per multos annos publica spectacula, quae Parthica nominata sunt, quae tamen, sicut & pleraque alia, exoleuerunt. Caterum adrianus, quanquam humane, & moderate imperasset, tamen propter caedes optimorum quorundam, quos in principio imperij, & ante quam uita decederet, interfici curauerat, multum calumniae etiam infamiae subiuit. quapropter minimo minus in deos relatus non fuit. Imperium adeptus, continuo occidi uoluit Palmam, Celsum, Nigrinum, & Lusium, partim quia in uenatione insidias illi struxisse dicebantur, partim alio crimine insinulati, quod scilicet plurimum potentia, opibus item, atque gloria pollerent. quos tamen neque in dicta causa damnauit, nec aegre tulit, quod hi causam dicerent, immo atrociter

## ADRIANVS

nium, & defensionem eorum suscepit, quimetiam iuravit suo iussu occisos non esse. Sub finem uitæ suæ re perempti Severianus & Fuscus nepos fuit autem Adrianus genere Afer Adriani filius suapte natura disciplinis deditus, & studiorum amator. In utraq; lingua impense eruditus. Nam quaedam soluta oratione, & item poemata uaria reliquit, ambitiosus supra modum utpote qui cetera omnia etiam minima tractauerit, nam pinxit uenustissime, atq; etiam effigies è cera & creta formauit. Iactabat præterea se nihil eorum ignorare, quæ aut in pace, aut in bello siue ad regem, siue ad priuatum pertinerent. Inuidabat autem magis quam æmulabatur. quare quosdam celebres, & excellentes artifices, quos æquare non poterat, alios & quidem frequentes subuertit, alios ceu studiorum & artium æmulos interfecit, quæpe cupiens omnes in quacunq; arte, & disciplina superare. Quapropter Phauorinum Gallum genere & Dionysium Milesium sophistas tunc egregios tollere tentauit, ut scilicet eorum sectatores, atq; inuicem certantes perderet. Nam Dionysius aduersus Heliodorum, quem ille supreme amabat, & epistolarum magistrum fecerat, talia dixisse fertur. Potest Cæsar pecunias, & honorem tribuere, Rhetorem facere non potest. Phauorinus uero, cum apud eum de immunitate, quæ in patria sua obtinere cupiebat, causam acturus esset, suspicans ne aut inferior in iudicio esset, atq; etiam contumelia afficeretur, cum ad tribunal uenisset, nihil aliud dixit, nisi quod per noctem Magister eius in quiete astans mandauit ei, ut pro patria

## CAESAR

operaretur, atq; depræcaretur, quando in ea genitus foret. Vtrique quauis iratus grauiter, Adrianus percipit. quando illorum mortis nulla honesta causa uideretur. Sed Apollodorum architectum, qui Traiani forum Metodæum, & gymnasium illo iubente Romæ fabricauerat, primum urbe expulit, postea interfecit quasi criminis reum. Re autem uera, quod dum olim cum eo Traianus de operibus communicaret, Adrianus rei nescius quaedam etiam non uocatus locutus est. Cui architectus abi obsecro, & cucurbitas depinge. Nihil enim horum recte nosti. Forte tunc ille huiusmodi quadam pictura commēdabatur. Adrianus uero imperium a deptus iniuriæ recordatus est, atq; licentiam huius non tulit. Si quidem descriptionem, & formam templi Veneris, quod Romæ fabricabant, ad eum misit, quippe significans sine illius opera & ministerio etiam ingentia ædificia extrui posse. Quærebat itaq; an ædificium illud recte, & commode se haberet. Rescripsit de templo, sublimè illud, & concauum fieri oportere, ut ex loco superiori in sacram usq; uiam insignior prospectus esset, & magis conspicuus. concauum ad excipiendas ludorum machinas, quæ in eo latenter compingi, & item ex occulto in theatrum duci possent. quantum ad simulachra pertineret dixit maiora facta fuisse quam ratio altitudinis, & magnitudinis postularet. Nam si surgentia spectacula, & pugnata cfferre uoluerint, illud nullo pacto effici poterit humilitate loci. Hæc palam cum rescripsisset, iratus est Cæsar, & supra modum doluit. uidebat sanè se id admisit



## ADRIANVS

se, quod nullo pacto corrigi posset. quare iræ & doloris impatiens eum tolli iussit. Talis, & ad hunc modum erat Adrianus. Idem Homeri poemata abolere cogitabat, & pro eo Antimachum in scholis legendum inducere, cuius nomen multi adhuc ignorauerant. Erant insuper ei hæc vitia, hoc est qui nimis diligenter, & curiose quæ expediret, omnia exquireret quod item uarius foret, & prudens, nimisque omnia leniebat, atque eleuabat alia diligentia, prouidentia, magnificentia, & dexteritate quadam, nam nullum ipse bellum mouit, & si quod motum erat, illud composuit. nulli iniuste pecunias abstulit. multis multa elargiens publice, & priuatim, senati. & equestri ordini. alios auxit pecunia, honoribus alios, & dignitate honestauit. neque patiebatur à se quicquam peti, sed pro necessitate cuiusque omnia faciebat. Disciplinam militarem diligenter exercuit, ita ut qui uiribus polleret, neque contumax esset, neque etiã iniurias inferret. Ciuitates socias, atque tributarias, & subditos mirifice iuuat. multas earum inuisit, & quas nullus ante se imperatorum uiderat, atque omnibus aliqd opis & auxiliij (ut ita dixerim) tulit. Romanum populũ acerbe magis quàm indulgenter tractauit. Nam, cum olim quadam per uim, & superbe in ludo armorum peterent, nihil eis distribuit, Immo uero iussit illud Domitiani pronuntiarı. Silere, quod uerbum minime prolatum est. nam præco manum continuo sustulit. Ita eo signo, quod fieri solet, eos quiescere fecit, atque tacere. quare inquit, non opus est, ut ex præcepto sileant qui iam tacere. Hoc enim uult princeps, neque tamẽ

Silere

## CAESAR

15

ideo iratus est præconi. immo uero maiore in honore habuit, propterea quod grauitatem mandati nõ exposuisset. patiebatur talia huiusmodi, neque ægre ferebat admoneri, & corrigi uel ab humili persona, siquid præter sententiam & etiam subito, ac fortuito inuaretur. Transcuntem quondam mulier rogauit, ut se audiret, cui cum ille respondisset, otium mihi non est, Illa deinde clamans ait, nolite ergo imperare. tum conuersus eam audiuit. Nihil non consulto senatu faciebat. ius assidue dicebat cum primoribus ciuium, aliquando in palatio, nonnunquam in prandio, interdum & siquidem sæpius ex tribunali, ut quæ fierent, publicarentur. Assistebat interdum COSS. quoties hi iudicarent. In circensibus ludis eos apprime honorabat. Domumque à Circo plerumque reducebat. Gestabatur in lectica ne quispiam comitum illi molestus esset, in diebus neque festis, neque publicis domi manebat. Neminem ne quidem salutantem ne assiduo labore fatigaretur, recipiebat, nisi necessarias fuisset. Semper circa se & Romæ & extra urbem optimates habuit, quos etiam in conuiujs adhibebat. Quapropter quartus sæpe aderat. Venabatur quoties contingebat prandebatque sine uino, deinde cum principibus & optimis uiris cœnabat. & semper erat cœnatio omnifariam sermonibus referta. Infirmos amicos uisitabat, & quoties dies festos illi agerent, cum eis simul ueniebat, & eorum agris, ac domibus suauiter utebatur. Vnde & multorum fato functis, & alijs dum uiuerent, statuas in foro posuit. Neque tamen familiarium iniuriam alicui intulit. Neque quicquam uendi-



ADRIANVS

tum, neque ex ijs, quæ dicebat neq; faciebat qualia olim Cæsaris liberti, & qui cum imperatoribus uir-  
tutabant, facere soliti erant. Et hæc quidem obiter, &  
in summa de moribus eius exposui. Nunc quæ gene-  
ratim fecerit, quatenus eorum meminisse licet, per-  
curram. Romam ubi uenit, continuo per edictum cõ-  
donauit omnia debita. siue ea pertinerent Regi, siue  
ad ærarium. decennium præscripsit, à quo tempore  
debere quisquam desineret, nec postea debiturus eẽt.  
Per natales dies spectacula gratis populo diuidebat,  
ferasq; multas confodi iussit, ut semel leones centum  
& totidem leonæ conciderent, dona per tesserulas se-  
paratim uiris, & separatim mulieribus in Theatro  
& in Circo dedit, Item uiros discretos à fœminis lau-  
uari uoluit. Eodem, quo hæc gesta sunt, anno Euphra-  
tes philosophus uoluntaria morte excessit e uita. ueni-  
am dederat ei Adrianus citra ignominiam, & infamiam,  
ut cicutam, tum propter senectutem, tum eti-  
am propter grauem morbum bibere posset. Cæterum  
Adrianus aliam ex alia prouinciam percurrẽs  
regiones, & urbes perlustrabat, & in primis arces  
omnes, ubique contemplatus considerabat. quarum  
alias in loca magis opportuna transtulit, alias peni-  
tus subuertit. omniaque illa simpliciter non dico quo  
pacto generalia, & communia in exercitibus se ha-  
berent, sed arma, machinas, fossas, uallum, & mœ-  
na, alia priuatim uniuscuiusq; & eorum, qui in or-  
dine militabant, & eos ducebant, uitas, statua hy-  
berna ipse intueri, & exquirere uoluit, multa per li-  
cẽtiam in solutiorem morem lapsa, & quæ fabricata

CAESAR

16

fuerant, correxit, & emendauit, alia destruxit & ste-  
tulit. Milites uero exercebat ad omnem speciem pu-  
gnæ, hos honore affecit, illos officij admonebat, om-  
nes pariter ea docebat facere, quæ par erat, atq; ut eti-  
am eius exemplo meliores, & duriores redderentur,  
duro, & aspero uictu utebatur. Nam siue pedibus  
iret, siue equitaret, nunquam uehiculum, aut qua-  
drigas ascendit calor, & frigoris iuxta patiens. q̄p-  
pe qui etiam alpinas, & gallicas niues, & Aegypti  
ardores capite intecto pertulerit, atque, ut omnia bre-  
uiter complectar, sic opere & præceptis per totum  
Imperij tempus milites omnes & exercuit, & ex-  
emplo instituit, ut usq; in hodiernum diem, quæ ab  
eo facta fuerunt, ea pro lege, & militari instituto ha-  
beantur. per belli tempus plurimum in peregrina  
terra commorabatur. Et externi apparatus eius in-  
tuentes inuiolati etiam pecunijs acceptis nihil nouar-  
um rerum moliti fuerunt. Sed adeo peritos, & labo-  
rum patientes habebat exercitus, ut olim equites,  
qui uocantur Bastai, Danubium armati transnatauer-  
int. Quæ omnia obstupescit hostes in seipsos conuer-  
si eo magistro usi sunt ad disciplinam eorum, qui in-  
uicem contendebant, Theatra, & certamina facie-  
bat, urbes peragrabat sine regio ornata, imperatoria  
q; pompa. Namq; ea nunquam extra Romam usus  
est. Patriam quamuis eam magno honore, & mun-  
eribus auxerit, & multa præclara ei dederit nunquã  
tamen inuisere uoluit. Venandi studio usq; ad insa-  
niam, & periculum tenebatur. Nam iter uenandum  
diffrauto humero, & crus pene contriuit. Urbẽ præ-

ADRIANVS

terea in Mysia condidit, quam Adriani Venatica scripta nominauit, & quāquam huic rei assiduam operam daret, nihil tamen eorum neglexit, quæ ad administrandam Remp. & imperij commoda pertinerent, quantum opere item uenationi intentus fuerit, argumentum est Borysthenes equus, quo in uenando plurimum utebatur. Cui mortuo sepulchrum fecit, columnam erexit, & epigramma inscripsit. Quare minime mirandum est, si Plotinam mortuam, cuius potissimum opera imperium adeptus fuerat, eumque amauerat, excellentissime coluerit, & ornauerit. Per nouem enim funeris dies pullatus incessit, templumque erexit, & hymnos in eam fecit. Sed in uenando tantum roboris fuit, ut suæ eximia magnitudinis solus uno ictu occiderit. In Græciam cum uenisset, multa largitus est, sacrisque initiatus mysteria Cereris spectare uoluit. Inde per Iudæam in Aegyptum transiit, ubi Pompeio parentauit, carmenque tale addidit.

*Ossa uiri magni tenui quam clausa sepulchro.*

Tum dissectum monumentum instaurauit, atque protinus in Aegyptum ueniens urbem, quam Antinoi nominauit, condidit, De nomine Antinoi pueri eximia pulchritudinis, qui ex Bithyniæ urbe Cithynide, quæ Claudiopolim uocant, ortus, & in delitijs habitus in Aegypto moritur, siue in Nilum ceciderit, ut Adrianus scribit, siue immolatus, ut ueritas habet, fuerit. Alioqui enim curiosissimus harum rerum, ut supra diximus, Adrianus fuit. Quippe diuinationibus, atque magicis sacris crebro utens, quare seu ob amorem, siue quod uoluntariam mortem oppetierit (Indigebat

enim

ADRIANVS

17

enim ad ea, quæ parabat, anima eius hominis, qui sponte occubisset) illum in primis coluit, quo enim loco is oppetijt, Urbem conditam ab eo denominauit. eius statuas per uniuersum orbem terrarum, atque etiam effigies erexit. Stellam denique à se uisam aiebat, quæ Antinoi foret, eosque perlibenter audiebat, qui familiarius secum uiuebant, quoties talia fabularentur ex Antinoi spiritu uere stellam natam, quæ tunc primum apparuisset. Hæc igitur crebro secum recogitabat. Interea Hierosolyma pridem euersa, rursus habitari iussit, atque urbem Aeliam Capitolinam appellauit. Ioui ite ex aduerso templi adem excitauit, Bellum hinc & graue, & diutinum natum est. magno enim dolore afficiebantur Iudæi, atque indignabantur, peregrinos secum in ciuitate habitare, & illud quoque etiam grauius ferebant, externa sacra fieri, & externorum deorum imagines in ipsa constitui. Quiuere tamen ab armis, & cadibus Adrianum ueriti, qui per ea tempora uicinis in locis consisterat. Nihil tamen secius inter se ea studiose fabricare non cessabant, quibus, quoties bellinecessitas posceret, uti possent. Postquam uero longius Adrianus abfuit, palam in arma uertuntur, quamquam & aperta acie cum Romanis congregari non ausi sunt, auxilia tamen sumebant muro, & cauernis subterraneis specus fodientes, atque cuniculis omnia munientes, ut quoties uiolarentur, liberos haberent ad fugam exitus, inuicem quoque subter terram clanculum commeare, specus, & subterraneas uias superne quibusdam in locis hiantes ad uentos, & lucem excipiendam perforauerant. Impetus

c

eorum Romani primum contempserunt, Verum posteaquam uniuersa prouincia tumultuata est, & qui ubiq; genarum erant, cum eis conspirauerunt, tunc cognouere, atq; intellexerunt, quam graue, & periculosum bellum exortum foret. multa enim mala in Romanos partim clam, partim aperte edebant, asciscere multos etiam externorum praedae, & lucri cupiditate, & ferè, ut ita dixerim, uniuersus terrarum orbis ex motu Iudaeorum concussus fuit. Tunc ergo Adrianus minime unius status, praecipuos Romanorum duces aduersus eos misit. Quorum primus Iulius seuerus in Iudaeam ex Britania uocatus. Hic minime ausus est praelium committere, nam & multitudine longe impar erat ad decertandum, & hi de salute desperauerant. Igitur diuisos adortus carptim, ut quosq; poterat comprehendens pro multitudine militum atq; tribunorum, tum ab alimentis, & comineatu interclusis tardius quidem, sed minore cum periculo penitus oppressit. pauci admodum euasere, atq; a caede superfuerunt. Arces eorum quinquaginta celeberrimae dirutae sunt, uici ad noningentos, & octoginta quinque, qui sanè frequentes, & nominatissimi erant, direpti, & mox igne consumpti sunt. Viri in excursionibus, & in praelijs ipsis ad quinquaginta millia caesi fuere, fame, morbis, ac igni ingens multitudo absumpta est. sic ferè omnis Iudaea desolata est, quam cladem etiam ante bellum multa ipsis denuntiauerant. Nam Solomonis sepulchrum, quod illi in supremo cultu, & reuerentia habebant, sponte, & nullo impellente discussum, corruit, lupi, atq; hyaena pas-

sim per urbes incidentes ululabant. Non fuit incruentata uictoria Romanis, Siquidem multi eorum occubuerunt. Quare Adrianus ad Senatum scribens eo minime usus est principio, quo ceteri imperatores consueuerant, Ad hunc scilicet modum. Si uos & filij uestri ualent, bene habet, Ego & exercitus ualemus. Seuerum dein debellatis iudaeis in Bithyniam misit Adrianus, non quidem ad bellum, sed indigebat prouincia praeside, & gubernatore iusto, sapienti, & qui indignitate fuisset, auctoritatēq; haberet, quae omnia in eo inerant. Hic, res Bithynicorum tam priuate, quam publice ita disposuit, & correxit, ut nos omnes Bithynij in hanc usque diem semper eius memoriam faciamus, et hic fuit Iudaei belli exitus. Exortum est mox alterum bellum ab Alanis (sunt enim Massagetae) auctore Pharasmano, Hic Mediam grauissime deuastauit, Armeniam quoque, & Cappadociam lacecessit, Denuum Alani accepta pecunia, & donis a Vologeso partim inducti, partim item, quod timebant Flauium Arianum, qui tunc Cappadociae praerat, ab armis quieuerunt. Adrianus per haec tempora aedem Iouis olympij, in qua & ipsius statua fuit, Athenis aedificauit, imposuit in ea draconem ex India deportatum. Festa praeterea liberi patris, quod apud eos maximum est, princeps in ueste indigena magnifice concelebrauit, atq; templum eius, quod Graeci τῶν ἑλληλλων uocant, aedificare eis concessit certamen, & ludo instituit, pecunias multas, frumentum annuum, & insuper uniuersam Cephaleniam Atheniensibus elargitus ē. leges multas tulit, sed illud



in primis sanxit, ne senator aut ab ipso, aut per alterum tributo condemnaretur. Romam cum uenisset, atq; in quodam spectaculo aurigam quendam liberum fieri cum clamore populus rogaret. Respondit per tabellam docens iniquum à se hoc peti, ut alienum seruum liberum faceret. Ne domino eius uis, & iniuria fiat. Morbo deinde tentari cœpit, siquidem sanguis, qui ei consuetus erat per nares effundi, tunc maxime abundauit, desperata est salus, & uita. quapropter cum adhuc sanguinem transmissurus esset, Commodum Lucium successorem sibi, & Romanis Cæsarem designauit. Seuerianum uero, & Fuscum nepotem eius, quod illud ægre ferre uiderentur. suspectos, & inuisos iussit occidi, quorum alter nonagenarius, alter uero decem, & octo annos natus erat. sed Seuerianus prius quàm iugularetur, ignem poposcit, atq; incenso thure, Vos inquit ò deitesto me nihil mali commisisse. De Adriano hoc tantum imprecor, ut cum mori cupiet, non possit, & sic quidē mortuus est. Adrianus post morbum sæpius frustra inuocata morte sæpe etiam se ipsum occidere uoluit. Extat eius epistola, quæ hoc ipsum significat. Scribit enim quàm miserum est mortem optare, & mori non posse. hunc Seuerianum Traianus successorem aliquando & dignum imperio iudicauit. Nam in conuiuio olim quæsiuit ab amicis, ut decem nominarent uiros, quibus summa Reip. & rerum fastigium demãdari posset. tum uero compresso aliquantulum sermone, inquit, Nonem per uos discere cupio. Vnum ego Seuerianum habeo. Floruere ea tempestate excel-

lentes alij uiri, sed maxime celebres, atq; illustres duo fuere, Turbo, & Similis, quietiam præmia fortitudinis renulere. Turbo uir fuit maxime militaris, & gubernandi exercitus sciētissimus. Hic primum in provincijs procurator fuit, deinde præfectus prætoriarum. in quo magistratu nihil unquam aut molle, aut superbum gessit, sed uelut unus de numero gregariorum militum uixit, & alia multa, tum illud maximum fecit, quod totam diem, cum imperatore uersabatur, ad quem plerunque post mediam noctem accedebat, quo tempore cæteri ferè homines dormire incipiunt. Floruit etiam Cornelius Fronto, cuius in agendis causis primæ partes erant. Hic aliquando peruesperi cum à cœna domum rediret, audiuiissetq; eum, cui patrociniū quandoq; pollicitus fuerat, causam agere in ueste senatoria, quam tunc habebat, iudicium ingressus est, iudicesq; salutauit. Non dicens *Aue*, quæ matutina erat salutatio, sed uespertino usus uerbo saluete inquit. Turbo nunq̄ domi per diem, neque etiam cum morbo laboraret, uisus fuit. atq; morienti olim Adriano, ut quiesceret, respondit, oportere præpositos rerum stantes mori, Cæterum Similis & ætate, & honore eos antecedebat, nulli præfecturam, ut ego existimo, cedens, id quod ex paucis cõiectari licet. olim eum Adrianus, cum centurio esset, in consilium uocauit prius quàm præfectos, cui ille inquit, turpe est ò Cæsar cuem centurione disserere, præfectos uero non admitti. Præfecturam deinde inuitus accepit. quam deinde deposuit uacatione data, uixq; dimissus in agro septem annos (quod fuit reliquum

*Aue Sal  
uere. qui*



ADRIANVS

uita) in otio, & quiete exegit, atq; hæc moriẽs sepulchro inscribi iussit. Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, septem tamẽ duntaxat annis uixit. Interea Adrianus nimio sanguinis defluxu phthisi, mox tabescente corpore hydrope si corripitur. adoptauerat Lucium Commodum, sed cũ multo sanguine, & perpetuo defluente morbo miserandum in modum teneretur, primores obiter etiam celebres senatorum domum conuocauit, atque decumbens in lectulo, hæc inquit. Amici uiri, Filium ut ex me genuerim natura non concessit, sed uos per leges dedistis. Genuerim, an elegerim multum interest qui genitus filius, is erit, quem fata uoluerint, adoptatum autem unusquisque sibi pro uoluntate assumit. quare plerũque per naturam stulti, atq; mutilati filij dantur. Qui uero leguntur, integro hi sunt corpore, & mente sana. Quare Lucium primum ex omnibus delegeramus, qualem neq; filium optare potuissem. Sed quando fata nobis illum eripuerunt, inueni profecto uobis imperatorem, qui nobis pro illo succedat, quem uobis damus, & pollicemur, generosum, mittem, mansuetum, misericordem, atque prudentem, & qui neq; temerarium quiddam propter iuuentutem, neq; per senectutem negligenter, aut timide facere poterit. Sub legibus educatum, & qui secundum mores patriæ princeps Reip. & dux exercituum fuit, & qui nihil eorum ignoret, quæ ad imperium pertinent, omnibusq; rebus pulchre uti poterit. Hunc etsi cognoscam supra omnes homines otio deditum, & inuitum imperium, & summam rerum capeßere,

ADRIANVS

20

tamen, ut existimo, nunquam aut uos, aut me deseret, aut negliget, sic Antoninus imperator creatus est. Sed cum illi uirilis stirps nulla foret, Commodi filium adoptauit, adiuncto atiam Marco Annio Vero. uoluit enim in longum tempus eos, qui post se imperaturi essent, superesse. Hunc Annium Marcum prius Castilium nominauerant, Nepos fuit, Annij Veri, q. III COS. atque etiam tribunus fuerat, utrosq; adoptari ab Antonino iussit, maiore tamen honore profectus est. Verum tum propter cognationem, quæ cũ illo intercedebat, tum propter ætatem, & quod uiuacior, et fortissimo ingenio cognoscebatur, ex quo illum sæpe per iocum ad sensum uerbi græci respiciens, minime aptum iudicijs esse dicebat. Ceterũ Adrianus magicis artibus, & incantamentis quibusdam aquam omnem intercutem eduxit, qua tamen rursus, & celeriter repletus fuit. Postquam igitur morbus auctus est, & utcumq; adhibitis remedijs in dies deficiebat, mori decreuit. Sæpe aut uenenum, aut gladium postulabat, & frustra quidem, nullus. n. porrigebat. Posteaquam autem promissa pecunia, et data uenia nemo ei obtemperabat, accersit Mastorene quendam barbarum nomine, genere Lazigem, quo homine propter robur, & audaciam plerunq; in uenationibus usus fuerat. Hunc partim minis, partim magnis pollicitationibus impulit, atq; coegit, ut cedere sibi inferret. Circumscripsitq; locum sub mamilla, quem Hermogenes medicus demonstrauerat, quo letaliter percussus, statim sine dolore expiraret. Sed ubi hoc ei non successit. (nam Mastor tanto facinore per

ADRIANVS

territus, atq; attonitus aufugit, multū in graui morbo de se conquirebatur, quod nullam potestatem haberet, nec sibi mortem consciscere posset, maxime quā etiam multa super alios posset. Denique consilio medicorum super uita abstinuit cibo, & potu, qui non ad salutem, immo ad morbum exaugendum faceret.

• Mortuus est tandem dicens illud in populo uulgatū,  
• Turba medicorum interfecit Regem. Vixit autē annos II & LX. menses V. & dies VI. Imperauit annos XX menses XI. Sepultus est in ripa fluminis iuxta pontem Aeliam. Illic enim sepulchrum conditum. Iam enim Augusti monumentum repletum erat. Nec quisquam amplius in eo sepeliebatur. Insuper omnibus caedes fecerant initio imperij, & sub eius mortem, uelut iniuste, & impie occisi fuerint, quā natura minime se uisus esset. Nam cum multi grauius in eum peccassent, id satis existimauit hoc ad eorum ciuitates scribere, quod sibi non placeret, si qui, quibus filij erant, pro scelere debebant, saltē pro numero puerorum supplicia eorum eleuauit.

AELII SPARTIANI AELII  
VS ADRIANVS IMPE  
RATOR.

Rigo Imperatoris Adriani uetustior à Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat. siquidem Adria ortos maiores suos apud Italiam Scipionum temporibus resedisse, in libris uitae suae Adrianus ipse commemorat. Adriano pater Aelius Adrianus, cognomento Afer, fuit consobrinnus Traiani Imperatoris. mater Domitia Paulina Gadibus orta. soror Paulina nupta Seruiano, uxor Sabina. Atauus Marillinus, qui primus in sua familia senator Populi Romani fuit. Natus est Romae IX Cal. Feb. Vespasiano VII. & Tito V COSS. ac decimo aetatis anno patre orbatus Vlpium Traianum praetorium tunc consobrinnum suum, qui postea imperium tenuit, & Coelium Tacianum equitem Romanum tutores habuit. Imbutusque impensius graecis studiis ingenio eius sic ad ea declinante, ut à nonnullis graeculus diceretur. Quintodecimo anno ad patriam redijt, ac statim militiam inijt, uenandi usque ad reprehensionem studiosus. Quare à Traiano abductus à patria & profilio habitus, nec multo post X uir libus iudicandis datus, atque in detributus secundae adiutricis legionis creatus. Post hoc in inferiorem Mesiam translatus extremis iam Domitiani temporibus ibi à mathematico quodam de futuro imperio id dicitur com

perisse, quod à patruo magno Aelio Adriano peritiã  
 cœlestium callente prædictum esse compererat. Traia-  
 no à Nerua adoptato ad gratulatiõem exercitus mis-  
 sus in Germaniam superiorem translatus est. Ex qua  
 festinans ad Traianum, ut prius nuntiaret excessum  
 Neruæ à Seruiano sororis uiro, qui & sumptibus, &  
 ære alieno eius prodito Traiani odium in eum mo-  
 uit, diu detentus, fractoq; consulte uehiculo tardatus  
 pedibus iter faciens eiusdẽ Seruiani beneficio ad Tra-  
 ianum ante uenit. Fuitq; in amore Traiani, nec tam-  
 menei per pedagogos puerorum, quos Traianus im-  
 pensus diligebat, Gallo fauente, defuit. Quo qui-  
 dem tempore, cum sollicitus de imperatoris erga se iu-  
 dicio uirgilianas sortes consuleret.

- Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
- Sacra ferens? nosco crimes, incanaq; menta
- Regis Romani, primam qui legibus urbem
- Fundauit Curibus paruis & paupere terra
- Missus in imperium magnum, cui deinde subibit. Sors  
 excidit, quam alij ex sibyllinis uersibus ei prouenisse  
 dixerunt. Habuit autem præsumptionẽ imperij max-  
 futuri ex fano quodam Niccephorij Iouis manante res-  
 sponso, quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis  
 indidit. Deniq; statim suffragante Sura, ad amicitia  
 Traiani pleniorẽ redijt, nepte per sororem Traiani  
 uxore accepta fauente Plotina. Traiano leniter, ut Ma-  
 rius Maximus dicit, uolente quaesturam gessit Trai-  
 ano IIII & Articuleio COSS. In qua cum oratio-  
 nem imperatoris in Senatu agrestius pronuntians ri-  
 sus esset, usq; ad summam peritiã, & facundiam

Latinis operam dedit. Post quaesturam acta senatus  
 curauit, atq; ad bellum Dacium Traianum familia-  
 rius profecutus est. quandoquidem indulgisse uino se  
 dicit Traiani moribus obsequentem, atq; ob hoc se à  
 Traiano locupletissime numeratum. Trib. Pleb. fa-  
 ctus est Candido et Quadrato iterum COSS. in quo  
 magistratu ad perpetuam tribunitiam potestatem  
 omen sibi factum asserit, quod penulas amiserit, quibus  
 uti tribuni plebis pluuia tempore solebant, Imperatores  
 autem nunquam. Vnde hodieq; imperatores sine penulis à  
 togatis uidentur. Secunda expeditione Dacia Traianus eum  
 primæ legionis Mineruæ præposuit, secumq; duxit, quandoquidem  
 multa egregia eius facta claruerunt. Quare Adamante  
 gemma, quam Traianus à Nerua acceperat, donatus,  
 ad spem successionis erectus est. Prætor factus est  
 sub Surano II & Seruiano iterum COSS. cum  
 HS iterum XX ad ludos edendos à Traiano accepit,  
 legatus postea prætorius in Pannoniam inferiori  
 rem missus Sarmatas compressit, disciplinam militarem  
 tenuit. procuratores latius euagantes cohercui. tob  
 hoc COS. est factus. In quo magistratu, ut à Sura cõ-  
 perit, adoptandum se à Traiano esse, ab amicis Trai-  
 ani cõtemni desyt, ac negligi. Et defuncto quidẽ Sura,  
 Traiani ei familiaris creuit causa præcipue oratio-  
 num, quas pro imperatore dictauerat. Vfus Plotinæ  
 quoq; fauore, cuius studio enim legatus expeditionis  
 parthicae tempore destinatus est. Qua quidem tempe-  
 state utebatur Adrianus amicitia Sosij Pappi, &  
 Pletorij nepotis ex senatorio ordine. Ex equestri au-

AELIVS

tem Taciani tutoris quondam sui, & Liuiani Turbo-  
nis in adoptionis sponfionem uenit Palma, & Cel-  
so inimicis semper suis, & quos postea ipse insecu-  
tus est in suspicionem affectatæ tyrannidis lapsos. II.  
COS. fauore Plotinæ factus totam præsumptionē ado-  
ptionis emeruit. corrupisse eum Traiani libertos, cui-  
rasse delicatos, eosdemq; sepelisse per ea tempora, qui-  
bus in aula familiarior fuit, opinio multa firmavit.  
V. Iduum Augusti die legatus Syriae litteras ado-  
ptionis accepit, quare & natalem adoptionis ce-  
lebrari iussit. III. Iduum earundem, quan-  
do & natalem imperij statuit celebrandum, excessus  
ei Traiani nuntiatus est. freuēs sanè opinio fuit Tra-  
iano id animi fuisse, ut Neratium Priscum nō Adria-  
nū successorem relinqueret, multis amicis in hoc cō-  
sentientibus usq; eo, ut Prisco aliquando dixerit, com-  
mendo tibi provincias, siquid mihi fatale contigerit.  
& multi quidem dicunt, Traianum in animo id ha-  
buisse, ut exemplo Alexandri Macedonis sine certo  
successore moreretur. multi ad Senatum eum oratio-  
nem uoluisse mittere petiturum, ut, siquid ei euenisset  
principem Romanae Reip. Senatus daret, additis dū-  
taxat nominibus, ex quibus optimum idem senatus  
eligeret. Nec desunt, qui factione Plotinæ mortuo iā  
Traiano, Adrianum in adoptiōem adscitum eē pro-  
diderunt, supposito, q. pro Traiano fessa uoce loque-  
retur. Adeptus imperium ad priscum se statim morē  
instituit, & tenendæ per orbem terrarum paci operā  
intendit. Nam deficientibus his nationibus, quas Tra-  
ianus subegerat, Mauri lacefcebant. Sarmatæ bellū

saepe pilane  
aut depilane.  
Lipinus epistol.  
quaest. lib. 1.  
ep. 15. / quid  
si se pilane

ADRIANVS

23

inferabant. Britani teneri sub Romana ditione nō po-  
terant. Aegyptus seditionibus urgebatur. Lycia de-  
niq; ac Palaestina rebelles animos afferebant. Qua-  
re omnia trans Euphratem, ac Tigrim reliquit. exē-  
plo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pro-  
nuntiavit, quia teneri non poterant. Psamatosirim,  
quem Traianus Parthis regem fecerat, quod eū non  
magni pōderis apud Parthos uideret, proximis gē-  
tibus regem dedit. Tantum autem statim clementiæ  
studium habuit, ut cum sub primis imperij diebus  
ab Attiano per epistolas esset admonitus, ut & Be-  
bius Macer præfectus urbis, si remitteretur, eius im-  
perio necaretur, & Laberius Maximus, qui susce-  
ptus imperio in insula exulabat, & Frugi Crassus,  
neminem laderet. quamuis Crassum postea procu-  
rator egressum insula, quasi res nouas moliretur, in-  
iussu eius occiderit. Militibus ob auspicia imperij du-  
plicem largitionem dedit. Lusum quietum sublatis  
gentibus, Mauris, quos regebat, quia suspectus imper-  
rio fuerat, ex armauit, Martio Turbone Iudæis com-  
pressis ad deprimendum tumultum Mauritaniae de-  
stinato. Post hoc Antiochia digressus est ad inspicien-  
das reliquias Traiani, quas Attianus, Plotina, &  
Matidia deferebant. Quibus exceptis, & na-  
ui Romam dimissis, ipse Antiochiam regressus,  
præpositoq; Syriae Catilio Seuero, per Illyricum Ro-  
mam uenit. Traiano diuinos honores datis ad Sena-  
tum & quidem accuratissimis litteris postulauit,  
& cunctis uolentibus meruit ita, ut senatus multa,  
quæ Adrianus non postulauerat, in honorem Traianus



ni sponte decerneret. Cum ad senatum scriberet, ueniam petijt, quod de imperio suo iudicium Senati non deisset salutatius scilicet praepropere à militibus IMPERAT. quod esse Resp. sine imperatore nō posset. Cum triumphum ei Senatus, qui Traiano debitus erat, detulisset, recusauit ipse, atq; imaginem Traiani curru triumphali uexit, ut optimus imperator ne post mortem quidem triumphum amitteret dignitatem. Patris patriae nomen delatum sibi statim, & iterum postea distulit, quod hoc nomen Augustus serò meruisset. Aurum coronarium Italiae remisit, in prouincijs minuit, & quidem difficultatibus aerarij ambitiose, ac diligenter expositis. Audito dein tumultu Sarmatarum, & Alanorum praemissis exercitibus, Mœsiam petijt. Martium Turbonem post Mauritaniae praefecturam infulis ornatum Pannoniae, Daciae q; ad tempus praefecit. Cum rege mox Alanorum, qui de imminutis stipendijs querebatur, cognito negotio, pacem composuit. Nigrini insidias, quas ille sacrificanti Adriano conscio sibi Lusio, & multis alijs parauerat, cum etiam successorem Adrianus sibimet destinasset, euasit. Quare Palma Terracinae, Celsus Baijs, Nigrinus Fauentiae. Lusius in itinere Senatu iubente inuito Adriano, ut ipse in uita sua dicit, occisi sunt. Vnde statim Adrianus ad refellendam tristissimam de se opinionem, quod occidi passus esset uno tempore quatuor consulares Romam uenit Dacia Turboni credita titulo Aegyptiacae praefecturae, quo plus auctoritatis haberet, ornato, & ad comprimendam de se famam congiarium duplex praesens populo dedit.

Ternisiam per singulos aureis se absente diuisis. In senatu quoq; excusatis, quae facta erant, iurauit se nunquam Senatorenem, nisi ex senatus sententia puniturum. Statim cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere grauaretur. Ad colligendam autem gratiam nihil praetermittens infinitam pecuniam, quae fisco debebatur priuatis debitoribus in urbe, atq; Italia, in prouincijs uero etiam ex reliquijs ingentes summas remisit syngraphis in foro diui Traiani, quo magis securitas omnibus roboraretur, iocensis. Damnatorum bona in fiscum priuatum redigi uetuit. omni summa in aerario publico recepta. Pueris, ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adiecit. Senatoribus, qui non uitio suo decoerant, patrimonium pro liberorum modo senatoriae professionis expleuit, ita ut plerisque in diem uitae suae dimensum sine dilatione restituerit. Ad honores explendos non solum amicis, sed etiam passim aliquantis multa largitus est. Foeminas nonnullas ad sustentandam uitam sumptibus iuuuit. Gladiatorium munus per sex dies continuos exhibuit. Et mille feras natali suo edidit. Optimos quosq; de senatu in contubernium imperatoriae maiestatis adsciuuit. Ludos circenses praeter natalitios decretos sibi spreuit, & in concione, & in senatu saepe dixit, ita se Remp. gesturum, ut sciret populi rem esse non propriam. Tertio COSS. cum ipse III fuisset, plurimos fecit. Infinitos autem secundum consulatus honore cumulauit. Ipsum autem tertium consulatum, & quatuor mensibus tantum egit, & in eo saepe ius dixit. Senatum legitimo cum in urbe uel iuxta

ta urbem esset. semper interfuit. Senatus fastigium in tantum extulit difficile faciens senatores, ut cum Aturinum ex praefecto praetorii ornamentis consularibus praeditum faceret senatorem, nihil se amplius habere, quod in eum conferri posset, ostenderit. Equites Romanos, nec sine se de senatoribus, nec secum iudicare permisit. Erat enim tunc mos, ut cum princeps causas agnosceret, & senatores, & Equites Romanos in consilium uocaret, sententiam ex omnium deliberatione proferret. Execratus est denique principes, qui minus senatoribus detulissent. Seruiano sororis viro tantum detulit, ut ei uenienti de cubiculo semper occurreret. Tertium consulatum, nec secum tamen, cum ille bis ante Adrianum fuisset, ne esset secundae sententiae non petenti, ac sine precatione concessit. Inter haec tamen & multas provincias a Traiano acquisite reliquit, & theatrum, quod ille in campo Martio posuerat, contra omnium uota destruxit. Et haec quidem eo tristiora uidebantur, quod omnia, quae displicere uideret Adrianus, mandata sibi, ut faceret decreto Traiani esse simulabat. Cum Tatiani praefecti sui, & quondam tutoris potentiam ferre non posset, nisus est eum obtruncare, sed reuocatus est, quia iam quatuor consularium occisorum, quorum quidem necem in Tatiani consilia refundebat, premebatur inuidia. Cui cum successorem dare non posset, quia non petebat, id egit, ut peteret, atque ubi primum petijt, in Turbonem transfulit potestatem. Cum quidem etiam Simili alteri praefecto Sepitium Clarum successorem dedit. summotis ijs a praefectura, quibus debebat imperium, Campaniam

niam petit, eiusque omnia oppida beneficijs, & largitionibus subleuauit optimumque amicitijs suis iungens. Romae uero praetorium, & consulum officia frequentauit, conuiujs amicorum interfuit. Aegros bis, ac ter die, & nonnullos equites Romanos, ac libertinos uisitauit, solatijs refouit, consilijs subleuauit, conuiujs suis semper adhibuit. Omnia denique ad priuati hominis modum fecit. Socru suae honores praecipuos impendit ludis gladiatorijs, ceterisque officijs. Post haec profectus in Gallias omnes causarijs liberalitatibus subleuauit. Inde in Germaniam transit, pacisque magis quam belli cupidus, militem quasi bellum immineret, exercuit tolerantiae documentis eos imbuens, ipse quoque inter manipulares uitam militarem magistrans cibis etiam castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est larido, caseo, & posca exemplo Scipionis Aemiliani, & Metelli, & auctoris sui Traiani. Multos premijs, nonnullos honoribus donans, ut ferre possent ea, quae asperius iubebat. Siquidem ipse post Caesarem Octauium labantem disciplinam incuria superiorum principum retinuit. Ordinatis & officijs, & impendijs nunquam passus aliquem a castris iniuste abesse, cum tribunos non fauor militum, sed iustitia commendaret, exemplo etiam uirtutis suae ceteros adhortatus, cum etiam uicena millia pedibus armatus ambularet, triclinia de castris, & porticus, & cryptas, & topia dirueret, uestem humillimam frequenter acciperet, sine auro balteum sumeret, sine gemmis fibulas stringeret, capulo uix eburneo spatam clauderet, aegros milites in hospitjs suis

videret. Locum castris caperet, nulli uitam nisi robur  
 sto, & bonae fama daret, nec tribunum, nisi plena bar  
 ba faceret, aut eius aetatis, quae prudentia, & annis  
 tribunatus robur implere, nec pateretur quicquam  
 tribunum à milite accipere. Delicata omnia undiq;  
 summoneret. Arma postremo eorum, supellectilemq;  
 corrigeret. De militum etiam aetatibus iudicabat, ne  
 quis aut minor quam uirtus posceret, aut maior quam pa  
 teretur humanitas, in castris contra morem ueterem  
 uersaretur. Agebatque ut sibi semper noti essent, & eo  
 rum numerus sciretur. Laborabat praeterea, ut condi  
 cta militaria diligenter agnosceret. Redditus quoque  
 provinciales solerter exploras, ut si alicubi quippiam  
 deesset, expleret. Ante omnes tamen enitebatur, ne quid  
 otiosum uel emeret aliquando, uel pasceret. Ergo con  
 uersis egregio more militibus Britanniam petijt, in qua  
 multa correxit, murumque per octoginta millia passu  
 rum primus duxit, qui Barbaros, Romanosque diuide  
 ret. Septimio Claro praefecto praetorii & Suetonio Tra  
 quillo epistolarum magistro, multisque alijs, qui apud  
 Sabinam, uxorem iniussu eius familiaris se tunc  
 egerant, quam reuerentia domus aulicae postulabat  
 successores dedit. Uxorem etiam ut morosam, et aspe  
 ram dimissurus, ut ipse dicebat, si priuatus fuisset. Et  
 erat curiosus non solum domus suae, sed etiam amico  
 rum, ita, ut per frumentarios occulta omnia explora  
 ret, nec aduerterent amici sciri ab imperatore suam  
 uitam prius, quam ipse hoc imperator ostenderet. Unde  
 non iniucundum est rem inferere, ex quo constet eum  
 de amicis multa didicisse. Nam cum ad quendam scri

psisset uxor sua, quod uoluptatibus detentus, & laca  
 cris ad se redire nollet, atque hoc Adrianus per frumen  
 tarios cognouisset, petente illo comineatum, Adrianus  
 ei lauare, & uoluptates exprobrauit. Cui ille num  
 & tibi uxor mea, quod & mihi scripsit? Et hoc qui  
 dam uitiiosissimum putant, atque huic adiungunt quae  
 de adulterorum amore, ac nuptiarum adulterijs, qui  
 bus Adrianus laborasse dicitur, asserunt, iungentes,  
 quod ne amicis quidem seruauerit fidem. Compositis  
 in Britannia rebus, transgressus, in Galliam Alexan  
 drina seditione turbatus, quae nata est ob Apin, qui  
 cum repertus esset post multos annos turbas inter po  
 pulos creauit, apud quem deberet locari omnibus stu  
 diose certantibus. Per idem tempus in honorem Ploti  
 nae basilicam apud Nemausum opere mirabili extru  
 xit. Post haec Hispanias petit, & Tarracone hyema  
 uit, ubi sumptu suo aede Augusti restituit. Uibus His  
 panis Tarraconam in conuentum uocatis, delectumque iocu  
 lariter, ut uerba ipsa ponit Marius Maximus, detre  
 ctatibus Italicis uehementissime, ceteris prudenter, &  
 caute consuluit. Quo quidem tpe non sine gloria grauissi  
 mum periculum adiit. Apud Tarraconem spatias per uiri  
 daria seruo in se hospitis cum gladio furiosus irruen  
 te, quem retentum ille ministris accurrentibus tradidit  
 & ubi furiosum esse constitit medicis curandum dedit  
 in nullo oimò commotus. Per ea tempora, et alias fre  
 quenter in plurimis locis, in quibus Barbari non flu  
 minibus, sed limitibus diuiduntur, stipitibus magnis  
 in modum muralis sepiis funditus iactis, atque connexis  
 Barbaros separauit. Germanis regem constituit. motus



## AELIUS

Mauorum compressit, & à senatu supplicationes emeruit. Bellum Parthorum per idem tempus in motum tantum fuit, idq; Adriani colloquio repressum est. Post hoc per Asiam, & insulas ad Achaïam nauigauit, & eleusinia sacra exemplo herculis, Philippî q; suscepit, multa in Athenienses cõtulit, & pro Agnotheta resedit, & in Achaïa quidem etiã illud obseruatum ferunt, quod, cum in sacris multi cultros haberent, cum Adriano nullus armatus ingressus est. Post in Siciliam nauigauit, in qua Aetnam montem conscendit, ut solis ortum uideret arcus specie, ut dicitur, uarium. Inde Romam uenit, atq; ex ea in Africam transit, ac multum beneficiorum prouinciis Africanis attribuit. Nec quisquam ferè principum tantum terrarum tam celeriter peragrauit. Deniq; cum post Africam Romam rediisset statim ad orientem profectus per Athenas iter fecit, atq; opera, quæ apud Athenienses ceperat, dedicauit, ut Iouis olympij ædem, & aram sibi eodemq; modo per Asiã iter faciens templa sui nominis consecrauit. Deinde à Cappadocibus seruita castris profutura suscepit. Tetrarchas & reges ad amicitiam inuitauit. Inuito etiam Cosdroë rege Parthorum, remissaq; illi filia, quam Traianus ceperat, ac promissa sella, quæ itidem capta fuerat, Cũq; ad eum quidam reges uenissent, hita cum his egit, ut eos pœniteret. quoniam uenire noluerunt. Causa speciatim Parasmanis, qui eius inuitationem superbe neglexerit. Et circũiens, quidem prouincias, procuratores, & præsidis profectis supplicio affecit, ita seuerè, ut accusatores per se crederetur immittere,

## ADRIANVS

27

Antiochenses inter hæc ita odio habuit, ut Syriam à Phœnice separare uoluerit, ne tot ciuitatũ Metropolis Antiochia diceretur. Mouerunt ea tempestate & Iudæi bellum, quod uetabantur mutilare genitalia. Sed in monte Cassio cum uidendi Solis ortus gratia nocte ascendisset, imbre ortofulmen decidens hostiam, & uictimarium sacrificanti afflauit. Per agratæ Arabia, Pelusium uenit, & Pompeij tumulum magnificentius extruxit. Antinoũ suum, dum per Nilũ nauigauit, perdidit, quem muliebriter fleuit, de quo uaria fama est alijs eum deuotum pro Adriano asserentibus, alijs quod & forma eius ostentat, & nimia uoluptas Adriani. Et Græci quidem uolente Adriano eum consecrauerunt. Oracula per eum dari asserentes, quæ Adrianus ipse composuisse iactatur. Fuit enim poematum, & literarum nimium studiosissimus, arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritissimus, Iam psallēdi, & cantandi scientiam præ se ferebat. In uoluptatibus nimius. Nã & de suis dilectis multa uersibus composuit, amatoria carmina scripsit. Idẽ armorum peritissimus, & rei militaris sciētissimus. Gladiatoria quoq; arma tractauit. Idem seuerus, lætus, comis, grauis, lasciuus, cunctator, tenax, liberalis, simulator, sæuus, clemens, & semper in omnibus uariis. Amicos ditauit, & quidem non petentes, cum petentibus nihil negaret. Idem tamen facile de amicis quicquid insusurrabatur, audiuit. atque ideo propè cunctos uel amicissimos, uel eos, quos summis honoribus euexit, postea ut hostium loco habuit, ut Tattianum, & nepotē, & Septitium Clarum. Nam Eue



daemonem prius conscium imperij ad egestatem perduxit, Polenum, & Marcellum ad mortem uoluntariam coegit. Heliodorū famosissimis litteris lacecessit. Titianum ut conscium tyrannidis & argui passus est, & proscribi. Vuidium Quadratum, & Catilium Seuerum, & Turbonem grauiter insecutus ē. Seruianum sororis uirum nonagesimum iam annū agentem, ne sibi supuiueret, mori coegit. Libertos denique, & nonnullos milites insecutus est. Et quamuis esset oratione, & uersu promptissimus, & in omnibus artibus peritissimus, tamen professores omnium artium semper, ut doctior risit, contempsit, obtruit. Cū his ipsis professoribus, & philosophis libris uel carminibus inuicem editis saepe certauit. Et Phauorinus quidem, cum uerbum eius quoddam ab Adriano reprehensum esset, atq; ille cessisset, arguentibus amicis, qđ male cederet Adriano, de uerbo, quod idonei authores usurpassent, risum iucundissimum mouit. Ait. n. non recte suadetis familiares, qđ non patimini

me illum doctiorem omnibus credere, qui habet

- Ego nolo Caesar esse.
- Ambulare per Britannos,
- Scythicas pati pruinas,
- Ego nolo Florus esse

Rescripsit:

- Ambulare per tabernas,
- Latitare per popinas,
- Culices pati rotundos.

Amavit praeterea genus dicendi uetustum, controuersias declamauit. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Coelium praetulit. Eademq; iactatione de Homero, ac Platone iudicauit. Matthesim sic scire sibi uisus est, ut sero Calendis Ianuarijs scripserit, quid ei toto anno posset euenire, ita, ut eo anno, quo periit usq; ad illam horam, qua est mortuus, scripserit, qđ acturus esset. Sed quamuis esset in reprehendendis musicis, tragicis, comicis, gramaticis, rhetoribus, oratoribus facilis, tamen omnes professores & honorauit, & diuites fecit, licet eos quaestionibus semper agitaauerit. Et cum ipse author esset, ut multi ab eo tristes recederent, dicebat se grauiter ferre, si quem tristem uideret. In summa familiaritate Epictetum, & Heliodorum philosophos, & ne nominatum de omnibus dicam, grammaticos, rhetores, musicos, geometras, pictores Astrologos habuit, praeceteris (ut multi asserunt) eminente Phauorino. doctores, qui professioni suae inhabiles uidebantur, ditatos, honoratosq; a professione dimisit. Quos in priuata uita inimicos habuit, imperator tantum neglexit, ita ut uni, quem capitale habuerat, factus imperator diceret, euasisti. ijs, quos ad militiam ipse perse uocauit, equos, mulos, uestes, sumptus, & omnem ornatum semper exhibuit. Saturnalia, & sigillaria frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab his libenter accepit, & alia inuicem dedit. Ad deprehendas obscenato

rum fraudes cum plurimis sumentibus pasceret, fercula de alijs mensis etiam ultimis quibusq; iussit apponi. Omnes reges muneribus suis uicit. Publice frequenter, & cum omnibus lauit. Ex quo ille iocus balnearis innotuit. Nam cum quodam tempore ueteranum quendam notum sibi in militia dorsum, & ceteram partem corporis uidisset atterere, perconatus, cur se marmoribus restringendum daret, ubi audiuit, hoc iccirco fieri, quod seruum non haberet, & seruis eum donauit, & sumptibus. Verum alia die, cum plures senes ad prouocandam liberalitatem principis pariter & se attererent, euocari eos iussit, et alium ab alio inuicem defricari. Fuit & plebis iactantissimus amator. Peregrinationis ita cupidus, ut omnia, quae legerat de locis orbis terrarum, praesens uellet addiscere. Frigora, & tempestates ita patienter tulit, ut nunquam caput tegetet. Regibus multis plurimum detulit, a plerisque uero etiam pacem redemit, a nonnullis contemptus est. multis ingentia dedit munera, sed nulli maiora quam Hiberum, cui et elephantum, & quinquagenariam cohortem post magnifica dedit dona. cum a Pharasmane ipse quoque ingentia dona accepisset. atque inter haec auratas quoque chlamydes trecentos noxios cum auratis chlamydibus in arenam misit ad eius munera deridenda. Cum iudicaret, in consilia habuit non amicos suos, aut comites solum, sed iuris consultos, & praecipue Iulium Celsum, Saluum Iulianum, Neratium Priscum, aliosque quos tamen Senatus omnis probasset. Constituit inter cetera, ut in nulla ciuitate domus aliqua transferentur

da ad aliam urbem illius materiae causa diruerentur, Liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit. Maiestatis crimina non admisit. Ignotorum hereditates repudiavit, nec notorum accepit, si filios haberent. De thesauris ita cauit, ut si quis in suo reperisset ipse potiretur, si quis in alieno, dimidium domino daret. Si quis in publico, cum fisco aequaliter partiretur. Seruos a dominis occidi uetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent. Lenoni, & Lanista, seruum, uel ancillam uendi uetuit causa non praestita. Decoctores bonorum suorum, si suae auctoritatis essent, catomidiari in amphitheatro, & dimitti iussit. Ergastula seruorum, & libertorum tulit. Lauacra pro sexibus separauit. Si dominus in domo interemptus esset, non de omnibus seruis quaestionem haberi, sed de ijs, qui per uicinitatem poterant sentiri, praecipit. In Hetruria praetorem imperator egit. Per latina oppida dictator, & aedilis, et II uir fuit. Apud Neapolim Demarchus in patria sua quinquennalis, et item Adriae quinquennalis quasi in alia patria & Athenis Archon fuit. In omnibus penes urbibus & aliquid aedificauit, & lusus edidit. Athenis mille ferrarum uenationem in studio exhibuit. Ab urbe nunquam ullum uenatrem, aut scenicum auocauit. Roma post ceteras immensissimas uoluptates in honorem socrus suae aromatica populo donauit. in honorem Traiani balsama, & crocum per gradus theatri fluere iussit. Fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit. Histriones aulicos publicauit. In circo multas feras, & saepe centum leones interfecit. Milita-

## AELIUS

res pyrrhicas populo frequenter exhibuit. Gladiatores frequenter spectauit. Cum opera ubiq; infinita fecisset, nunquam ipse nisi in Traiani patris templo nomen suum scripsit. Romae instaurauit Pantheon, septa, basilicam Neptuni, sacras aedes plurimas, forum Augusti, lauacrum Agrippae, eaq; omnia proprijs, et ueterum nominibus consecrauit. Fecit & sui nominis pontem, & sepulchrum iuxta Tyberim, & ad eam Bonae deae transtulit, & colossum stantem, atq; suspensum p Decianum architectum de eo loco, in quo nunc templum urbis est ingenti molimine, ita ut operi etiam elephantes uiginti quatuor exhiberet. Et cum hoc simulachrum post Neronis uultum, cui ante adicatum fuerat, Soli consecrasset, aliud tale Apollodoro architecto auctore facere Luna molitus est. In colloquijs etiam humillimorum civilissimus fuit, detestans eos, qui sibi hanc uoluptatem humanitatis quasi seruantis fastigium principis inuiderent. Apud alexandriam in Museo multas quaestiones professoribus proposuit, et propositas ipse dissoluit. Marius Maximus dicit eum natura crudelem fuisse, & iccirco multa pie fecisse, quod timeret, ne sibi idem, quod Domitiano accidit, eueniret. Et cum titulos in operibus non amaret, multas ciuitates Adrianopolis appellauit, ut ipsam Carthaginem athenarum partem. Aquarum ductus etiam infinitos hoc nomine nuncupauit. Fiscus aduocatum primus instituit. Fuit memoriae ingentis, facultatis immensae, nam ipse orationes & dictauit, & ad omnia respondit, ioca eius plurima extant, nam fuit etiam dicaculus. Vnde illud quoq; innotuit, quod

## ADRIANVS

30

cum cuiusdam canescenti quiddam ne gasset eidem iterum petenti, sed infecto capite, respondit, Iam hoc patri tuo negaui. Nomina plurimis sine nomenclatore reddidit, quae semel & congesta simul audiuerat, ut nomenclatores saepius errantes emendauerit. Dixit & ueteranorum nomina, quos aliquando dimiserat, libros statim lectos, & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. Vno tempore scripsit, dictauit, audiuit, & cum amicis fabulatus est. Si potest credi, omnes publicas rationes complexus est, ut domum priuatam quibus paterfamilias diligens non satis nouit. Et quos, & canes sic amauit, ut eis sepulchra constitueret. Oppidum Adrianotheras, in quodam loco, quod illic & feliciter esset uenatus, & ursam occidisset, aliquando constituit. De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando tandem requisit, quamdiu uerum inueniret. Libertos suos nec sciri uoluit in publico, nec aliquid apud se posse, dicto suo omnibus superioribus principibus uinia imputans liberorum. danatis omnibus libertis suis quicumque se de eo iactauerant. Vnde extat etiam illud seuerum quidem sed propè iocularare de seruis. Nam cum quodam tempore seruum suum inter duos senatores e conspectu ambulare uidisset, misit, qui ei colaphum daret, & diceret noli inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes seruus. Inter cibos unice amabat tetrapharmacum, quod erat de fasio, sumine, perna, & crustulo. Fuerunt eius temporibus fames, pestilentia, & terrae motus, quae omnia quantum potuit, procurauit multisq; ciuitatibus uastatis per ista subuenit. Fuit



## AELIUS

etiam Tyberis inundatio per Latium, multis ciuitatibus dedit tributa, multis remisit. Expeditiones sub eo graues nullae fuerunt. Bella etiam silentio penè tranfacta. A militibus propter curam exercitus nimiam multum amatus est simul quod in eos liberalissimus fuit. Parthos in amicitia semper habuit, quod inde regem retraxit, quem Traianus imposuerat. Armenijs regem habere permisit, cum sub Traiano legatum habuissent, à Mesopotamijs non exegit tributum, quod Traianus imposuit. Albanos, & Hiberos amicissimos habuit, quod reges eorum largitionibus profectus est, cum ad illum uenire contempserent. Reges Baetrianorum legatos ad eum amicitiae petendae causa supplices miserunt. Tutores sapissime dedit. Disciplinam civilem non aliter tenuit quam militarem. Senatores, & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit, nisi si à cenare uerterentur. Ipse cum in Italia esset, semper togatus processit. Ad conuiuium uenientes senatores stans excepit, semperque aut pallio tectus discubuit, aut toga submissa. diligentia iudicium sumptus conuiuij constituit, et ad antiquum modum redegit. Vehicula cum ingentibus sarcinis urbeni ingredi prohibuit. Sederi in equis in ciuitatibus non sinit. Ante octauam horam in publico neminem nisi aegrum lauare passus est. Ab epistolis, & à libellis primus eques Romanos habuit. Eos quos paupes, et innocentes uidit, sponte ditauit. Quos uero calliditate ditatos etiam odio habuit. Sacra Romana diligentissime curauit, peregrina contempsit. Pontificis Maximi officium peregit. Causas Romae, atque in prouin-

## ADRIANVS

31

cijs frequenter adhibitis consilio suo consiliibus, atque praetoribus ex optimis senatoribus. Fucinum lacum emisit. Quatuor consulares per omnem Italiam iudices constituit. Quando in Africam uenit ad aduentum eius post quinquennium pluit, atque ideo ab Africanis dilectus est. Per agratis sanè omnibus orbis partibus capite nudo, & in summis plerumque imbribus, atque frigoribus in morbum incidit letalem. Factusque de successore sollicitus, primum de Seruiano cogitauit, quem postea, ut diximus, mori coegit. Fuscum, quod imperium praesagis, & ostentis agitatis speraret, in summa detestatione habuit. Pletorium nepotem, quem tantopere ante dilexit, ut ueniens ad eum aegrotantem Adrianus impune non admitteretur, suspicionibus adductus est. Eodem modo & Terentium Gentianum & hunc uehementius, quod à Senatu diligenti uidebat. Omnes postremo, de quorum imperio cogitauit, quasi futuros imperatores detestatus est, & omnem quidem uim crudelitatis ingenitae usque eò repressit, donec in uilla Tiburtina profluo sanguinis penè ad exitum uenit. Tunc libere Seruianum quasi affectatorem imperij, quod seruis regis scenam misisset, quod in sediliregio iuxta lectum posito sedisset, quod erectus ad stationes militum senex nonagenarius processisset, mori coegit. Multis alijs interfectis uel aperte, uel per insidias. Quandoque et Sabina uxor non sine fabula ueneni dati ab Adriano defuncta est. Tunc Ceionium Commodum Nigrini generum insidiatoris quondam, sibi forma commendatum adoptare constituit. Adoptauit ergo Ceionium Commodum Verum



inuitis omnibus, eumque Aelium Verum Caesarem appellavit. Ob cuius adoptionem ludos circenses dedit, et donativum populo, ac militibus expendit, quem praetura honoravit. Ac statim Pannonijs imposuit decreto consulatu cum sumptibus. eundem Commodum secundo consulenti designavit. Quem cum minus sanum videret, sapissime dicitur in caducum parietem nos inclinavimus, et perdidimus III milies HS, quod populo, et militibus pro adoptione Commodi dedimus. Commodus autem praevaleat die, nec gratias quidem in senatu agere potuit Adriano, de adoptione. Denique accepto largius antidoto. in graevscente valetudine per somnum periit ipsis Calendis Ianuarijs. Quare ab Adriano notorium causa lugeri est veritus. Et mortuo Aelio Vero Caesare, Adrianus ingruente tristissima valetudine adoptavit Arrium Antoninum, qui postea Pius dicitur est Et eadem lege, ut ille sibi duos adoptaret Annium Verum, et Marcum Antoninum. Hi sunt, qui postea duo pariter Augusti primi Remp. gubernaverunt. Antoninus quidem Pius siccirco appellatus dicitur, quod socerum fessum aetate manu sublevarit. Quamvis alij cognomen hoc ei dicant inditum, quod multos senatores Adriano iam sciant subripuisset. Alij, quod ipsi Adrianos magnos honores post mortem detulisset. Antonini adoptionem plurimi tunc factam esse doluerunt, speciatim Atilius Severus praefectus urbis, qui sibi praeparabat imperium. Quare prodita, successore accepto dignitate privatus est. Adrianus autem ultimo vitae die iam affectus gladio se transigi a seruo iussit,

Quod cum proditum esset, et in Antonini usque notitiam venisset, ingressis ad se praefectis, et filio rogantibusque, ut aequo animo necessitatem morbi ferret, iratus illis authorem prodicionis iussit occidi, qui tamen ab Antonino servatus est. Statimque testamentum scripsit, nec tamen actus REIP. praetermisit dicente Antonino paricidam se futurum, si Adrianum adoptatus ipse pateretur occidi, et post testamentum quidam iterum se est conatus occidere, subtracto pugione servior factus est, petijt et venenum a medico, qui se ipse ne daret, occidit. Ea tempestate superuenit quaedam mulier, quae diceret somnio se monitam, ut insinaret Adriano ne se occideret, quod esset bene valiturus, quod cum non fecisset, esse caecatam. Iussam tamen iterum Adriano eadem dicere, atque genua eius osculari receptura visum, si id fecisset. Quod cum in somnio impleisset, oculos recepit, cum aqua, quae in fano erat, ex quo venerat, oculos abluisset. Venit et de Pannonia quidam natus caecus ad febrientem Adrianum, eumque contigit, quo facto, et ipse oculos recepit, et Adrianum febris reliquit. Quamvis Marius Maximus haec per simulationem facta commemoret. Post hoc Adrianus Baias petijt Antonino Romae ad imperandum relicto. Vbi cum nihil proficeret, accessit Antonino, in conspectu eius apud ipsas Baias periit die sexto Iduum Iuliarum. Inuisusque omnibus sepultus est in villa Ciceroniana Puteolis. Sub ipso mortis tempore et Seruiantum nonaginta annos a gentem, ut supra dictum est, ne sibi superuineret, atque, ut putabat, imperaret, mori coegit. Et ob

AELIVS

leues offensas plurimos iussit occidi, quos Antoninus reseruauit. Et moriens quidem hos uersus fecisse dicitur.

- Animula uagula, blandula,
- Hospes, comesq; corporis,
- Quae nunc abibis in loca
- Pallidula, rigidula, nudula,
- Nec, ut soles, dabis iocos.

Tales autem nec multo meliores fecit & gracos. Vixit annis. LXX. mensibus. V. diebus. XVII. Imperauit annis. XXI. mensibus. XI. Statura fuit procerus, forma comptus, flexo ad pectinem capillo, promissa barba, ut uulnera, quae in facie naturalia erant, te geret, habitudine robusta. Equitauit, ambulauitq; plurimum. Armisq; & pilo se semper exercuit. Venatu frequentissime Leonem manu sua occidit. Venando autem iugulum, & costam fregit. Venationem semper cum amicis participauit. In conuiuio tragœdias, comœdias, attellanas sambucas, lectores, poetas pro re semper exhibuit, Tiburtinam Villam mire exaedificauit, ita ut in ea & prouinciarum, & locorum celeberrima nomina inscriberet, uelut Lycium, Academiam, Prytanium, Canopum. Pœcilen, Tempe uocaret. Et ut nihil pratermitteret, etiam inferos finxit. Signa mortis hæc habuit, natali suo ultimo cum Antoninum commendaret, pratexta sponte delapsa caput ei opperuit. Annulus in quo imago ipsius sculpta erat, sponte de digito delapsus est. Ante diem natalis eius nescio quis ad Senatum ululans uenit. Contra quem Adrianus ita motus est, quasi de sua morte loqueretur, cum eius uerba nullus agnosceret. Idem, cum uellet

ADRIANVS

33

cum uellet in senatu dicere, post filij mei mortem, post mortem meam dixit. Somniavit præterea se à patre potionem soporiferam impetrasse. Item somniavit à Leone se oppressum esse. In mortuum eum à multis multa sunt dicta. Acta eius irrita fieri senatus uolebat nec appellatus esset Diuus, nisi Antoninus rogasset. Templum deniq; ei pro sepulchro apud Puteolos constituit, & quinquennale certemen, & flamines, & sodales, & multa alia quæ ad honorem quasi numinis pertinerent. Quare ut supra dictum est, multi putant Antoninum piuum dictum.

IULII CAPITOLINI ANTONINVS PIVS, AD DIOCLITIANVM AVGVSTVM.

ITO Aurelio Fulvio Boionio Antonino Pio paternum genus è Gallia transalpina Nemaufense .f. Auius Titus Aurelius Fuluius, qui per honores diuersos ad secundum consulatum, & præfecturam urbis peruenit. Pater Aurelius Fuluius, qui & ipse fuit COS. homo tristis, & æger. Aua materna Boninia procilla, mater Arria Faticilla. Auius maternus Arrius Antoninus bis. COS. homo sanctus, & qui Nernam miseratus esset, quod imperare cœpisset. Soror Vterina Iulia Fadilla. Vitricus Iulius Lupus consularis. Socer Annius Verus. Vxor Annia Faustina. Filij mares

ANTONINVS

duo. Duæ scemina. Gener per maiorem filiã Lamia Syllanus, per minorem Marcus Antoninus fuere. Ipse Antoninus Pius natus ē tertio decimo Calēdas Octobres, sub Domitiano duodecimo, & Cornelio Dolabella COSS. i uilla Laurina educatus Lori in Aurelia. Vbi postea palatium extruxit, cuius hodieq; reliquiae manent. Pueritiam egit cum auo paterno, mox cum materno omnes suos religiose colens, atq; adeo & consobrinorum, & Vitrici, & multorum affinium hereditate ditatus est. Fuit uir forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis uultu, & placidus ingenio, singularis eloquentiae, nitidae literaturae, praecipue sobrius, diligens agricultor, mitis, largus, alieni abstinens, & omnia haec cum mensura, & sine iactantia. In cunctis postremo laudabilis, & qui merito Numae Pompilio ex bonorum sententia comparatus. Pius cognominatus est à senatu, uel quod sacerum fessa iam aetate manu praesente senatu leuauerit. Quod quidem non satis magnae pietatis est argumentum, cum impius sit magis, qui ista non faciat, quam pius, qui debitum reddat. Vel quod eos, quos Adrianus per malam ualitudinem occidit iusserat, reseruauit. Vel quod Adriano contra omnium studia post mortem infinitos, atq; immensos honores decreuit. Vel, quod cum se Adrianus interire re uellet, ingenti custodia, & diligentia fecit, ne id posset admittere. Vel quod uere natura clementissimus, & nihil temporibus suis asperum fecit. Idem scenus trientarium, hoc est minimis usuris excoit, ut patrimonio suo plurimos adiunaret. Fuit quaestor

PIVS

34

liberalis, praetor splendidus. COS. cum Catilio Senecro. Hic in oī uita priuata in agris frequentissime uixit, sed clarus in locis oībus fuit. Ab Adriano inter quatuor cōsulares, quibus Italia cōmittebatur, electus est ad eam partē Italiae regendā, in qua plurimum possidebat, ut Adrianus uiri talis, & honori cōsuleret, & quieti. Huic cū Italiae regeret, imperij omen factū est. Nam cū tribunal ascendisset, inter alias acclamationes dictū est, Auguste diu te seruent. Pro cōsulatū Asiae sic egit, ut solus annū uinceret. In pro cōsulatū ē sic imperij omen accepit. Nā cū sacerdos scemina Trallis ex more Pro cōsules semper hoc nomine salutarer, non dixit Aue pro cōsul, sed Aue impator. Ciliciae etiam de simulachro dei ad statuam eius corona translata est. Et post cōsulatū in uiridario taurus marmoreus cornibus ramis arbori accrescentibus appensus est. Et fulgur caelo sereno sine noxa in eius domum uenit. Et in Eetruria dolia, quae defossa fuerant, supra terram reperta sunt. Et eius statuas in oī Eetruria ex amē apium repleuit. Et somnio saepe monitus, se penitus Adriani simulachrum inserere. Proficiscens ad pro cōsulatū filiam maiorem amisit. De huius uxore multa dicta sunt ob nimiam libertatem, & uiuendi facilitatem, quae iste cum animi dolore compressit. Post pro cōsulatū in consilijs Adriani Romae frequens uixit. De omnibus, quibus Adrianus consulebat, mitiorem sententiam semper ostēdēs. Genus sanē adoptionis tale fertur. Mortuo Aelio Verro, quē sibi Adrianus adoptauerat, & Caesarem nuncupauerat dies senatus habebatur. Eō Arrius An-



ANTONINVS

toninus sceleri uestigia leuans uenit, atque iccirco ab Adriano dicitur adoptatus, quæ causa sola esse adoptionis nec potuit omnino, nec debuit, maxime cum & semper Remp. bene egisset Antoninus, & in proconsulatu se sanctum, graueniq; præbuisset. Ergo cum eum Adrianus adoptare se uelle publicasset, acceptum est spatium deliberandi utrum arrogari ab Adriano uellet. Adoptionis lex Huiusmodi data est ut, quem admodum antoninus ab adriano adoptabatur, ita sibi ille adoptaret. M. Antoninum fratris uxoris suæ filium, & L. Verum ælij Veri, qui ab adriano adoptatus fuerat, filium, qui postea Verus antoninus est dictus. Adoptatus est. V. Cal. Martias die in Senatu gratias agens, quod de se ita sensisset adrianus, factusq; est patri & imperio proconsulari, & in tribunicia potestate collega. Huius primum hoc fertur, quod cum ab uxore argueretur quasi paruum nescio, quid suis largiens dixerit. Stulta posteaquam ad imperium transiimus, & illud, quod habuimus ante perdidimus. Congiarium militibus, ac populo de proprio dedit, & ea, quæ pater promiserat. Et ad opera adriani plurimum contulit, & aurum coronarium, quod adoptionis suæ causa oblatum fuerat, italicis totum medium provincialibus reddidit. Et patri, quoad uixit, religiosissime paruit, Sed adriano apud Baias mortuo, reliquias eius Romam peruenit. Sancte, ac reuertenter, atq; in hortis Domitiæ collocauit, & iam repugnantibus cunctis inter diuos eum retulit. Uxor enim Faustina augustam appellari à senatu permisit. Pij appellationem recepit. Patri, & matri, atque

PIVS

39

auis, & fratribus iam mortuis statuas decretas libenter accepit. Circenses natali suo dicatos non respuit. Alijs honoribus refutatis, clypeum adriano magnificentissimum posuit, sacerdotes instituit. Factus imperator nulli eorum, quos adrianus prouexerat, successorem dedit. Fuitq; ea constantia, ut septenis & nouenis annis in prouincijs bonos præsides detineret. Per legatos suos plurima bella gessit. Nam & Britanos per Lollium urbicum legatum uicit, alio muro cespitio summotis Barbaris ducto & Mauros ad pacem postulandam coegit, & Germanos, & Dacos, & multas gentes, atq; Iudæos rebellantes contudit, per præsides, ac legatos, In achaia etiam, atq; ægypto rebelliones repressit. Alanos molientes sæpe refrenauit, procuratores suos & modeste suscipere tributa iussit, excedentes modum rationem factorum suorum reddere præcepit, nec unquam latatus est lucro, que prouincialis oppressus est. Contra, procuratores suos conquerentes libenter audiuit. His, quos adrianus damnauerat, in senatu indulgentias petijt dicens etiam ipsum adrianum hoc fuisse facturum. Imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxit. Vnde plus creuit, recusantibus aulicis ministris, quod illo nihil per internuntios agente nec terrere poterant homines aliquando, nec ea, quæ occulta non erant, uendere. Senati tantum detulit imperator, quantum cum priuatus esset deferri sibi ab alio principe optauit. Patris patriæ nomen delatum à senatu, quod primo distulerat, cum ingenti gratiarum actione suscepit. Tertio anno imperij sui Faustina uxorem perdidit, quæ à



senatu consecrata est, delatis circensibus, atq; templo,  
 & flaminicis, et statuis aureis, atque argenteis cum  
 etiam ipse hoc concesserit, ut imago eius cunctis cir-  
 censibus poneretur. Statuam auream delatam à sen-  
 natu positam suscepit. M. Antoninum quaestorem  
 COS. petente senatu creauit. Annum Verum, q̄ por-  
 stea dictum est Antoninus, ante tempus quaestorem  
 designauit. neq; de provincijs, neq; de ullis actibus  
 quicquam constituit, nisi quod prius ad amicos retur-  
 lit, atq; ex eorum sententia formas composuit. Visus  
 est sanè ab amicis & cum priuatis testibus, & dome-  
 stica quædã gerēs. Tanta sanè diligentia subiectos sibi  
 populos rexit, ut omnia, & omnes quasi sua essent,  
 curaret. Provinciae sub eo cunctae floruerunt. qua-  
 druplatores extincti sunt. Publicatio bonorum rar-  
 rior quam unquam fuit, ita ut unus tantum proscri-  
 beretur affectatae tyrannidis reus, hoc est Atilius Ti-  
 tianus Senatu puniente, à quo conscios requiri uetuit  
 filio eius ad omnia semper adiuto. Perijt & Priscia-  
 nus reus affectatae tyrannidis, sed morte uoluntaria.  
 De qua coniuratione quæri uetuit. Victus Antonini  
 Pij italis fuit, ut esset opulentia sine reprehensione,  
 parsimonia sine sordibus, & mensa eius per propri-  
 os seruos, proprios aucupes, piscatores, & uenatores  
 institueretur. Balneum, quo usus fuisset, sine mercede  
 populo exhibuit, nec omnino quicquam de uita pri-  
 uata qualitate mutauit. Salaria multis subtraxit,  
 quos otiosos uidebat accipere, dicens. Nihil esse sordi-  
 dius immo crudelius quam si Remp. ij arroderent,  
 qui nihil in eam suo labore conferrent. Vnde etiam

Mesomedilyrico salarium imminuit. Rationes om-  
 nium prouinciarum apprime sciuit, & uectigaliũ  
 patrimonium priuatum in filiam contulit. Sed frus-  
 ctus Reip. donauit. Species imperatorias superfluas,  
 & praedia uendidit, & in suis proprijs fundis uixit  
 uarie, ac pro temporibus, nec ullas expeditiones obi-  
 it, nisi quod ad agros suos profectus est ad Campani-  
 am dicens graue esse prouincialibus comitatum prin-  
 cipis etiam nimis parci, & tamē ingenti authorita-  
 te apud omnes gentes fuit, cum in urbe propterea se-  
 deret, ut undiq; nuntios medius utpote citius posset  
 accipere. Congiarium populo dedit, militibus dona-  
 tium addidit, puellas alimentarias in honorē Fama-  
 stinae faustinianas constituit. Opera eius haec extant  
 Roma, Templum Adriani honori patris dicatum,  
 graecostasium post incendium restitutum, instaura-  
 tum amphitheatrum. Sepulchrum Adriani, Tem-  
 plum Agrippae, pons sublicius, phari restitutio, Caie-  
 tae portus, Tarracinensis portus restitutio, lauacrum  
 Ostiense. Antiatinũ aqueductus, templa Lamuriana,  
 multas et ciuitates adiuuit pecunia, ut opera uel no-  
 ua facerent, uel uetera restituerent. ita, ut et magistrat-  
 us adiuuarent, & Senatores urbis ad functiones su-  
 as. Hereditates eorum, qui filios habebant, repudia-  
 uit. Primus constituit ne poenae causa legatum relictũ  
 maneret. successorem uiuenti bono iudici nulli dedit,  
 nisi Orfito praefecto urbi sed petenti. Nam Gaius Ma-  
 ximus praefectus praetorii usq; ad uicesimum annum  
 sub eo peruerit uir seuerissimus, Cui Tadius Maxi-  
 mus successit. In cuius demortui locum duos p̄fectos

## ANTONINVS

sustinuit Fabium Repentinum, et Cornelium Victorinum. Sed Repentinus famosa uoce percussus est, quod per concubinam principis ad praefecturam uenisset usque adeo sub eo nullus percussus est senator, ut etiam paricida confessus in insula deserta poneretur, quia uiuere illi naturae legibus non licebat. Vini, olei, et tritici penuriam per aerarij sui damna emendo et gratis populo dando sedauit. Aduersa eius temporibus haec prouenerunt. Fames, de qua diximus, circum ruina, terrae motus, quo Rhodiorum, et Asiae oppida conciderunt, quae omnia mirifice instaurauit. Et Romae incendium, quod trecentas quadraginta insulas uel domos absumpsit. Et Narbonensis ciuitas, et Antiochense oppidum, et Carthaginiese fora arsit. Fuit et inundatio Tyberis. Apparuit et stella crinita. Natus est et biceps puer, et uno partu mulieris quinque pueri editi sunt. Visus est in Arabia iubaatus anguis maior solitis, qui se a cauda medium comedit. Lues etiam in Arabia fuit. Hordeum in Moesia in culminibus arborum natum est. Quatuor praeterea Leones mansueti sponte se capiendos in Arabia praebuerunt. Pharasmanes rex ad eum Romam uenit, plusque illi quam Adriano detulit. Pacorum regem Ladijs dedit. Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione solis litteris repulit. Abagarum regem ex orientis partibus sola auctoritate deduxit. Causas regales terminauit. Sellam regiam Parthorum regi repetenti, quam Traianus ceperat, pernegauit. Romae in regnum Bosphoranum audito inter ipsum. et curatorem negotio, remisit. Olbiopolitis contra Tauror

## PIVS

37

scythas in pontum auxilia misit, et Tauror scythas usque ad dandos Olbiopolitis obsides uicit. Tantum sane auctoritatis apud exteras gentes nemo habuit, cum semper amauerit pacem eo usque, ut Scipionis sententiam frequentarit, qua ille dicebat malle se unum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. Menses Septembrem atque Octobrem Antoninum, atque Faustinum appellandos decreuit senatus, sed id Antoninus respuit. Nuptias filiae suae Faustinae cum Marco Antonino eam coniungeret, usque ad donatiuum militum celeberrimas fecit. Verum Antoninum post quaesturam COS. fecit. Cum Apollonium, quem Chalcide acciuerat ad tiberinam domum, in qua habitabat, uocasset, ut ei M. Antoninum traderet, atque ille dixisset non magister ad discipulum debet uenire, sed discipulus ad magistrum, risit eum dicens. Facilius fuit Apollonio a Chalcide Romam uenire, quam a domo sua in palatium. Cuius auaritiam etiam mercedibus notauit. Inter argumenta pietatis eius et hoc habetur, quod cum Marcus mortuum educatorem suum fleret, uocareturque ab aulicis ministris, ab ostentatione pietatis ipse dixerit, permittite inquit illi, ut homo sit, neque enim uel philosophia, uel imperium tollit affectus. Praefectos suos et locupletauit, et ornamentis consularibus donauit. Si quos repetundarum damnauit, eorum liberis bona paterna restituit. Ea tamen lege, ut illi provincialibus redderent, quod parentes acceperant. Ad indulgentias pronissimus fuit, edita munera, in quibus elephantos, et crocotas, et tigrides, et rhinocerotas, et crocodilos etiam atque

## ANTONINVS

hippotomos, & omnia ex toto orbe terrarum cū tigridibus exhibuit. Centum etiā leones una missiōe edidit. Amicis suis in imperio suo non aliter usus ē, quā priuatus, quia & ipsi nunquam de eo cum libertis suis per fumum aliquid uendiderunt, siquidem libertis suis seuerissime usus est. Amavit histrionum artes, piscando se & uenando nullum oblectauit, et deambulatione cum amicis, atq; sermone. Vindemias priuato modo cum amicis agebat. Rhetoribus, & philosophis per omnes provincias & honores, et salaria detulit. Orationes pleriq; alienas esse dixerunt, quæ sub eius nomine feruntur. Marius Maximus eius proprias fuisse dicit. Coniuiua cum amicis et priuata communicauit, & publica, nec ullum sacrificiū per uicarium fecit, nisi cum æger fuit. Cum sibi, & filijs honores peteret, omnia quasi priuatus fecit. frequentaui & ipse amicorum suorum coniuiua. Inter alia etiam hoc ciuitatis eius præcipuum argumentum est, quod cum domum Onuli uisens, miransq; columnas porphyreicas requisisset unde eas haberet, atq; Onulus ei dixisset, cum in domum alienam ueneris & mutus, et surdus esto, patienter tulit. Cuius Onuli multa ioca semper patienter accepit. Multa de iure sanxit. ususq; est uiris peritis Vindio Vero, Saluio Valente, Volusio Metiano, Vlpio Marcello, & Labolenno. Seditioes ubicunq; factas non crudelitate, sed modestia, & grauitate compressit. Intra urbes sepeliri mortuos uetuit. Sumptum numeribus gladiatorijs instituit, Vehicularium cursum summa diligentia subleuauit. Omnium, quæ gessit, & in senatu, & per

## PIVS

38

edicta rationem reddidit. Perijt anno LXX sed quasi adolescens desideratus est. Mors autem eius talis fuisse narratur. Cum alpinum caseum in cena edisset auidius, nocte reiecit, atque alia die febre commotus est. Tertia die, cum se grauari uideret. M. Antonino Remp. & filiam presentibus præfectis commendauit. Fortunamq; auream, quæ in cubiculo principum poni solebat, transferri ad eum iussit, signum tribuno æquanimittatis dedit, atq; ita conuersus quasi dormiret, spiritum reddidit. Apud Lorium alienatus in febre nihil aliud quā de Rep. & de his regibus, quibus irascebatur, locutus est. Priuatum patrimonium filia reliquit. Testamento autem omnes suos legatis idoneis prosecutus est. Fuit statura eleuata decorus. Sed cum esset longus, et senex, incuruareturq; tiliaceis tabulis in pectore positus fasciabatur, ut relictus incederet. Senex etiam ante quā salutatores uenirent, panem siccum comedit ad sustentandas uires. Fuit uoce rauca & sonora. Cum incunditate à senatu DIUVS est appellatus cunctis certatim aduentibus, cum omnes eius pietatem, clementiam, ingenium, sanctimoniam laudarent. decreti etiam sunt oēs honores, qui optimis principibus ante delati sunt. Meruit & flaminem, et Circenses, & templum, & sodales Antonianos, solusq; omnium propè principum prorsus sine ciuili sanguine, et hostili, quantum ad se ipsum pertinet, uixit. Et qui rite comparetur Numæ. cuius felicitatem, pietatemq; & securitatem, carimoniasq; semper obtinuit.



IVLII CAPITOLINI. M. ANTONINI  
NINVS PHILOS.

*Arco Antonino in omni uia philo-  
sophati uiro, qui uita sanctitate om-  
nibus principibus antecellit, pater  
Annius Verus, qui in praetura de-  
cessit. Auis Annius Verus iterum  
COS. & praefectus urbi ascitus in  
patritios a principibus Vespasiano, & Tito CENS-  
S. Patruus annius Libo COS. Amita Galleria Faustina  
Augusta, Mater Domitia Caluilla Caluisij Tulli II  
COS. filia. Proauus Paternus Annius Verus prae-  
torius ex Succubitano municipio ex Hispania factus se-  
nator. Proauus maternus Catilius Seuerus bis COS.  
et praefectus urbi. Auis paterna Rupilia Faustina Rupi-  
lij Boni consularis filia frere. Natus est Marcus Romae  
sexto Cal. Maias in monte Coelio in hortis aui sui inter  
& augure COSS. Cuius familia in originem recur-  
res a Numa probatur sanguinem trahere, ut Marius  
Maximus docet. Item a rege Salentino Malennio Dar-  
summi filio, qui Lupias condidit. Educatus est in eo  
loco, in quo natus est, & in domo aui sui Veri iuxta  
aedes Laterani. Habuit & uxorem natam minore aui-  
niam Cornificiam uxorem Anniam Faustinam con-  
sobrini suam. M. Antoninus principio aui sui nomen  
habuit et catilij Seueri materni proauis. Post excessum  
uero patris ab Adriano Annius Verissimus uocatus  
est. Post uirilem autem togam Annius Verus patre  
mortuo ab aui paterno adoptatus est, & educatus.*

PHILOS.

39

*Fuit a prima infantia grauis. At ubi egressus est an-  
nos, qui nutricum fouetur auxilio, magnis praecepto-  
ribus traditus ad philosophiae scita peruenit. Usus est  
magistris ad prima elementa Euphorione litterato-  
re, & Gemino comedo, musico androne, eodemque  
geometra. Quibus omnibus, ut disciplinarum au-  
thoribus plurimum detulit. Usus praeterea gram-  
maticis graeco Alexandro, quotidianis Latinis Trofio A-  
pro, & Pollione, & Eutichio Proculo Siccensi. Ora-  
toribus usus est graeco Annio Macro, Caninio Cele-  
re, & Herode Attico, Latino Frontone Cornelio. Sed  
multum ex his Frontoni detulit. Cui & statuam in  
senatu petijt. Proculum uero usque ad procosulatum  
prouexit. Honoribus in se receptis, philosophiae ope-  
ram uehementer dedit, & quidem adhuc puer. Na-  
duodecimum annum ingressus habitum philosophi  
sumpsit, & deinceps tolerantiam cum studeret, in  
pallio, & humi cubaret. Vix autem matre agente in-  
strato pellibus lectulo accubaret. Usus est etiam Co-  
mo magistro, cuius ei affinitas fuerat destinata. Usus  
est et Apollonio Chalcedonio stoico philosopho. Tamen  
autem studium in eo philosophiae fuit, ut ascitus iam  
in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum A-  
pollonij discendi causa ueniret. Audiuit & Sextam  
Cheronensem Plutarchi nepotem. Iunium Rusticum.  
Claudium Maximum, & Cinnam Catulum stoi-  
cos. Peripatetica uero studiosos audiuit Claudium Se-  
uerum, & praecipue Iunium Rusticum, quem &  
reueritus est, & sectatus, qui domi, militiaeque pollebat,  
stoica disciplina peritissimum, cum quo omnia com-*



nuricavit publica, priuataq; cōsilia. Cui etiam ante  
 praefectos praetorio semper osculum dedit, quem &  
 COS. iterum designauit. Cui post obitum à senatu sta-  
 tuas postulauit. Tantum autem honoris magistris  
 suis detulit, ut imagines eorum aureas in Larario ha-  
 beret, ac sepulchra eorum additis hostijs & floribus  
 semp ornaret. Studuit & iuri audiens Lucium Volu-  
 sium Metianum, tantumq; operis & laboris studiis  
 impedit, ut corpus afficeret. Atq; in hoc solo pueri-  
 tia eius reprehenderetur. Frequentauit & declama-  
 torum scholas publicas. Amavitq; ex condiscipulis  
 praecipuos senatorij ordinis Seium Fuscianum, &  
 Aufidium Victorinum, ex equestri Bebium Longū,  
 & Calenum, in quos maxime liberalis fuit. Et ita  
 quidem, ut quos non posset ob qualitatem uitae Reip.  
 praepone, locupletatos teneret. Educatus ē i Adria-  
 ni gremio, qui illum, ut supra diximus, Verissimum  
 nominabat, & qui ei honorem, qui & publicis exen-  
 nijs, detulit Octauo aetatis anno in Saliorum collegi-  
 um retulit. In saliatu omen accepit imperij coronis  
 omnibus in puluinar ex more iacentibus alia alijs lo-  
 cis haeserunt. Huius uelut manu capiti Martis aptata  
 est. Fuit in eo sacerdotio & praesul, & uates, & ma-  
 gister, & multos inaugurauit, atque exaugurauit  
 nemine praeeunte, quod ipse carmina cuncta didicis-  
 set. Virilem togam sumpsit XV aetatis anno statim  
 que ei. L. Ceionij Commodi filia desponsata est ex  
 Adriani uoluntate. Nec multo post praefectus feri-  
 rum latinarum fuit. In quo honore praeclearissime se  
 pro magistratibus agentem, & in conuiujs Adria-

ni principis ostendit. Post hoc patrimonium pater-  
 num sorori totum concessit. Cum eum ad diuisionem  
 mater uocaret, respondit amibonis se esse conten-  
 tum addens, ut & mater, si uellet, in sororem suam  
 patrimonium conferret, ne inferior esset soror mari-  
 to. Fuit autem uitae indulgentia, ut cogere nonnun-  
 quam uel in uenationes pergere, uel in theatrum de-  
 scendere, uel spectaculis interesse. Operam praete-  
 rea pingendo sub magistro Diogeneto dedit. Ama-  
 uit pugilantium luctamina, & cursum, & aucupar-  
 tus, & pila lusit apprime, & uenatus est. Sed ab  
 omnibus his intentionibus, studium eum philoso-  
 phiae abduxit, seruumque, & grauen reddidit, non  
 tamen prorsus abolita in eo comitate, quam praeci-  
 pue suis, mox amicis, atque etiam minus notis exhi-  
 bebat, cum frugi esset sine contumacia, uerecundus  
 sine ignauia, sine tristitia grauis. His ita se habentibus  
 cum post obitum. L. Caesaris, Adrianus suc-  
 cessorem imperij quaereret, nec idoneus utpote des-  
 cem & octo annos agens Marcus habetur. Amicae  
 Marci uirum Antoninum Pium<sup>3</sup> Adrianus ea lege  
 adoptionem legit, ut sibi Marcum Pius adoptaret,  
 Ita tamen, ut & Marcus sibi Lucium Commodum  
 adoptaret. Sanè ea die, qua adoptatus est Verus in  
 somnis se humeros eburneos habere uidit, sciscitatusq;  
 q; an apti essent oneriferundo, solito reperit fortiores.  
 Vbi autem comperit se ab Adriano adoptatum, ma-  
 gis est deterritus, quam laetatus. Iussusq; in Adriani  
 e priuata, domum migrare, inuitus de maternis hor-  
 tis recessit. Cumque ab eo domestici quaererent, cur

tristis in adoptionem regiā transfret, disputauit, quæ mala in se contineret imperium. Tunc primum pro annio aurelius cœpit uocari, quod in aureliani, hoc est antonini adoptionis iura transisset. Octauio decimo ergo ætatis anno adoptatus in secundo consulatu antonini iam patris sui adriano ferente gratia ætatis facta Quæstor est designatus adoptatusq; in aulicam domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiã quãtã priuatus exhibuit. Eratq; haud secus rei suæ q̄ in priuata domo parcas, ac diligens pro instituto patris uolēs agere, dicere, cogitare. adriano Baijs ab sumptō, cum Pius ad uehēdas eius reliquias esset profectus, relictus Romæ auo busta impleuit. Et gladiatorii quasi priuatus quæstor edidit munus. Post excessum adriani statim Pius per uxorem suam Marcã sciscitatus est, & cum dissolutis sponsalibus, quæ cū L. Ceionij Commodi filia despōderi uoluerat, impar adhuc ætati esset de habita deliberatione cogitare uelle se dixit. His ita gestis, adhuc quæstorem, & COS. secū Pium Marcum designauit, & Cæsaris appellatione donauit. & Seuerum turmisequitum Romano rumiam COS. designatum creauit. Et edenti cū collegis ludos seuirales adfedit, & in tiberinam domū transgredi iussit, & aulico fastigio renitentem ornauit. Et in collegia sacerdotum iubente senatu recepit, secundum etiam COS. designauit, cum ipse quartū pariter iniret, per eadem tempora cum tantis honoribus occuparetur, & cum formandus ad regendum status Reip. patris actibus interesset, studia cupidissime frequentauit. Post hæc Faustianam duxit uxorem,

& suscepta

& suscepta filia, tribunitia potestate donatus est, atq; imperio extra urbem pro consulari addito iure quinta relationis, tantumq; apud Pium ualuit, ut nunquam quēquam sine eo facile promouerit. Erat autē in summis obsequijs patris Marcus, quamuis non deessent, qui aliqua aduersum eum insusurrarent, & præceteris Valerius Omulus, qui cum Lucillam matrem Marci in uiridario uenerantem simulachrum Apollinis uidisset, insusurravit, illa nunc rogat, ut diem tuum claudas, & filius imperet, quod omnino apud Pium nihil ualuit. Tanta erat Marci probitas & tanta in imperatorio principatu modestia. æstimationis autem tantam curam habuit, ut & procuratores suos puer semper moneret, nequid arrogantius facerent, & hereditates delatas reddens proximis aliquando respuerit. Deniq; per uiginti & tres annos in domo patris ita uersatus, ut eius quotidie amor cresceret, nec præter duas noctes per tot annos ab eo mansit diuersis uicibus. Ob hoc Antoninus Pius, cum sibi adesse finem uitæ uideret, uocatis amicis, & præfectis, ut successorem eum imperij omnibus commendauit, atq; firmavit, statimq; signo æquanimitatis tribuno dato, fortunam auream, quæ in cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transire iussit. Bonorum maternorum partem Uuidio Quadrato Sororis filio, quia illa iam mortua erat tradidit. Post excessum Diui Pij à Senatu coactus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designauit, quem L. Aurelium Verum Commodum appellauit. Cæsaremq; atq; Augustum dixit, atq; ex

eo pariter ceperunt Remp. regere. Tuncq; primum Romanum imperium duos Augustos habere cepit licitum, cū alio participasset in Antonini mox ipsum nomen recepit, & quasi pater. L. Commodi esset, & Verum eū appellauit addito Antonini noīe, filiamq; suam Lucillam fratri despondit. Ob hāc coniūctionem pueros, & puellas nouorum hoīum frumentariae p̄ceptioni ascribi praeceperunt. Actis igitur q̄ agenda fuerant in senatu, pariter castra praetoria petuerunt, & uicena millia nummum singulis ob participatum iperium militibus promiserunt, & ceteris prorata. Adriani autem sepulchro corpus patris intulerunt magnifico exequiarum officio, mox iustitio secuto publice quoq; funeris expeditus est ordo. Et laudauere uterq; pro rostris patrem flaminēq; ei ex affinibus, & sedales ex amicissimis Aurelianos creauerunt. Adepti imperium ita ciuilitate se ambo egerunt, ut lenitatem Pij nemo desyderaret, cum eos Marullus sui temporis mimographus cauillando impune perstringeret. Funebre munus patri dederunt. Dabat se Marcus totum philosophiae amorē ciuium affectans. Sed interpellauit istam felicitatem, securitatemq; imperatoris prima Tyberis inundatio, quae sub illis grauissima fuit, quae res et multa urbis aedificia uexauit, & plurimum animalium interemit, & famem grauissimam peperit. Quae omnia mala Marcus & Verus sua cura, & praesentia temperauit. Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, quod Vologeses paratum sub Pio Marci & Veri tempore indixit fugato Atindio Cornelio, qui Syriam tunc administrabat. Im-

minebat etiam Britannicum bellum, & Catthi in Germaniam, ac Rhetiam irruerant, & aduersus Britanos quidem Calphurnus agricola missus est, contra Catthos Aufidius Victorinus. Ad Parthicum uero bellum senatu consentiente, Verus frater eius missus est. Ipse Roma remansit, quod res urbanae imperatoris praesentiam postularent. Et Verum quidem Marcus Capuam usque profecutus amicis comitantibus e senatu ornauit, additis officiorum omnium principibus. Sed cum Romam redisset Marcus, cognouissetque Verum apud Canusium aegrotare, ad eum uidendum contendit, susceptis in senatu uotis, quae posteaquam Romam redijt, audita Veri transmissioe statim reddidit. Et Verus quidem posteaquam in Syriam uenit, in delitijs apud Antiochiam, & Daphnen uixit, armisque se gladiatorijs, & uenatibus exercuit, cum per legatos bellum Parthicum gerens imperator appellatus esset, cum Marcus horis omnibus Reip. actibus incubaret, patienterq; delitijs fratris & propè inuitus, ac uolens ferret. Deniq; omnia, quae ad bellum erant necessaria Romae positus, & disposuit Marcus, & ordinauit. Gestae sunt res in Armenia prospere per statutum Priscum Artaxatis captis. Delatumq; Armeniacum nomen utriusque principum. Quod Marcus per uerecundiam primo recusauit, postea tamen recepit. Profligato autem bello uterq; Parthicus appellatus est. Sed hoc quoq; Marcus delatum nomen repudiauit, quod postea recepit. Patris patriae autē nomen delatum fratre absente in eiusdem praesentiam distulit, medio belli tempo-



## M. ANTONINVS

re & Ciuicam patrum Veri, & filiam suam nupturam commissam sororis suæ curæ eandem locupletatam Brundisium usq; deduxit, & ad eum misit. Romam uero statim redijt reuocatus eorum sermonibus, qui dicebant Marcum uelle finiti belli gloriam sibi uendicare, atq; iccirco in Syriam proficisci. Ad procōsulem scribit, neq; filia suæ iter facienti occurreret. Inter hæc liberales causas ita munuit, ut primus iuberet apud præfectos ærarij. Saturni unūquēq; ciuium natos liberos profiteri intra tertium diē nomine imposito per prouincias, tabulariorū publicorum usum instituit. Apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij, ut si forte aliquis in prouincia natus causam liberale diceret, testatiōes inde ferret, atq; hanc totam legem de assertionibus firmavit. Aliasq; de mensarijs, & auctiōibus tulit. Senatū multis cognitionibus, & maxime ad se pertinentibus iudicem dedit. De statu etiam defunctorum intra quinquennium quæri iussit, neque quisquam principum amplius senatui detulit. In senatus autem honorificentia multis prætorijs, & consularibus priuatis decidenda negotia delegauit, quo magis eorum cum exercitio iuris authoritas cresceret. Multos ex amicis in senatū allegit cum ædilitijs, aut prætorijs dignitatibus. multis senatoribus, uel pauperibus sine crimine dignitates tribunitias ædilitiasq; concessit, nec quēquam in ordinem legit, nisi quem ipse bene scisset. Hoc quoq; senatoribus detulit, ut quoties de eorum capite esset iudicandum, secretò pertractaret, atq; ita in publicum prodiret. Nec pa-

## PHILOS

43

teretur eqtes Romanos talibus interesse causis. Semper autem cum potuit, interfuit senatui, etiam si nihil esset referendum, si Romæ fuit. Si uero aliquid referre uoluit, etiam de Campania ipse uenit. Comitijs præterea etiam usq; ad noctem frequenter interfuit, neq; unquam recessit de curia, nisi COS. dixisset, nihil uos moramur patres cōscripti. Sin autem appellationibus à COS. factis iudicem dedit, iudiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit. Fastis dies iudicarios addidit, ita ut ducentis triginta dies annuos rebus agendis, litibusq; disceptandis constitueret. prætorem tutelare primus fecit, cū ante tutores à COSS. poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. de curatoribus uero, cum ante non nisi ex lege lectoria, uel propter lasciuiam, uel propter clementiam darentur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis. Cavit & sumptibus publicis, & calumnijs quadruplatorum intercessit apposita falsis delatoribus nota. Delationes, quibus fiscus augeretur, contempsit. De alimētis publicis multa prudēter inuenit. Curatores multis ciuitatibus quolatus senatorias tenderet dignitates, à senatu dedit. Italicis ciuitatibus famis tempore frumētum ex urbe donauit. Omniq; frumentariæ rei consuluit. Gladiatoria spectacula omnifariam temperauit. Temperauit autem scenicas donationes iubens ut quos aureos scenici acciperent, ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur. Vias etiam urbis, atq; itinerum diligentissime curauit. Rei frumentariæ grauiter prouidit. Datis iuridicis Italiae consuluit ad id exemplū



quo Adrianus consulares viros reddere iura præceperat. Hispanijs exhaustis italica allectione contra Traiani præcepta uerecunde consuluit. Leges etiam addidit de uicesima hereditatum, de tutelis liberorum, de bonis maternis, & item de filiorum successionebus pro parte materna, utq; senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent. Dedit præterea curatoribus regionum, ac uiarum potestatem, ut uel punirent, uel ad præfectum urbi puniendos remitterent eos, qui ultra uectigalia quicquam ab aliquo exegissent. Ius autem magis uetus restituit, quam nouum fecit. Habuit secum præfectos, quorum & authoritate & periculo semper iura dictauit. Vsus autem est Scæuola præcipue iurisperito Cum populo autem non aliter egit, quam est actum sub ciuitate libera. Fuitq; per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis à malo. Inuitandis ad bona remunerandis copia, indulgentia liberandis. Fecitq; ex malis bonos, ex bonis optimos. moderate etiam cauillationes nonnullorum ferens. Nam cum quendam Veterasimum famæ detestandæ honorem petentem moneret, ut se ab opinionibus populi uendicaret, & ille contra respondisset, multos, qui secum in arena pugnassent, se prætores uidere, patienter tulit. ac ne in quenquam facile uindicaret, prætorem, qui quædam pessime egerat, non abdicare se prætura iussit, sed collegæ iurisdictionem mandauit. Fisco in causis compendij nunquam iudicans fuit. sanè quamuis esset constans, erat etiam uerecundus. Postquam autem à Syria uictor redijt frater, patris patriæ nomen ambobus decretum est.

Cum se Marcus absente Vero, erga omnes senatores, atq; homines moderatissime gessisset. Corona præterea ciuica oblata est ambobus. Petijtq; . L. ut secum Marcus triumpharet. Petijt præterea L. ut filij Marci Casares appellarentur. Sed Marcus tanta fuit moderatione, ut cum simul triūphasset, tñ post mortem Lucium tñ Germanicum se uocaret, qd sibi bello proprio pepererat. In triumpho autem liberos Marci utriusq; sexus secum uexerunt. ita tñ, ut et puellas uirgines ueherent. Ludos et ob triumphum decretos spectauerunt habitu triūphali. Inter cætera pietatis eius hæc quoq; moderatio prædicanda est. cunabulis post puerorum lapsum culcitrâs subiiciussit. Vnde hodieq; recte prætenditur. Dum parthicum bellum geritur, natum est Marcomanicum, quod diu eorum, qui aderant, arte suspensum est, ut finito iam orientali bello, Marcomanicum agi posset. Et cum famis tempore populo insinuasset de bello, si atre post quinquenniū reuerso in senatu egit ambos necessarios dicens bello Germanico impatores. Tantus aut timor belli Marcomanicifuit, ut undiq; sacerdotes Antoninus acciuerit, peregrinos ritus impleuerit, Romam omni genere lustrauerit. Retardataq; belli profectio sic celebrauit, & Romano ritu lectiſterna per VII dies. Tanta autem pestilentia fuit, ut uehicularum cadauera sint exportata, sarracisq;. Tunc autem Antonini leges sepeliendi, sepulchrorumq; asperrimas sanxerunt. Quandoquidem cauerunt, ut si quis uellet, fabricaret sepulchrum, quod hodieq; seruatur, & multa quidem millia pestilentia cōsumpsit, multosq; ex proceribus, quorum

amplissimis Antoninus statuas collocavit. Tantaq; clementia fuit, ut & sumptu publico uulgaria funera iuberet efferi. & uano cuidam, qui diripiendæ urbis occasionem cum quibusdam conscijs requirens de caprifici arbore in campo Martio concionabundus ignem de cælo lapsurum, finemq; mundi affore diceret, si ipse lapsus ex arbore in ciconiam uerteretur cum statuto tempore decidisset, atq; ex sinu ciconiam emisisset, perducto ad se, atq; confesso ueniam daret. Profecti tamen sunt paludati ambo imperatores Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus, alijs etiam gentibus, quæ pulsæ à superioribus Barbaris fugerant, nisi reciperentur bellum inferentibus. Nec paruum profuit ista profectio, cum aquileiam usq; uenissent. Nam pleriq; reges & cum populis suis se retraxerunt, & tumultus authores interuenerunt. Quadi autem amisso rege suo, non prius se confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quam id nostris placuisset imperatoribus. Lucius tamen inuitus profectus est. Cum pleriq; ad legatos imperatorum mitterent defectionis ueniam postulantes. Et Lucius quidem quod admissus esset præfectus prætorio Furius Victorinus, ut quæ pars exercitus interisset, redeundum esse censebat. Marcus autem fingere Barbaros existimans & fugam, & cætera, quæ securitatem bellicam ostenderent, ab hoc ne tanti apparatus mole præmeretur, instandum esse dicebat. Deniq; transcens alpibus, longius processerunt, composueruntq; omnia, quæ ad munimen Italiae atq; Illyrici pertinebant. Placuit autem urgente Lucio, ut præmissis ad senat

rum litteris Lucius Romam rediret. Via quoq; posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in uehiculo Lucius apoplexi arreptus periit. Fuit autem consuetudo Marco, ut in circensium spectaculo legeret, audiretq; ac subscriberet. Ex quo quidem sæpe iocis popularibus dicitur laceffitus. Multum sanè potuerunt liberti sub Marco & Vero Geminas & Agaclytus. Tantæ ante sanctitatis fuit Marcus, ut Veri uitia & calauerit, & defenderit, cum ei uehementissime displicerent, mortuumq; eum DIVVM appellauerit. Amittasq; eius, et scrores honoribus, & salariis decretis subleuauerit, atq; prouexerit, sacrisq; eum plurimis honorauerit, flaminem & Antonianos sodales & omnes honores, qui diuis habentur, eidem dedicauit. Nemo est principum, quem non grauis fama perstringat usque adeo, ut etiam Marcus in sermone uenerit, quod Verum uel ueneno ita sustulerit, ut parte cultri ueneno lita uuluam incidere ueritatam partem fratri edendam propinans, & sibi innoxiam reseruans, uel certe per medicum posidippum, qui ei sanguinem intempestiue dicitur emisisse. Cassius post mortem Veri à Marco desciiuit. Nam in suos tanta fuit benignitate Marcus, ut cum in omnes propinquos cuncta honorum ornamenta contulerit, tum in filium Commodum & quidem scelestum, atque impurum cito nomen Casaris et mox sacerdotium, statimq; nomen imperatoris, ac triumphæ participationem & consulatum. Quo quidem tempore sine imperatoris filio ad triumphalem curram in circo pedes cucurrit. Post Veri obitum Marcus Anto

ninus solus Remp. tenuit multo melior, & feracior ad uirtutes, quippe qui nullis Veri iam impediretur aut simulatis callidæ seueritatis, quo ille ingenito uicio laborabat, erroribus. Aut ijs, qui præcipue displicebant. M. Antonino iam inde à primo ætatis suæ tempore uel institutis mentis prauæ uel moribus. Erat. n. ipse tantæ tranquillitatis, ut uultum nunquam mutauerit mœrore, uel gaudio philosophiæ deditus stoicæ, quam & per optimos quoq; magistros acceperat, & undiq; ipse collegerat. Nam & Adrianus hunc eundem successorem parauerat, nisi & ætas puerilis obstinisset. Quod quidem apparet ex eo, quod generum Pio hunc eundem delegit, ut ad eum dignum utpote uirum quandocunq; Romanum perueniret imperium. Ergo prouincias post hæc ingenti moderatione, ac benignitate tractauit. Contra Germanos res feliciter gessit. Speciale ipse bellum Marcomanicum, sed quanta nulla unquam memoria fuit, tñ uirtute, tum etiam felicitate transegit. Et eo quidem tempore, quo pestilentia grauis multa millia & popularium, et militum interemerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vuandalis, simul etiam Quadis extinctis, seruitio liberauit. Et Romæ cum Commodo, quem iam Cæsarem fecerat, filio, ut diximus, suo triumphauit. Cum autem ad hoc bellum omne ærarium exhausisset suum, neq; in animum induceret, ut extra ordinem prouincialibus aliquid imperaret, in foro diui Traiani aedificationem ornamentorum imperialium fecit. Vendiditq; aurea pocula, & cristallina, & myrrhina. uasa etiam regia, & uestem

uxoriam sericam & auratam, gemmasq; etiã, quas multas in repositoio sanctiore Adriani repererat, et per duos quidem menses hæc uenditio celebrata est. ac ne prouincialibus esset molestus præter uestes & uasa aurea adhuc & signa cum tabulis magistrorum, & artificum uendidit. Tantumq; auri redactum, ut reliquias Belli Marcomannici ex sententia persecutus postea dederit potestatem emptoribus, ut si quis uellet, empta redderet, atque aurum recipere sciret licere. Nec molestus illi fuit, qui uel non reddidit empta, uel reddidit. Tunc uiris clarioribus permisit, ut eodem cultu, quo & ipse uel ministerijs similibus conuiuia exhiberent. In munere autem publico tam magnanimus fuit, ut centum leones una missione simul exhiberet, & sagittis interfectos. Cum igitur in amore omnium imperasset, atq; ab alijs modo frater, modo pater, modo filius, ut cuius ætas sinebat, & diceretur & amaretur, octauodecimo anno imperij sui sexagesimo & primo uitæ diem ultimū clausit. Tantusq; illius amor eo die regij funeris claruit, ut nemo illum plangendum censuerit, certis omnibus, quod ab alijs accommodatus ad deos redisset. Denique prius quam finis conderetur, ut pleriq; dicunt, quod nunquam antea factum fuerat, neque postea, senatus populusq; non diuisis locis, sed in una fide propiciū deum dixit. Hic sanè uir tantus, & talis, ac dijs uitæ & morte coniectus filium Commodum dereliquit, qui si felix fuisset, filium non reliquisset. Et parum sanè fuit, quod illi honores diuinos omnis ætas, omnis sexus, omnis peditio, ac



dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus iudicatus est, qui eius imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam uel potuit habere, uel debuit. Denique hodieq; in multis domibus. M. Antonini statuæ constant inter deos penates. nec defuerunt homines, qui somnijs eum multa prædixisse augurantes futura, & uera concinuerunt. Vñ etiam templum ei constructum dati sacerdotes Antoniani, & sodales, & flamines, et omnia, quæ de sacrañs decreuit antiquitas. Aiunt quidam, quod uerisimile uidetur, Commodum Antoninum successorem illius, ac filium non esse de eo natum, sed de adulterio. Ac talem fabellam uulgari sermone cotexunt. Faustina quondam Pij filiam Marci uxorem cum gladiatores transire uidisset, uirius ex his amore succensam, cum longa ægitudine laboraret, uiro de amore confessam. Quod cum ad Chaldaeos Marcus retulisset, illorum fuisse consilium, ut occiso gladiatore sanguine illius sese Faustina subleuaret, atq; ita cum uiro concumberet. Quod cū esset factum, solutum quidem amorem, natum uero Commodum gladiatorem esse, non principem, qui mille propè pugnas publice populo inspectante gladiatorias imperator exhibuit, ut in uita eius docebitur. Quod quidem uerisimile ex eo habetur, quod tã sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arenarius, nullus postremo ex omnium dedecorū, ac scelerum colluione concretus. Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum, siquidem Faustina satis constet, apud Caietam condiciones sibi & nauticas,

& gladiatorias elegisse, de quo cum diceretur Antonino Marco, ut eam repudiaret, si non occideret, dixisse fertur, si uxorem dimittimus, reddamus et dotem. Dos autem quid habebatur, nisi imperiū, quod ille ab socero uolente Adriano adoptatus acceperat? Tantum sanè ualet boni principis uita, sanctitas, tranquillitas, pietas, ut eius famam nullius proximi decoloreret inuidia. Deniq; Antonino, cum suos mores semper teneret, neq; alicuius insusurratione mutaretur, non obfuit gladiator filius, uxor infans, deus usq; etiam nunc habetur, ut uobis ipsi sacratissime imperator Dioclitiane & semper uisum est, & uidetur, quod eum inter numina uestra non ut ceteros, sed specialiter ueneramini, ac saepe dicitis uos uita, et clemētia tales esse cupere, qualis fuit Marcus. Etiam si philosophia, nec Plato esse possit, si reueratori uita et quidem hæc breuiter, et congeste. Sub M. Antonino hæc sunt gesta. Post fratrem primum corpus eius Romam deuectum est, et illatum maiore sepulchris, diuini honores decreti. Deinde cum gratias ageret senatui, quod fratrem consecrasset, occulte ostendit omnia bellica consilia sua fuisse, quibus superati sunt Parthi. Addidit præterea quædam, quibus ostendit nunc demum se quasi à principio acturum esse Remp. amoto eo, qui remissior uidebatur. Nec aliter senatus accepit, quam Marcus dixerat, ut uideretur gratias agere, quod Verus excessisset uita. Omnibus deinde sororibus, et affinis, et liberis iuris, & honoris, et pecuniæ plurimum detulit. Erat enim famæ suæ curiosissimus requirens ad uerum quid quisq; de se diceret, emendās



## M, A N T O N I N V S

quæ bene reprehensa uiderentur. Proficiscens ad bellum Germanicum filiam suam non decurso luctu tempore grandæuo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochensi, nec satis nobili, quem postea bis COS. fecit, cum filia eius Augusta esset, & Augustæ filia. Sed has nuptias & Faustina, & ipsa, quæ dabatur, inuita habuerunt. Cum Marri Hispanias propè omnes uastarent, res per legatos bene gestæ sunt. Et cum per Aegyptum Bucolici milites grauiam multa fecissent, per Auidium Cassium reuersi sunt, qui postea tyrannidem arripuit. Sub ipsius profectiois diebus in secessu prænestino agens filium nomine Verum Cæsarem ex æcto sub aure tubere septennem amisit, quem non plus quinque diebus luctu. Consolatusque etiam medicos adhibuit publicis reddidit. Et quia ludi Iouis OPT. MAX. erant, interpellari eos publico luctu noluit. Iussitque ut statuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & imago aurea circensibus per pompam ferenda. Et ut saluari carmini nomen eius inferretur. Instante sanè adhuc pestilentia, & deorum cultum diligentissime restituit, & seruos quæ admodum bello punico factum fuerat, ad militiam parauit, quos uoluntarios exemplo Volonæ appellauit. Armauit etiam gladiatores, quos obsequentes appellauit latrones. Etiam Dalmatiam, atque Dardaniæ milites fecit, Armauit & Dio cmitas, emit et germanorum auxilia contra Germanos. Omni præterea diligentia parauit legiones ad Germanicam, & Marcomanicam bellum, & ne provincialibus eēt molestus, auctio nem rerum auilicarum, ut diximus, fecit in foro diui

## P H I L O S

48

Traiani, in qua præter uestes, & pocula, & uasa aurea etiam signa cum tabulis magnorum artificum uen didit. Marcomannos in ipso transitu Danubij deleuit, & prædam provincialibus reddidit. Gentes oēs ab Illirici limine usque in Galliam conspirauerunt, ut Marcomanni, Varistæ, Hermunduri, & Quadi, Sueni, Sarmatæ, Latringes, & Burei, Hyalij, Peucini, Costoboci. Coniunctuales Sosisbes, Sicobotes, Rhoxolani, Basternæ, Alani. Imminebat & Parthicum bellum, & Britannicum. Magno igitur labore etiam suo gentes asperrimas uicit militibus sese inuitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis, & præfectis prætorio. Accepitque in deditionem Marcomannos plurimos in Italiam traductis. Semper sanè cum optimatibus non solum bellicas res, sed etiam civiles prius quam faceret aliquid, contulit. Denique sententia illius præcipua semper hæc fuit. Aequius est, ut ego tot, & talium amicorum consilium sequar, quam ut tot, & tales amici meam unius uoluntatem sequantur. Sanè quia durus uidebatur ex philosophiæ institutione Marcus ad militiæ labores, atque ad omnem nitam grauius carpebatur. Sed male loquentium dictis uel literis, uel sermone respondebat. Et multi nobiles bello Germanico, siue Marcomannico immo plurimarum gentium interierunt. Quibus omnibus statuas in foro ulpio collocauit. Quare amici frequenter suaserunt, ut à bellis discederet, Romanam ueniret, sed ille contempsit, ac perstitit. Nec prius recessit, quam omnia bella finiret. Prouincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus

proconsulares, aut pratorias pro belli necessitate fecit. Res etiam in Sequanis turbatas censura, & auctoritate repressit. compositæ res in Hispania, quæ per Lusitaniam turbatæ erant. filio Commodo accersito ad limitem togam virilem dedit, quare congiarium populo diuisit. Et eum ante tempus consularem designauit, si quis unquam proscribitus est à præfectori urbi, non libenter accepit. Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit, quod laudi potius datur quàm reprehensioni, sed tamen & bonis uiris pecunias dedit, & oppidis labentibus auxilium tulit. Et tributa, uel uectigalia, ubi necessitas cogebat, remisit. Absens populi Romani uoluptates curari uehementer præcepit per ditissimos editores. Fuit enim populo huc sermo, quod cum sustulisset ad bellum gladiatores, quod populum sublatis uoluptatibus uellet cogere ad philosophiam, iurasset etiam, ut ne mercimoniam impedirent, tardius Pantomimos exhibere non uotis diebus. De amatis pantomimis ab uxore fuit sermo, ut superius diximus. Sed hæc omnia per epistolas suas purgauit. Idem Marcus sederi in ciuitatibus uenit in equis, siue uehiculis, lauacra mista submouit. Mores matronarum composuit diffluentes. Et iuuenum nobilium sacra Serapidis à uulgaritate Pelusiæ summouit. Fama fuit sanè, quod sub philosophorum specie quidam Remp. uexarent, & priuatos, quod ille purgauit. Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minore supplicio quàm legibus precepti solent, puniret. Quamuis nonnunquam contra manifestos, et grauium criminum reos inexorabilis permaneret.

maneret. Capitales causas hominum honestorum ipse cognouit, & quidem summa æquitate, ita ut prætorum reprehenderet, qui cito reorum causas audierat. Iuberetq; illum iterum cognoscere, dignitatis eorum interesse dicens, ut ab eo audiretur, qui pro populo iudicaret. Aequitatem etiam circa captos hostes custodiuit. Infinitos ex gentibus in Romano solo collocauit. Fulmen de cælo precibus suis contra hostium namentum extorsit, suis pluuiæ impetrata, cum siti laborarent. Voluit Marcomanniam prouinciam. Voluit etiam Sarmatiam facere, & fecisset, nisi Auidius Cassius rebellasset sub eodem in oriente, qui imperatorem se appellauit, ut quidam dicunt, Faustina uolente, quæ de mariti ualitudine desperaret. Alij dicunt ementita morte Antonini Cassium imperatorem se appellasse, cum diuum Marcum appellasset, & Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec eius affectus seni, sed per senatum hostis est iudicatus. Bonaq; eius proscribita per ærarium publicum. Relicto ergo Sarmatico, Marcomannicoq; bello contra Cassium profectus est. Romæ turbæ etiam fuerunt, quasi Cassius absente Antonino aduentaret. sed Cassius statim interfectus est, caput eius allatum est ad Antoninum. Marcus tamen non exultauit interfectione Cassii, caputq; eius humari iussit. Metianum etiam filium Cassii, cui Alexandria erat. commissa, exercitus occidit. Nam & Præf. Præto. sibi fecerat, qui & occisus est. In conscios defectionis uenit senatum grauiter iudicare. Simul petijt. ne quis senator tempore principatus sui occideretur, ne eius pollueretur imperium.

M. ANTONINVS

Eos etiam, qui deportati fuerat, reuocari iussit. Cum paucissimi centuriones capite essent puniti. Ignouit et ciuitatibus, quæ Cassio consenserant, ignouit Antiochenis, qui multa in Marcum pro Cassio dixerant, quibus, & spectacula, & conuentus publicos tulerat, & omnium concionum genus. contra quos edictum grauissimum misit. Seditiosos autem eos & oratio Marci indicat indita à Mario Maximo, qua ille usus est apud amicos. Denique noluit Antiochiam uidere, cum Syriam peteret. Nam nec Cyprium uoluit uidere, ex qua erat Cassius. Fuit Alexandria clementer cum ijs agens, postea tamen Antiochiam uidit. Multa egit cum regibus, & pacem confirmauit sibi occurrentibus cunctis regibus, & legatis Persarum. omnibus orientalibus prouincijs carissimus fuerat. Apud multas etiam philosophiæ uestigia reliquit. Apud Aegyptios ciuem se egit, & philosophum in omnibus studijs, templis, locis. Et cum multa Alexandria in Cassium dixissent fausta, tamen omnibus ignouit, & filiam suam apud eos reliquit. Faustina uxorem suam in radicibus montis Tauri in uico Halale exanimatam subita uim morbi amisit. Petijt à senatu, ut honores Faustinae, ad eamque decernerent. Laudata eadem, cum tamen pudicitiae fama grauer laborasset, quæ Antoninus uel nesciuit, uel dissimulauit, Nouas puellas Faustinianas instituit in honorem uxoris mortuae. Diuam etiam Faustinae à senatu appellatam gratulatus est, quam secum & in castris habuerat, ut matrem castrorum appellaret. Fecit & coloniam uicam, in quo obiit Faustina, & ad eam illi extruxit. Sed hæc

PHILOS

50

postea ædes Heliogabalo dedicata est. Ipsum Cassium pro clementia occidi passus est, non occidi iussit. Deportatus est Heliodorus filius Cassii, & alij liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. Filij autem Cassii & Aurelius in eadem parte acceperunt patris patrimonij, & auro atque argento adiuti. mulieres autem etiam ornamentis, ita, ut Alexandria filia Cassii, & Druncianus gener liberam uagandi potestatem haberent commendati amicae marito. Doluit denique Cassium extinctum dicens uoluisse se sine senatorio sanguine imperium transigere. Orientalibus rebus ordinatis Athenis fuit, & Eleusinae Cereris templum adiit, ut se innocentem probaret, & sacrarium solum ingressus est. Reuertens ad Italiam nauigio tempestatem grauissimam passus est. Per Brundisium ueniens in Italiam togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit, nec unquam sagati fuerunt sub eo milites. Romam ut uenit cum Commodum filio suo, quem iam, ut diximus Casarem fecerat, triumphauit. Commodum deinde sibi collegam in tribunicia potestate iunxit. Enixa est Fabia, ut Faustina mortua, in Marci matrimonium coiret, sed ille concubinam sibi adsciuit, procuratoris uxoris suae filiam, ne tot liberis superinduceret nouercam. Congiarium populo dedit, & spectacula mirifica. Dein ciuilia multa correxerat. Gladiatorijs numeris sumptus modum fecit. sententia Platonis semper in ore illius fuit, Florere ciuitates, si aut philosophi imperarent, aut imperatores philosopharentur. Filio suo Burrhi presentis filiam iunxit nuptijs celebratis exemplo priuatorum. Quare etiam



congiarium dedit populo. Deinde ad conficiendum bellum conuersus in administratione eius belli obiit labentibus iam filij moribus ab instituto suo. triennio bellum postea cum Marcomannis, Hermūduris, Sarmatis, Quadis etiam egit, & si anno uno superuisset, provincias ex his fecisset. Ante biduum quam expirasset, admissis amicis dicitur ostendisse sententiam de filio eandem, quam Philippus de Alexandro, cū de hoc male sentiret addens minime se ægre mortens ferre filium superstitem relinquens. Nam iam Commodus turpem se, & cruentum ostentabat. Mors autem talis fuit. Cum ægrotare cœpisset, filium aduocauit, atq; ab eo primum petit, ut belli reliquias non contemneret, ne uideretur Renip. prodere, & cum filius ei respondisset, cupere se primum sanitatem, ut uellet, permisit. Petens tantum, ut expectaret paucos dies, ac simul proficiscerentur. Deinde abstinuit cibo, potiq; mori cupiens, auxitq; morbum. Sexta die uocatis amicis, & ridens res humanas mortem autē contemnens ad amicos dixit. Quid me fletis? & non magis de pestilentia, & communi morte cogitatis? et cum illi uellent recedere, in gemiscens ait, Si iam me dimittitis, uale uobis dico uos præcedens. Et cum ab eo quæreretur, cui filium commendaret, ille respondit uobis, si dignus fuerit, & dijs immortalibus. Exercitus cognita mala uoletudine uehementissime dolabant, quia illum unice amabant. Septimo die grauatus est, & solum filium admisit, quem statim dimisit, ne in eum morbus transiret. Dimisso filio, caput operuit quasi uolēs dormire, sed nocte animam effla-

uit. Fertur illum mori uoluisse, cum filium talem uideret futurum, qualis extitit post eius mortem, ne ut ipse dicebat similis Caligulae Neroni, & Domitiano esset. Crimini ei datum ē, quod adulteros uxoris promouerit. Tertullum & Vtilium & Orsitum, & Moderatum ad uarios honores, cum Tertullum etiā prædentem cum uxore deprehenderit. De quo minus in scena presente Antonino dixit, cum stupidus nomen adulteri uxoris à seruo quæreret, & ille diceret.

- Tertullus. & adhuc stupidus quæreret, respōdit ille.
- Iam tibi dixi, Tertullus dicitur.

Et de hoc quidem multa populus, multa etiam alij dixerunt patientiam Antonini incusantes. Ante tempus sanè mortis prius quam ad bellum Marcomanicum rediret, in Capitolio iurauit nullum senatorem se sciente occisum. Cum etiam rebelles dixerit se seruaturum fuisse, si scisset. Nihil etiam magis & tinuit, & deprecatus est quam auaritia famam, de qua se nullis epistolis purgat. Dederunt & uitio, quod ei uictus fuisset nec tam simplex quā uideretur aut quā uel Pius uel Verus fuisset. Dederunt etiam crimini, quod liberti multū potuere. Sub eo uero maxime Geminus & Agaclytus. & quod aulicam arrogātiā cōfirmauerit submouendo amicos à societate communi, & à conuiujs. Parentibus consecrationem decreuit. Amicos parentum etiam mortuos statuis ornauit. Suffragatoribus non cito credidit, sed semper diu quæ fuit, quod erat uerum.



EIVSDEM VERVS AD DIOCLY  
TIANVM AVGVSTVM.

Cio plerosq; ita uitam Marcī, ac Veri litteris, atq; historiae dedicasse, ut prior rem Verum intimandum legentibus darent, non imperandi secuti ordinem sed uiuendi. Ego uero, quod prior Marcus imperare cepit, deinde Verus, qui superstitē perijt Marco, priorem Marcum, dehinc Verum credidi celebrandum. Igitur L. Ceionius, Aelius Commodus Verus Antoninus, qui ex Adriani uoluntate Aelius appellatus est ex Antonini coniunctione Verus & Antoninus neq; inter bonos neq; inter malos principes ponitur, quem constat non inobruisse uitijs, nec abundasse uirtutibus. Vixisse deinde non suo libero principatu, sed sub Marco in simili, ac pari maiestatis imperio. A cuius secula lasciuia morum & uitae licentioris nimietate dissensit. Erat enim morum simplicium, & qui adumbrare nihil posset. Huic naturalis pater fuit. L. Aelius Verus, qui ab Adriano adoptatus primus Caesar est dictus, & in eadem statione constitutus perijt. Aui ac proauī & item maiores plurimi consulares. Natus est Lucius Romae in p̄tura patris sui XVIII. Calendas Ianuarias die, quo & Nero, qui rerum potitus est. Origo eius paterna pleraq; ex Hetruuria fuit. materna ex Fauentia. Hac prosapia genitus patre ab Adriano adoptato in familiam aliam deuenit. Mortuoq; patre Caesare in Adriani familia remansit. A quo Aurelio datus ē ador

52  
ptandus, cum sibi ille Pium filium, Marcum nepotē esse uoluisset posteritati satis prouidens, & ea quidem lege, ut filiam Pij Verus acciperet, quae data ē Marco iccirco, quia hic ad hoc impar uidebatur aetate, ut in Marcu ita exposuimus. Duxit autem uxore Marcī filiam Lucillam, educatus est in domo tiberiana. Audiuit Scaurum grammaticum latinum Scaurifilium, qui grammaticus Adriani fuit. Graecos Telephum, atq; Pherionem, Harpocratonem. Rhetores Apollonium, Celerem Caninium, Herodem Atticū, Latinū, Corneliū, Frontonē. Philosophos Apollonium & Sextum, hos omnes amauit unice, atq; ab his inuicem dilectus est, nec tamen ingeniosus ad literas. Amavit autem in pueritia uersus facere, post orationes. & melior quidem orator fuisse dicitur, quam poeta. Immo, ut uerius dicam, peior poeta quam rhetor. Nec desunt, qui dicant eum adiutum ingenio amicorum, atq; ab alijs ei illa ipsa, qualiacunq; sunt, scripta. Siquidem multos disertos, & eruditos semper secum habuisse dicitur. Educatores habuit Nicomedem. Fuit uoluptuarius, & nimis letus, & omnibus delitijs, ludis, iocis, decenter aptissimus. Post septimum annum in familiam Aureliā traductus, Marcī moribus, & auctoritate formatus est. Amavit uenatus, Palastras, & omnia exercitia iuuentutis. Fuitq; priuatus in domo imperatoria XX & III Annis. Qua die togam uirilem Verus accepit, Antoninus Pius ea occasione, qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit, mediusq; inter Pium, & Marcum idē resedit, cum quaestor populo munus

## AELIVS

daret. Post quaesturam statim COS. est factus cū Sex-  
tilio Laterano, interiectis annis cum Marco fratre ite-  
rum factus est COS. Diu autem & priuatus fuit, &  
ea honorificētia caruit, qua Marcus ornabatur. Nāq;  
in senatu ante quaesturam non sedit. Neq; in itinere  
cum patre, sed cum praefecto praetorij uectus est. Nec  
aliud ei honorificentiae ad nomen adiunctum est, q̄  
quod Augusti filius appellatus est. Fuit studiosus etiā  
circensium haud aliter quam gladiatorij numeris.  
hic cum tantis deliciarum, & luxuriae quateretur er-  
roribus, ab Antonino uidetur ob hoc retentus, quod  
eum pater ita in adoptionem Pij transire iusserat, ut  
nepotem appellaret, cui, quantum uidetur, fidem ex-  
hibuit non amorem. Amavit tamen Antoninus Pius  
simplicitatem ingenij, puritatemq; uiuendi. Hortat-  
usq; est, ut imitaretur & fratrem. Defuncto Pio, Mar-  
cus in eum omnia contulit participatu etiam impe-  
ratoriae potestatis indulto, sibiq; consortem fecit, cum  
illi soli senatus detulisset imperium. Dato igitur im-  
perio, & indulta tribunitia potestate, proconsulatus  
etiam honore delato Verum uocari praecipit suum  
in eum transferens nomen, cum ante Commodus uoca-  
retur. Lucius quidem Marco uicem reddens si suscipe-  
ret, obsecutus, ut legatus proconsuli, uel praese impe-  
ratori. iam primum enim Marcus pro ambobus ad-  
milites est locutus, & pro consensu imperio grauer  
se, & ad Marci mores egit. Vbi uero in Syriam pro-  
fectus est, non solum licentia uitae liberioris, sed etiā  
adulterijs, & iuuentutis amoribus infamatus est. Si-  
quidem tantae luxuriae fuisse dicitur, ut etiam postea

## VERVS

53

quam de Syriaredit, popinam domi instituerit. Ad-  
quam post conuiuium Marci diuertebat ministranti-  
bus sibi omni genere turpium personarum. Fertur &  
nocte perpeti alea luisse, cum in Syria concepisset id-  
uitium, atq; in tantum uitiorum Gaianorum, et Ne-  
ronianorum, ac Vitellianorum fuisse aemulum, ut uar-  
garetur nocte per tabernas, ac lupanaria oblecto capi-  
te cucullione uulgari uiatorio, & commisceretur cum  
triconibus, & committeretrixas dissimulans q̄ es-  
set, saepeq; afflictum liuida facie redisse, & in taber-  
nis agnitum, cum sese absconderet. iaciebat & num-  
mos in popinas maximos, quibus calices frangeret.  
Amavit & aurigas Prasino fauens. gladiatorum et  
frequentius pugnas in conuiuiis habuit trahens cenā  
in noctem, & in toro conuiuiali condormiens. ita, ut  
leuatis cum stromatibus in cubiculum perferretur.  
Somni fuit permodici, digestionis facillimae. Sed Mar-  
cus haec omnia quasi nesciens dissimulabat rem pu-  
dore illo ne reprehenderet fratrem. Et notissimū eius  
quidem fertur tale conuiuium, in quo primum duode-  
cim accubuisse dicitur. Cum sit notissimum dictū  
de numero conuiuarum septem conuiuium, nonem  
uero conuiuium. Donatos autem pueros decoros, qui  
ministrabant singulis. Donatos etiam structiores, &  
lances singulis quibusq; donata & uiua animalia,  
uel cicurum, uel ferarum, auium, uel quadrupe-  
dum, quorum cibi apposti erant. Donatos etiam ca-  
lices singulis per singulas potiones murrhinos, &  
crystallinos alexandrinis, ac quoties bibiturum ē. Da-  
ta etiam aurea, atq; argentea pocula, & gemmata.

## ÆLIUS

Coronas quinque etiam datas lenniscis aureis interpositis, & alieni temporis floribus. Data et uasa aurea cum unguentis ad speciem alabastrorum. Data & uehicula cum mulabus, ac mulionibus cum iuncturis argenteis, ut ita de conuiuio redirent. Omne autem conuiuium aestimatum dicitur sexagies centenis milibus HS. Hoc conuiuium posteaquam Marcus audiuit, in genuisse dicitur, & doluisse publicum fatum. Post conuiuium lusum est tessaris usque ad lucem. Et hæc quidem post parthicum bellum, ad quod eum misisse dicitur Marcus, ne uel in urbe ante oculos omnium peccaret, uel ut parsimoniam peregrinatione addiceret, uel ut timore bellico emendatior rediret, uel ut se imperatorem esse cognosceret. Sed quantum profecerit, cum alia uita, tum hæc, quæ narrauimus, cæna monstrauit. Circensium tantum curam habuit, ut frequenter provincialibus litteras causa circensium & miserit, & acceperit. Denique etiam presens, et cum Marco sedens, multas à Venetianis est passus iniurias, quod turpissime contra eos faueret. Nam & uolucris equo Prasino aureum simulachrum fecerat, quod secum portabat. Cui quidem passas uias, & nucleos inuicem hordei in presepe ponebat, quem sagis fucis tinctis coopertum in tiberianam ad se adduci iubebat. Cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. In huius equi gratiam primum cœperunt equi aurei, uel brauia postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei à populo parsinianorum sæpe modius aureorum postularetur. Profectum eum ad parthicum bellum Marcus Capuam profectus est. Cuique inde per

## VERVS

54

omnium uillas se in gurgitare, morbo implicitus apud Canusium ægrotabat, quoad eum uisendum frater contendit. Multa in eius uita ignaua, & sordida etiam belli tempore deteguntur. Nam cum interfecto legato, cæsis legionibus, Syris defectionem cogitantibus oriens uastaretur, ille in Appulia uenabatur. Et apud Corinthum, & Athenas inter symphonias et cantica nauigabat. Et per singulas maritimas ciuitates Asiæ, Pamphiliæ, Ciliciæque Clariores uoluptatibus immorabatur. Antiochiam posteaquam uenit, ipse quidem se luxuriæ dedit. Duces autem confecerunt parthicum bellum Statius Priscus, & Auidius Cassius, & Martius Verus per quadriennium. ita ut Babylonem, & Mediam peruenirent, & Armeniam uendicarent. Partumque est ipsi nomen Armenici, Parthici, mædici, quod etiam Marco Romæ agenti delatum est. Egit autem per quadriennium Verus hys mem Laodociæ, æstatem apud Daphnen reliquæ partem Antiochiæ, risui fuit omnibus Syrijs, quorum multa loca in theatro in eum dicta extant. Vernas in triclinium saturnalibus, & diebus festis semper admisit. Ad Euphratem tamen impulsu comitum suorum secundo profectus est. Ephesum etiam rediit, ut Lucillam uxorem missam à patre Marco susciperet, & iccirco maxime ne Marcus cum ea in Syriam ueniret, ac flagitia eius agnosceret, nam senatui Marcus dixerat se filiam in Syriam deducturum. Confecto sanè bello, regna regibus, prouincias uero comitibus suis regendas dedit. Romam inde ad triumphum inuitus, quod Syriam quasi regnum suum relinqueret,

rediit, & pariter cum fratre triumphauit susceptis à senatu nominibus, quæ in exercitu acceperat. Fertur præterea ad amicæ uulgaris arbitrium in Syria posuisse barbam. Vnde in eum à Syris multa sunt dicta. Fuit eius fati, ut in eas provincias, per quas rediit, Romam usq; luem secum deferre uideretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderrat, spiritus pestilens euasit, atq; inde Parthos, orbemq; complectere. Et hoc nõ L. Veri uitio, sed Cassij, à quo contra fidem Seleucia, quæ, ut amicos milites nostros receperat, expugnata est. Quod quidem inter cæteros etiam Quadratus belli Parthici scriptor incusatis Seleucenis, qui fidem primi ruperant, purgat. Habuit hanc reuerentiam. Marci Verus, ut nomina, quæ sibi delata fuerant, cum fratre communicaret die triumphij, quem pariter celebrarunt. Reuersus à Parthico bello minore circa fratrem cultu fuit Verus. Nam & libertis inhonestius indulgit, & multa sine fratre disposuit. His accessit, quod quasi reges aliquos ad triumphum adduceret, sic histriones eduxit è Syria, quorum præcipuus fuit Maximus, quem Paridis nuncione nuncupauit. Villam præterea extruxit in uia Clodia famosissimum, in qua per multos dies & ipse in genti luxuria debacchatus est cum libertis suis, & amicis paribus, quorum præsentia nulla inerat reuerentia. Et marcum rogauit, qui uenit, ut fratri uenerabilem morum suorum, & imitandam ostenderet sanctitudinem, & quinque diebus in eadem uilla residens cognitionibus continuis operam dedit, aut

conuiuante fratre, aut conuiuia comparante. Habuit Agripum histrionem, cui cognomētum erat Memphis, quem & ipsum è Syria uelut trophæum parthicum adduxerat, quem Apolaustum nominauit. Adduxerat secum & fidicinas, & tibicinas, & histriones, scurrasq; numarios, & præstigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria pascitur uoluptate. Prorsus ut uideretur bellum non parthicum, sed histrionicum confecisse. Et hæc uitæ diuersitas, atq; alia multa inter Marcum, et Verum similitates fecisse non aperta ueritas indicabat, sed occultus rumor insusurrabat. Verum illud præcipuum, quod cum Libonem quendam patruelem suum Marcus legatum in Syriam misisset, atq; ille se insolentius quam uerecundius senator efferret, dicens ad fratres suos scripturum esse, si qui forte dubitaret, nec Verus præsens pati posset, subito morbo notis propè ueneni existentibus interisse. Visum est nonnullis non tamen Marco, quod eius fraude putaretur occisus. Quæ res similitatum auxit rimorem. Liberti multum potuerunt apud Verum, ut in uita Marci diximus, Geminus, & Agaclytus, cui dedit inuito. M. Libonis uxorem. Deniq; nuptijs ab hero celebratis Marcus conuiuio non interfuit. Habuit & alios libertos. Verus improbos Codem, & Eulectum, cæterosq; quos omnes Marcus post mortem Veri specie honoris abiecit Eulecto retento, qui postea Commodum filium eius occidit. Ad bellum germanicum Marcus, quæ nollet Lucium sine se uel ad bellum mittere, uel in urbe dimittere, causa luxuriæ simul profecti sunt, atq;



M, ANTONINVS

Aquileiã uenerunt, inuitoq; Lucio alpes transgressi.  
 Cum Verus apud Aquileiam tantum uectatus, con-  
 uiuatusq; esset, Marcus autem omnia prospexisset.  
 De quo bello, quod per legatos Barbaris pacem petē-  
 tibus, cum per duces nostros gestum est, in marci uita  
 plenissime disputatum ē. Composito autem bello in  
 Pannonia urgente Lucio Aquileiam rediret, quod ur-  
 banus desiderabat Lucius uoluptates, in urbem desti-  
 natus est, sed non longe ab Alino subito in uehiculo  
 morbo, quem α' τ' ο' τ' λ' η' ζ' ι' υ uocant, correptus. Lucius  
 depositus ē uehiculo detracto sanguine Alinum  
 perductus, cum triduo mutus uixisset, apud Alinum  
 periit. Fuit sermo, quod & socrum Faustina inces-  
 tasset. Et dicitur Faustinae socrus dolo aspersis ostreis  
 ueneno extinctus esse, iccirco, quod consuetudinem,  
 quam cum matre habuerat, filia prodidisset, quam-  
 uis & illa fabula, quae in marci uita posita est, abhor-  
 rens à talis uiri uita sit exorta. Cum multi etiam uxo-  
 ri eius flagitium mortis assignent, & iccirco quod Fa-  
 bia nimium indulserat Verus. Cuius potentia uxor  
 Lucij, uel marci ferre non posset. Tanta sanè familia-  
 ritas inter Lucium, & Fabiam sororem fuit, ut hoc  
 quoq; usurpauerit rumor, quod inierint cōsiliū ad  
 marcum ē uita tollendum. Idq; cum esset per Agacly-  
 tum libertum proditum marco ante aduentum Lu-  
 cij, Faustina occurrit, ne praeniret. Fuit decorus cor-  
 pore, uultu gemmatus, barba propè barbarice demis-  
 sa procerus, & fronte in supercilia adductiore uener-  
 rabilis. Dicitur sanè tantum habuisse curam flauenti-  
 um capillorum, ut capiti aurioramēta respergeret,

VERVS

56

quo magis coma illuminata flauesceret. lingua imper-  
 ditior fuit. Alea cupidissimus, uita semper luxurios-  
 sa, atq; in pluribus Nero praeter crudelitatem, & lu-  
 dibria. Habuit inter alium luxuria apparatus cali-  
 cem crystallinum nomine uolucrum, ex eius equi no-  
 mine, quem dilexit, humanae positionis modum super-  
 gressum. Vixit annis. XLII. Imperauit cum fratre  
 annis. XI. Illatumq; eius corpus est Adriani sepul-  
 chro, in quo et Caesar pater eius naturalis sepultus ē.  
 Nota est fabula, quam marci nō capit uita, quod par-  
 tem uuluae ueneno illitam cum eam execuisset cultro  
 una parte uenenato, marcus uero porrexit. sed hoc ne-  
 fas est de marco putari, quāuis Veri & cogitata, &  
 facta mereantur, quod nos non in medio reliquimus  
 sed totam purgatam, consutatamq; respiciamus. Cum  
 adhuc post marcum praeter uestram clemētiā Dio-  
 clitane Auguste imperatorem talem nec adulatio  
 uideatur potuisse confingere.

COMMODOVS ANTONINVS AEP  
LII LAMPRIIDII AD DIO.  
CLITIANVM AV  
GVSTVM.

**d** E Comodi Antonini parentibus in  
uita Marci Antonini satis est disputar  
tum. Ipse autem natus est apud Lanu  
uiū cum fratre Antonino Gemino pri  
die Calen. Septembres patre, patruoq;  
COSS. Vbi & Auius maternus dicitur natus. Fausti  
na, cum esset Commodo cum fratre prægna, uisa ē  
in somnis serpentes parere, sed ex his unum ferocior  
rem. Cum autem peperisset Commodum, atq; Anto  
ninum, Antoninus quadrimus est elatus, quem pa  
rem astrorum cursu Commodo mathematici promit  
tebant. Mortuo igitur fratre, Commodum Marcus  
& suis præceptis, & etiam magnorum, atq; opti  
morum uirorum erudire conatus est. Habuit literato  
rem græcum Onesicratem, latinum Capellam Anti  
stium. Orator ei Atteius sanctus fuit. Sed tot discipli  
narum magistri nihil ei profuerunt. Tantum ualet  
aut ingenij uis, aut eorum, qui in aula institutores  
habentur. Nam à prima statim pueritia turpis, im  
probus, crudelis, libidinosus, ore quoq; pollutus, &  
construpatus fuit. Iam in his artifex quæ stationis im  
peratorie non erant, ut calices fingeret, saltaret, can  
taret, sibilaret. Scurram deniq; & gladiatorē se per  
fectum ostenderet. Auspicium crudelitatis apud Cen  
tumcellas dedit anno ætatis. XII. Nam cum forte lo  
cus esset,

ANTONINVS

57

cus esset, balneatorem in fornacem conijci iussit, quæ  
do à pedagogo, cui hoc iussum fuerat, ueruecina pel  
lis in fornace consumpta est, ut fidem pœnæ de fœtor  
re nidoris impleret. Appellatus ē autem Cæsar puer  
cum fratre suo Seuero. XIII. ætatis anno in colle  
gium sacerdotum ascitus est. Cooptatus inter tres so  
los principes iuuentutis cum togam sumpsit, adhuc  
in prætexta puerili congiarium dedit, atq; ipse in ba  
silyca Traiani præfedit. Indutus autem toga est nona  
rum Iuliarum die, quo in terris Romulus non appa  
ruit, & eo tempore, quo Cassius à Marco desciiuit.  
Profectus est commendatus militibus cum patre in Sy  
riam, et Aegyptum, & cum eo Romam redijt. Post  
hæc uenia legis annarie impetrata. COS. est factus,  
& cum patre IMPERAT. est appellatus. V. Calē.  
Decemb. die Polliōne, & Apro COSS. et triūpha  
uit cum patre. Nam & hoc patres decreuerant. Pro  
fectus cum patre, & ad Germanicum bellum adhi  
bitos custodes uite suæ honestiores ferre non potuit,  
pessimos quosq; detinuit, & submotos usq; ad agritu  
dinem desyderauit, quibus per patris molliciem resti  
tutis popinas, & ganeas in palatinis semper diebus  
fecit. Neq; unquam pepcit uel pudori, uel sumptui.  
In domo aleam exercuit. Mulierculas formæ scitior  
ris, ut prostibula mancipia lupanarium ad ludibriū  
pudicitie contraxit. Imitatus esse propolas circumfo  
rancos, equos curules sibi comparauit. Aurigæ habitu  
currus rexit, gladiatoribus conuixit, aquā gessit, ut  
lenonum minister, ut probris natum magis quàm ei  
loco eum crederet, ad quem fortuna prouexit. Patris

b

COMMODOVS

ministra seniora summouit. Amicos senes abiecit. Filium Saluij Iuliani, qui exercitibus præerat ad impudicitiam frustra tentauit, atq; exinde Iuliano tetendit insidias. Honestissimos quosq; aut per contumeliam, aut per honorem indignissimum abiecit. Appellatus est à mimis quasi obstupratus, eosdemq; ita ut non apparerent, subito deportauit. Bellum etiam quod pater penè confecerat, Regibus hostium addictus remisit, ac Romam reuersus est. Romam ut redit, subactore suo Antero post se in curru locato, ita triumphauit, ut eñ serius ceruice reflexa publice oscularetur, etiam in orchestra hoc idem fecit. Et cum potaret in lucem, belluareturq; iuribus Romani imperij. Vespera etiam per tabernas, ac lupanaria uolitaui. Misit homines ad prouincias regendas uel criminum socios, uel à criminosis commendatos. In senatus odium ita uenit, ut & ipse crudeliter in tanti ordinis perniciem scanderet, fieretq; contempti crudelis uita Commodi. Quadratum & Lucillam compulit ad eius interfectionem consilia inire non sine præfecti prætorij Tarruptini paterni consilio. Datum autem est negotium per agenda necis Claudio Pompeiano propinquo. Qui ingressus ad Commodum districto gladio, cum faciendi potestatem habuisset, in hæc uerba, prorumpens. Hunc tibi pugionem senatus mittit, detexit facinus fatuus, nec impleuit, multis cū eo participantibus causam. Post hæc interfecti sunt Pompeianus primo, & Quadratus, dein Narbanna, atque Norbanus, & paralius, & mater eius Lucilla in exilium exacta. Cum præfecti prætorio uidissent. Com

ANTONINVS

18

modum in tantum odium incidisse, obtentu Anteri, cuius potentiam Po. Ro. ferre nō poterat, urbane Anterum eductum à palatio sacrorum causa, & redemptum in hortos suos per frumentarios occiderunt. Id uero grauius quam de se ipso Commodus fuit. Paternum autem & huius cædis authorem, & quantum uidebatur paratæ necis Commodi conscium, & interuentorem, ne coniuratio latius puniretur, instigante Tigridio per laticlavi honorem à præfecturæ administratione submouit. Post paucos dies insimulauit eum coniurationis cum diceret, ob hoc promissam Iuliani filio filiam Paterni, ut in Iulianum transferretur imperium. Quare & Paternum, & Iulianum, & Vitruuium secundum Paterni familiarissimum, qui epistolas imperatorias curarat, interfecit. Domus præterea Quintiliorum omnis extincta, quod Sextus Cocidiani filius specie mortis ad defectiōem diceretur euasisse, interfecta & Vitrasia Faustina, & Velius Rufus, & Egnatius Capito consularis. In exilium autem acti sunt Aemilius Iunctus, & Attilius Seuerus COSS. & in multos alios uarie scuitum. Post hæc Commodus nunquam facile in publicum processit, neque quicquam sibi nuntiari passus, nisi quod Perennius ante tractasset. Perennius autem Commodi animum persciens inuenit quemadmodum ipse potens esset. Nam persuasit Commodus, ut ipse delitijs uacaret. Idem uero Perennius curis incumberet, quod Commodus letanter accepit. Hac igitur lege uiuens ipse cum trecētis concubinis, quas ex matronarum, meretricumq; delectu ad formæ speciem consciuit, ac

COMMODVS

CCC alijs puberibus exoletis, quos æque ex plebe, ac nobilitate, nuptijsq; forma disceptatrice collegerat, in palatio per conuiuia, & balneas bacchabantur. Inter hæc habitu uictimarij uictimas imolauit, in arena rudibus inter cubicularios gladiatores pugnauit lucentibus aliquando mucronibus. Tunc tamen Perennius cuncta sibi uindicauit, quos uoluit, interemit, spoliavit plurimos, omnia iura subuertit, prædam omnem in sinum conuulit. Ipse autem Commodus Lucillam sororem, cum eam compressisset, occidit, sororibus dein suis cæteris (ut dicitur) constupratis. Consobrino patris complexibus suis coniuncta. uini etiam ex concubinis matris nomen imposuit, & uxoris. Quam deprehensam in adulterio exegit, exactam relegauit, & postea occidit. Ipsas concubinas suas sub oculis suis stuprari iubebat. Nec irruentium in se iuuenum carebat infamia omni parte corporis, atq; ore in sexum utrumq; pollutus. occisus est eo tempore etiam Claudius quasi à latronibus cuius filius, cum pugione quondam ad Commodum ingressus est. Multiq; alij senatores sine iudicio interempti. fœmina quoq; diuites. & nonnulla per prouincias à Perennio ob diuitias insimulatae spoliatae sunt, uel etiam interemptae. His autem, quibus deerat ficti criminis oppositio, obijciebatur, quod scribere uoluissent Commodum Hæredem. Eo tempore in Sarmatia res bene gestas per alios duces in filium suum Perennius referebat. Hic tamen Perennius, qui tantum potuit, subito quod bello Britanico militibus equestris loci uiros præfecerat, amonitis senatoribus prodita re per lege

ANTONINVS

59

tos exercitus hostis appellatus, laceratusq; militibus est datus. In cuius potentiae locum Cleandrum ex cubiculariis subrogauit. Multa sanè post interfectum Perennium, eiusq; filium quasi à se non gesta rescidit, uelut in integrum restituens. Et hanc quidem poenitentiam scelerum ultra XXX. dies tenere non potuit, grauiora per Cleandrum faciens quàm fecerat per supradictum Perennium. Et in potentia quidem Cleander Perennio successerat. In præfectura uero Niger qui sex tantum horis præf. præf. fuisse perhibetur. mutabantur enim præfecti prætorij per horas atq; dies, Commodopiora omnia quàm fecerat ante, faciente. Fuit autem Marcus quartus præf. præf. diebus quinque, Horum successores ad arbitrium Cleandri aut retenti sunt, aut occisi. Ad cuius nutum etiam libertini in senatu, atq; in patrios allecti sunt. Tuncq; primum. XXV. COSS. in unum annum, uenditæq; omnes prouinciae. omnia Cleander pecunia uenditabat, reuocatos de exilio dignitatibus ornabat, res iudicatas rescindebat. Qui tantum per stultitiam Commodi potuit. ut Burrhum sororis Commodi uirum reprehendentem, nuntiantemq; Commodopraeferebant, in suspicionem regni affectati traheret, & occideret. Multis alijs, qui Burrhum defendebant, pariter interemptis. Praef. etiam Ebutianus inter hos est interemptus. In cuius locum ipse Cleander cum aliis duobus, quos ipse delegit. Praefectus est factus. Tuncq; primum tres præf. præf. fuere. Inter quos libertinus, qui à pugione appellatus est. Sed & Cleandro di-



COMMODVS

gnus tandem uitæ finis impositus. Nam cum isidijs illius Arius Antoninus fœlis criminibus i Attali gratiam, quem in proconsulatu Asiæ damnauerat, esset occisus, nec eam inuidiam populo sciente Commodus ferre potuisset, plebi ad pœnam donatus est. Cũ etiam Apolaustrus, alijq; liberti aulici pariter interempti sunt. Cleander inter cætera etiam concubinas eius constuprauit, de qbus filios suscepit, qui post eius interitum, cum matribus interempti sunt. In cuius locum Iulianus, & Regilius subrogati sunt. Quos & ipsos postea pœnis affecit. His occisis, interemit Seruilium & Dulium Syllanos cum suis. Mox Antium Lupum, & Petronios Mamertinum, & Suram, filiumq; Mamertium Antonianum ex sorore sua genitum. Et post eos sex simul ex consularibus Allium Fuscum, Cœlium Felicem, Luceium Torquatum, Larium Erupianum, Valerium Bassianum, Patuleium Magnum cum suis, atq; in Asia Sulpitium Crassum proconsule & Iulium Proculum cum suis. Claudiumq; Lucanum consularem, & consobrinam patris sui Fanninam Anniam in Achaia. Et alios infinitos. destinauerat & alios XIII occidere, cum sumptus eius iniurijs Romani imperij sustinere nõ possent. Inter hæc Commodus senatu senet tradente, cum adulterum matris COS. designasset, appellatus est Pius, cum occidisset Perëniū, appellatus est Felix. Inter plurimas cædes multorum ciuium quasi quidam nouus Sylla, idem Commodus ille Pius, ille Felix. Finxisse etiam quandam contra se coniurationem dicitur, ut multos

ANTONINVS

60

occideret. Nec alia ulla fuit defectio præter Alexandri, qui postea se, & suos interemit, & sororis Lucillæ. Appellatus est Commodus etiam Britannicus ab adulatoribus, cum Britani etiam imperatorem contra eum deligere uoluerunt. Appellatus est etiam Romanus Hercules, quod feras Lanuuij in Amphitheatro occidisset. Erat enim hæc illi consuetudo, ut domi bestias interficeret. Fuit præterea ea demencia, ut urbeni Romam coloniã commodianã uocari uoluerit. Cui furor dicitur iter delinimenta Martiæ iniectus. Voluit etiam in Circo quadrigas agitare. Dalmaticatus in publico processit, atq; ita signum quadrigis emittendis dedit. Et eo quidem tempore, quo ad senatum retulit de commodiana facienda Roma, non solum senatus hoc libenter accepit per irrisionem, quantum intelligitur, sed etiam se ipsum Commodianum uocauit, Commodum Herculem et deum appellans. Simulauit se & in Africam iturum, ut sumptum itinerarium exigeret, & exegit, eumq; in conuiuia & aleam conuertit. Motilenum præf. præf. p. ficus ueneno interemit. Accepit statuas in Herculis habitu, eiq; imolatum est, ut deo. Multos præterea parauerat interimere, quod per paruulum quendam proditum est, qui tabulam cubiculo eiecit, in qua occidendorum erant nomina scripta. Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubim portaret, Bellonæ seruientes uere execare brachium præcepit studio crudelitatis, Isiacos uero pineis usq; ad perniciem pectus tundere cogebat, cum Anubim portaret, capita Isiacorum gra-

COMMODOVS

riter obtundebat ore simulachri, clama non solū Leo-  
nes in ueste muliebri, & pelle leonina, sed etiā multa  
tos homines afflixit. Debiles pedibus & eos, q̄ am-  
bulare non possent, in gigantum modum formauit,  
ita ut ab agentibus de pannis, & linteis quasi draco-  
nes detegerentur, eosdenq; sagittis confecit. Sacra mi-  
thriaca homicidio uero polluit. Cum illic aliquid ad  
speciem timoris uel dici, uel fingi scieat. Etiam puer  
& gulosus, & impudicus fuit, Adolescens omne ge-  
nus infamauit hominum, quod erat secum, Et ab om-  
nibus est infamatus, irridentes se feris obijciebat. Eū  
etiā, qui Tranquilli librum uitam Caligulae conti-  
nentem legerat, feris obijci iussit, quia eundem diem  
natalis habuerat, quem & Caligula. Siquis sanè se  
mori uelle praedixisset, hunc inuitum praecipitari iu-  
bebat. in iocis quoq; perniciosus. Nam eum, quē uir-  
disset albescens inter nigros capillos quasi uermiu-  
los habere, sturno apposito, qui se uermes sectari cre-  
deret, capite suppuratum reddebat. Obtusioneris  
pinguem hominem medio uentre disiecit, ut eius in-  
testina subito funderentur. Monopodios, & Lucinos  
eos, qui aut singulos tulisset oculos, aut singulos pe-  
des fregisset, appellabat. Multos praeterea passim ex-  
tinxit, alios quia barbarico habitu occurrerant, alios  
quia nobiles, & speciosi erant. Habuit in delitijs ho-  
mines appellatos nominibus uerendorum utriusque  
sexus, quos libentius suis oculis applicabat. Habuit  
& hominem penè prominentem ultra modum ani-  
malium, quem ὄβριον appellabat, sibi carissimum,  
quem & ditauit, & sacerdotio Herculis rustici pra-

ANTONINVS

61

posuit. Dicitur saepe pretiosissimis cibis humana ster-  
cora miscuisse, nec abstinuisse gustu alijs (ut putabat)  
irrisis. Duos Gibbos retortis in lance argentea sibi si-  
napi perfusus exhibuit, eosdenq; statim promouit, ac  
ditauit. Praef. praet. suum Iulianum togatum praesen-  
te officio suo in piscinam detrusit. Quem saltare eti-  
am nudum ante concubinas suas iussit quatientem  
cymbala. Deformato uultu genera leguminum co-  
ctorum ad conuiuium propter luxuriae continuatio-  
nem reuocauit. Lauabat per diem septies, atque octi-  
es, et in ipsis balneis edebat per deorum templa pol-  
lutus stupris & humano sanguine. Imitatus est &  
medicum, ut sanguinem hominibus emitteret scal-  
pris feralibus. Menses quoq; in honorem eius pro  
Augusto Commodum pro Septembri Hercule, pro  
Octobri Inuictum, pro Nouembri Exuperatoriū, pro  
Decembri Amazonium ex signo ipsius adulatores  
uocabant. Amazonius autem uocatus est ex amore  
concubinae suae Martiae, quam pictam in Amazone  
diligebat, propter quam & ipse Amazonico habi-  
tu in arenam Romanam procedere uoluit. Gladiat-  
orium etiam certamen subiit, & nomina gladiatorum  
recepit eo gaudio, quasi acciperet triumphalia  
Ludum semper ingressus est, & quoties ingredere-  
tur publicis monumentis indiussit. Pugnasse autem  
dicitur septingentes tricies quinques. nominatus in-  
ter Caesares III Iduum Octobrium, quas Hercules  
as postea nominauit, Pudente & Pollione COSS.  
Appellatus Germanicus Idibus Herculeis Maximo  
& Orphito COSS. Assumptus est in oia collegia

COMMODIVS

sacerdotalia sacerdos. XIII. Calendas inuictas  
Pisone, & Iuliano COSS. Profectus in Germa-  
niam. XIII. Calendas Aelias, ut postea nomi-  
nauit, iisdem COSS. Togam uirilem accepit, cum  
patre appellatus imperator V. Calendas exupe-  
ratorias. Pollione iterum, & Apro COSS. Trium-  
phauit X Calendas Amazonias iisdem COSS.  
Iterum profectus III nouas Commodias Orphito,  
& Ruffo COSS. datus in perpetuum ab exerci-  
tu, & senatu in domo palatina Commodiana conser-  
uandus XI. Calendas Romanas. Praesente iterum  
COS. III. meditans de profectioe à Senatu, &  
populo suo retentus est. Vota pro eo facta sunt nonis  
Pijs Fusciano II COS. Inter hæc refertur in litteras  
pugnasse illum sub patre trecenties sexagies quinquies.  
Item postea tantum palmarum gladiatoriarum  
confecisse. Vel uictis retiarijs, uel occisis, ut mille con-  
tingeret. Ferarum autem diuersarum manu sua occi-  
dit multa millia. Ita, ut elephantos occideret. Et hæc  
fecit sæpe spectante Po. Ro. Fuit autem ualidus ad  
hæc, alias debilis, & infirmus. Vitio etiam inter in-  
guina prominenti ita, ut eius tumorem per sericas ue-  
stes populus Romanus agnosceret. Versus in eum  
multi scripti sunt, de quibus etiam in opere suo Mar-  
rius Maximus gloriatur. Virium ad conficiendas fe-  
ras tantarum fuit ut elephantum conto transfigeret,  
& Origis cornu hasta transmiserit, & singulis icti-  
bus multa millia ferarum ingentium conficeret. Impu-  
dentia tantæ fuit, ut cum muliebri ueste in amphitheatro,  
uel theatro sedens publice sæpissime biberet

ANTONINVS

62

rit. Victi sunt sub eo tamen, cum ille sic uiueret, per  
legatos Mauri. Victi Daci. Pannonia quoque composi-  
ta in Britania, in Germania & in Dacia impe-  
rium eius recusantibus provincialibus. Quæ omnia  
ista per duces sedata sunt. Ipse Commodus in subscri-  
bendo tardus, & negligens, ita, ut libellis una for-  
ma multis subscriberet. In epistolis autem pluri-  
mis uale tantum scriberet. Agebaturque omnia per  
alios, qui etiam condemnationes in sinum uertisse di-  
cuntur. Per hanc autem negligentiam, cum & anno  
nam uastarent ij, qui tunc Rempub. gerebant etiam  
inopia ingens Romæ exorta est, cum fruges non de-  
essent, & eos quidem, qui omnia uastabant, postea  
Commodus occidit, atque proscripsit. Ipse uero secu-  
lum aureum Commodianum nomine assimulans  
uilitatem proposuit, ex qua maiorem penuriam fe-  
cit, multi sub eo & alienam pœnam, & suam salu-  
tem pecunia redemerunt. Vendidit etiam supplicio-  
rum diuersitates, & sepulturas, & immunitiones  
malorum, & alios pro alijs occidit. Vendidit etiam  
provincias, & administrationes, cum hi, per quos  
uenderet, partem acciperent, partem uero Commo-  
dus. Vendidit nonnullis & inimicorum suorum cæ-  
des. Vendiderunt sub eo etiam euentus litium liberti.  
Praefectos Paternum & Perennium non diu tulit. Ita  
tamen, ut etiam de his praefectis, quos ipse fecerat, tri-  
ennium nullus impleret. Quorum plurimos inter-  
fecit uel ueneno, uel gladio. Et praefectos urbi eadem  
facilitate mutauit. Cubicularios suos libenter occidit,  
cū omnia ex nutu eorum semper fecisset. Electus cubi-



COMMODOVS

cularius cum uide, et eum tam facile cubicularios occidere, praeuenit eum, & factioni mortis eius interfuit. Spectator gladiatoria sumpsit arma, panno purpureo nudos humeros aduelans. Habuit praeterea morem, ut omnia, quae turpiter, quae impure, quae crudeliter, quae gladiatorie, quae lenonice faceret, actis urbis indiuberet, ut Marij Maximi scripta testantur. Commodianum etiam praet. dixit, quo saepissime praesente gladiator pugnavit. Sanè cum illi saepe pugnant, ut duo populus fauisset, irrisum se credens Po. Ro. à militibus classiarijs, qui uela ducebant, in amphitheatro interim praeeperat. Urbem incendi iusserat, utpote coloniam suam. Quod factum esset, nisi Latus praef. praet. Commodum deterruisset. Appellatus è sanè inter caetera triumphalia nomina etiam sexcenties uicies Paulus primus secutor. Prodigia eius imperio & publice, & priuatim haec facta sunt. Crinita stella apparuit. Vestigia deorum in foro uisa sunt exuentia. Et ante bellum desertorum caelum arsit, et repentina caligo, ac tenebra in circo Calen. Ianuarijs aborta est, et ante lucem. Fuerant etiam incendiariae oues, ac dirae de palatio. Ipse ad Caesium montem in uectilianas aedes migravit negans se in palatio posse dormire. Ianus Geminus sua sponte apertus est, & Anubis simulachrum marmoreum moueri uisum è. Herculis signum aeneum sudauit in Minutia per plures dies. Bubo etiam supra cubiculum eius deprehensus est tam Romae, quam Lanuuij. Ipse autem prodigium non leue sibi fecit. Nam cum in gladiatoris occisi uulnus manuum misisset, ad caput sibi deterfit,

ANTONINVS

63

& contra consuetudinem penulatos iussit spectatores non togatos ad munus conuenire, quod funeribus solebat. Ipse in pullis uestimentis praesidens galea eius bis per portam libitinensem elata est. Congiarij dedit populo singulis denarios septingenos uicenos quinque, circa alios omnes parcissimus fuit. Quod luxuria sumptibus aerarium minuerat. Circenses multos addidit ex libidine potius quam religione. Et ut dominos factionum ditaret. His incitati licet nimis sero Quintus Aelius Latus praef. & Marcia concubina eius inierunt coniurationem ad occidendum eum. Primum ei uenenum dederunt, quod cum minus operaretur, per athletam, cum quo exerceri solebat, eum strangularunt. Fuit forma quidem corporis iusta, uultu insubido, ut ebriosis solent, et sermone incondito, capillo semper fucato, & auri radiamenti illuminato adurens comam, et barbam timore tonsuris. Corpus eius ut unco traheretur, atque in Tyberim mitteretur senatus, & populus postulauit. Sed postea iussu Pertinacis in monumentum Adriani translatum est. Opera eius praeter lauacrum, quod Cleander nomine ipsius fecerat, nulla extant. Sed nomen eius alienis operibus incisum senatus erasit. Nec patris autem sui opera perfecit. Classem Africanam instituit, quae subsidio esset, si forte alexandrina frumenta cessassent. Ridicule etiam Carthaginem, Alexandriam. Commodianam, togatam appellauit. Cum classem quoque Africanam Commodianam Herculeam appellasset. Ornamenta sanè quaedam colosso addidit, quae postea cuncta sublata sunt. Colossi autem caput dempsit,



quod Neronis esset, ac suum imposuit, & titulum more solito subscripsit, ita ut illum gladiatorium effeminatum non pratermitteret. Hunc tamen Severus imperator amantissimus nominis sui odio, ut videtur, senatus inter deos retulit flamine addito, quem ipse uiuus sibi parauerat Herculaneo Commodiano. Sorores tres superstites reliquit, ut natalis eius celebraretur, Severus instituit. Acclamationes Senatus post mortem Commodi graues fuerunt, ut autem sciretur quod iudicium senatus de Commodio fuerit, ipsas acclamationes de. M. Maximo indidi. Et sententiam. S. G. Hosti patriae honores detrahantur, paricidae honores detrahantur, paricida, trahatur. Hostis patriae, paricida gladiator, in spoliario lanietur. Hostis deorum carnifex senatus. Hostis deorum, paricida senatus, hostis deorum, hostis senatus. Qui senatum occidit, in spoliario ponatur. Qui senatum occidit, unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur, hostis, paricida uere seuerus. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui te occisurus fuit, unco trahatur nobiscum tinuisti, nobiscum periclitatus es, ut salui simus, Iupiter Optime Maxime serua nobis Pertinacem, fidei praetorianorum feliciter, praetorijs cohortibus feliciter exercitibus Romanis feliciter. Pietati senatus feliciter. Paricida trahatur. Rogamus Auguste paricida trahatur. Hoc rogamus paricida trahatur. Exaudi Caesar. Delatores ad leonem, exaudi Caesar. Speratum ad leonem. Victoriae populi Ro. feliciter. Fidei militum feliciter. Fidei praetorianorum feliciter. Cohortibus praetorijs feliciter. Hostis statuas undiq; pa-

ricidae statuas undiq; gladiatoris statuas undique, gladiatoris, & paricidae statuae detrahantur. Necator ciuium trahatur, paricida ciuium trahatur. Gladiatoris statuae detrahantur. Te saluo salui, & securi sumus, uere, uere, modo uere, modo digne, modo uere, modo libere. Nunc securi sumus, delatoribus metum. Ut securi sumus, delatoribus metum, salui sumus, delatores de senatu. Delatoribus fustem te saluo. Delatores ad leonem te imperatore. Delatoribus fustem, paricidae gladiatoris memoria aboleatur, paricidae gladiatoris statuae detrahantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur, gladiatorem in spoliario. Exaudi Caesar. Carnifex unco trahatur. Carnifex senatus morte maiorum unco trahatur. Sauior Domitiano, impurior Nerone, sic fecit, sic patiat. Memoria innocentium seruentur, honores innocentium restituantur. Rogamus paricidae cadauer unco trahatur, gladiatoris cadauer unco trahatur, gladiatoris cadauer in spoliario ponatur. Praeroga, praeroga, omnes censemus unco trahendum. Qui omnes occidit, unco trahatur. Qui omnem aetatem occidit, unco trahatur. Qui utrumque sexum occidit, unco trahatur. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui templa spoliavit, unco trahatur. Qui testamenta deleuit, unco trahatur. Qui uiuos spoliavit, unco trahatur. Seruis seruiuinus. Qui pretia uitae exegit, unco trahatur. Qui pretia uitae exegit, & fidem non seruauit, unco trahatur. Qui senatum uendit, unco trahatur. Qui filijs abstulit hereditatem, unco trahatur. Indices de senatu, delatores de se-

COMMODOVS

• natu, seruorum subornatores de senatu, & tu nobiscū.  
 • timuisti, omnia scis, bonos, et malos nosti, omnia scis  
 • omnia emenda, pro te timuimus. O nos felices te uiro  
 • imperante. De paricida refer, refer, perroga, præsenti-  
 • tiam tuam rogamus. Innocentes sepulti non sunt. Pa-  
 • ricidæ cadauer trahatur. Paricida sepulto seruit. Pari-  
 • cidæ cadauer trahatur. Et cum iussu Pertinacis Lini-  
 • us Laurensis procurator patrimonij Fabio Chiloni-  
 • COS. designato dedisset, per noctem Commodi cada-  
 • uer sepultum est. Senatus acclamauit, quo auctore se-  
 • pelierunt? Paricida sepultus seruatur, trahatur. Cing-  
 • gius Seuerus dixit iniuste sepultus est. Quia PONT.  
 • dico, hoc collegium pontificum dicit, quoniam lata  
 • percensui, nunc conuertar ad necessaria. Censeoq; qd  
 • is, qui non nisi ad perniciem ciuium, et ad dedecus  
 • suum uixit; ob honorem suum decerni coegit, abolē-  
 • das statuas, quæ undiq; sunt abolendæ, nomenq; ex  
 • omnibus priuatis, publicisq; monimētis eradendū.  
 • Mensesq; his nominibus nuncupandos, quibus nun-  
 • cupabantur, cum primum illud malum in Rep. in-  
 • cubuit.

AELIVS

65  
 AELIVS PERTINAX IVLII  
 CAPITOLINI.

VBLIO Aelio Pertinaci pater Li-  
 bertinus Aelius successus fuit, qui filio  
 nomen ex continuatione lignariæ nego-  
 tiationis, quod pertinaciter eam rem ge-  
 reret, imposuisse fatetur. Natus est Per-  
 tinax in Apennino in Villa Martis, equus pullus ea  
 hora, qua natus est, in tegulas ascendit, atq; ibi breu-  
 ter commoratus decidit, atq; expirauit. Hac re motus  
 pater ad Chaldæum uenit. Qui cum illi futura in gē-  
 tia prædixisset, stipem se perdidisse dixit. Puer literis  
 elementarijs, & calculo imbutus, datus etiam græ-  
 co grammatico, atq; inde Sulpitio Apollinari. Post  
 quem idem Pertinax grammaticen professus est. Sed  
 cum in ea minus quæstus proficeret, per Lollianum  
 Auitum consularem uirum patris patronum ducen-  
 di ordinis dignitatem petijt. Dein præfectus cohortis  
 in Syriam profectus. T. Aurelio imperatore à præsi-  
 de Syria, quod sine diplomatibus cursum usurpauer-  
 rat, pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter  
 facere coactus est Bello Parthico industria sua pro-  
 meritus in Britanniam translatus est, ac retentus. Post  
 in Mæsia rexit alam. deinde alimentis diuidendis  
 in uia Aemilia procurauit. Inde classem Germanicā  
 rexit. Mater eum usq; in Germaniam profecta est,  
 ibiq; obiit. Cuius etiam sepulchrum stare nunc dici-  
 tur. Inde ad ducentū HS stipendium translatus in  
 Daciam, suspectusq; à Marco quorundam relatu à

partibus remotus est. Et postea per Claudium Pompeianum generum Marci quasi adiutor eius futurus vexillis regendis ascitus est. In quo munere approbatus lectus est in senatu. Postea iterum re bene gesta prodita est factio, quae illi concinnata fuerat. Marcusque imperator, ut compesceret iniuriam, praetorium eum fecit, & primae legionis regendae imposuit. Statimque Rhetias, & Noricum ab hostibus uindicauit. Ex quo eminente industria studio Marci imperatoris COS. est designatus. Extat oratio apud Marium Maximam laudes eius continens, et omnia uel quae fecit, uel quae perpeffus est. Et praeter illam orationem, quam longum fuit connectere, saepissime Pertinax a Marco & in concione militari, & in senatu laudatus est. Doluitque palam Marcus cum senator eest quod praef. praet. fieri a se non posset. Cassiano motu composita Syria ad Danubij tutelam profectus est, atque inde Moesiae utriusque mox Daciae regimen accepit. Bene gestis his prouincijs Syriam meruit. Integre se usque ad Syriae regimen Pertinax tenuit. Post excessum uero Marci percuria studuit. quare etiam dictis popularibus lacessitus curiam Romanam post quatuor prouincias consulares, quia consulatum absens gesserat, iam diues ingressus est, cum eam senator antea non uidisset. Iussus est praeterea statim a Perennio in Liguriam secedere in Villam paternam. Nam pater eius tabernam coactiliariam in Liguria exercuerat. Sed posteaquam in Liguriam uenit, multis agris coemptis tabernam paternam manente forma priore infinitis aedificijs circumdedit. Fuitque illic per triennium, & mercatus est

per suos seruos. Occiso sane Perennio Commodus Pertinaci satisfacit, eumque petijt per literas, ut ad Britanniam proficisceretur. Profectusque milites ab omni seditione deterruit. Cum illi quaecumque imperatores uellent habere, & ipsum specialiter Pertinacem. Tunc Pertinax maleuolentiae notam subiit, quod dictus est insimulasse apud Commodum affectati imperij Antistium Burrhum, & Arrium Antoninum, & seditiones quidem contra ipse compeffuit. In Britanniam uerum ingens periculum adiit. Seditione legionis penes occisus certe iter occisos relictus. Quam quidem rem idem Pertinax acerrime uindicauit. Denique postea ueniam legationis petijt dicens sibi ob defensam disciplinam infestas esse legiones, accepto successore alimentorum ei cura mandata est. Deinde proconsul Africae factus est. In quo proconsulatu multas seditiones perpeffus dicitur uaticinationibus earum, quae de templo caelesti emergunt. Post hoc praef. urbi factus, in qua praefectura post Fuscianum hominem Seneca Pertinax mitissimus, & humanissimus fuit. & ipsi Commodum plurimum placuit, quia ille esset iterum, cum Pertinax factus est. Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab alijs non fugit. Commodum autem interempto, Latus praef. praet. & Electus cubicularius ad eum uenerunt, ut eum confirmarent, atque in castra duxerunt. Illic Pertinax milites allocutus est. Donatiuum promisit, Ingeri sibi imperium a Lato, & Electro dixit. Fictum est autem, quod morbo esset Commodus extinctus, quia & milites ne tentarentur, pertimescebant. Denique a paucis primum est Per-

AELIVS

inax IMPERAT. appellatus. Factus est autem sexagenario maior imperator. Pri. Cal. Ianuarias de castris nocte, cum ad senatum uenisset, & cellam curiae iussisset aperiri, neq; inueniretur aditus, in templo Concordiae resedit. Et cū ad eū Claudius Pōpeianus Germanici uenisset, casumq; Commodi lachrymasset, eum hortatus est Pertinax, ut imperium sumeret, sed ille recusauit, quia iam imperatorem Pertinacem uidebat. Statim ergo omnis magistratus cum COSS. ad curiā uenerūt, Ingressumq; Pertinacem nocte imperatorem appellauerunt. Ipse autem Pertinax post laudes suas à COSS. dictas, & post uituperationem Commodi acclamationibus; senatus ostensam egit gratias senatui, & praecipue Lato praefecto praetorii, quo auctore & Commodus interemptus, & ipse imperator est factus. Sed cum Lato gratias egisset Pertinax, Falco COS. dixit. Qualis imperator es futurus, hinc intelligimus, quod Latum & Martianum ministros scelerum Commodi post te uidemus, cui Pertinax respondit, iuuenis es COS. nec parendi scis necessitatem. Paruerūt inuiti Commodi, sed ubi habuerunt facultatem, quid semper uoluerint, ostenderunt. Eadem die, qua Augustus est appellatus, & Flauia Titiana uxor eius Augusta est appellata his horis, quibus ille in Capitolium uota soluebat. primus sanè omnium ea die, qua Augustus est appellatus, etiam patris patriae nomen recepit. Nec non simul etiam imperiū proconsulare. Nec non hinc quarta relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci. Ad palatium ergo Pertinax profectus, quod tunc uacuum

PERTINAX

67

erat, quia Commodus in uectilianis occisus est, pertenti signum prima die tribuno dedit militenus, exprobrans utiq; segnitiam temporum superiorum, quae quidem etiam ante in omnibus ducatus dederat. Exprobrationem autem istam milites non tulerunt statimq; de imperatore mutando cogitarunt. Ea die etiam ad conuiuium magistratus, & proceres senatus rogauit. Quam consuetudinem Commodus praetermiserat, sanè cum postero calendarum die statuæ Commodi deicerentur, genuerunt milites simul, quae signum idem dederat imperator, timebatur autem militia sub sena imperatore. Deniq; tertium nonarū diem notis ipsis milites Triarium maternum lasciuū senatorem nobilem ducere in castra uoluerunt, ut eū rebus Romanis imponerent, sed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in palatium uenit, & post ex urbe decessit. Timore sanè Pertinax coactus omnia, quae Commodus militibus & ueteranis dederat, confirmauit. Suscipere se etiam imperium à senatu dixit, quod iam sponte inierat. Quæstionem maiestatis penitus tulit cum iureiurando. Renocauit etiam eos, qui deportati fuerant crimine maiestatis. eorum memoria restituta, qui occisi fuerāt. Filiū eius Pertinacē senatus Caesarem appellauit. Sed Pertinax nec uxoris augustae appellationem recepit, & de filio dixit, cum meruerit, & cum Commodus allectionibus innumeris praetorios miscuisset. S. C. Pertinax fecit, iussitq; eos, qui praeturas non gessissent, sed allectione accipissent, post eos esse, qui uere praetores fuissent. Sed hinc quoque grande odium sibi multorum commo-



uit. Censuræ retractari iussit. Delatores uinctos graui-  
ter puniri iussit, & tamen mollius quam priores im-  
peratores. Vnicuique dignitati si delationis crimen in-  
currerent, poenam statuens. Legem sanè tulit, ut testa-  
menta priora non prius essent irrita, quam alia per-  
fecta essent. Né ue ob hoc fiscus aliquando succederet.  
Ipseque professus est nullius se aditurum heredita-  
tem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut li-  
te perplexa, ut legitimi hæredes, & necessarij priua-  
rentur. Addiditque S. C. hæc uerba, Sanctius est P. C.  
inopem Rempub. obtinere, quam ad diuitiarum cum-  
mulum per discriminum, atque dedecorum uestigia  
peruenire. Donatiua, & congiaria, quæ Commodus  
promiserat, soluit. Annonæ consulissime prouidit.  
Et cum tantam pecuniam ærarij haberet, ut præter  
X HS. non se inuenisse fateretur coactus est ea exi-  
gere, quæ Commodus indixerat, contra quam pro-  
fessus fuerat. Denique aggressus eum Lollianus Getia-  
nus consularis, quod contra promissum faceret, ne-  
cessitatis rationem accepit. Auctionem rerum Com-  
modi habuit ita, ut & pueros, & concubinas uen-  
di iuberet, exceptis ijs, qui per uim palatio uideban-  
tur inserti. Et de ijs, quos uendi iussit, multi postea re-  
ducti ad ministerium oblectauerunt senem, qui per  
alios principes usque ad senatoriam dignitatem per-  
uenerunt. Scurras turpissimorum nominum dedeco-  
ra perferentes proscripsit, ac uendidit. Cuius nun-  
dinationis pecuniam, quæ ingens fuit, militibus do-  
natio dedit. A libertis etiam ea exegit, quibus Com-  
modo uendente ditati fuerant. Auctio sanè rerum

Commodi in his insignior fuit. Vestis sub tegmi-  
ne serico aureis filis insignior pertunicas, penula-  
lasque lacernas, & chirodotas Dalmatarum, & circitratas  
ratas militares, purpureasque chlamydes græcicas,  
atque castrenses, & cuculli bardaici. Et toga, armaque  
gladiatoria gemmis, auroque composita, & machæ-  
ras herculaneas & torques gladiatorias, uasaque elu-  
to auro, ebore, argento, citroque composita, atque eti-  
am phœnicio uitroboli, & materie eadem, & uasa  
samnitica calfactandæ resinæ, ac pici deuellendis ho-  
minibus, ac leuigandis. Nec non uehicula arte fabri-  
ca noua perplexis, diuersisque rotarum orbibus, & ex-  
quisitis sedilibus, nunc ad solem declinandum nunc  
ad spiritus opportunitatem per uertiginem, & alia  
inter inuentia, horasque monstrantia, & cetera ui-  
tius eius conuenientia. Reddidit præterea dominis  
eos, qui se ex priuatis domibus in aulam contulerant.  
Conuiuium imperatorium ex immenso ad certum  
reuoauit modum, sumptus etiam omnes Commo-  
di reddidit. Exemplo autem imperatoris, cum ille  
leparcius se ageret, ex omnium continentia uili-  
tas nata est. Nam imperatorium sumptuum pulsus  
non necessarijs ad solitum dimidium detraxit. Præ-  
mia militibus posuit. Aes alienum, quod primo  
imperij tempore contraxerat, soluit. Aerarium in  
suum statum restituit. Ad opera publica ceruum sum-  
ptum constituit. Reformandis suis pecuniam contu-  
lit. Stipendia plurimis retro debita exoluit. Obcen-  
dis postremo cunctis muneribus fiscum parem fecit.  
Alimentaria etiam compendia, quæ nouè annorum

ex instituto Traiani debebantur, obdurata uerecundia sustulit. Auaritiæ suspicione priuatis non caruit. Cum apud uada sabbatia oppressis scenore possessoribus latius suos teneret fines. Deniq; ex uersu Luciliano Grauius Mergus est appellatus. Multi autem eum etiam in prouincijs, quas consularis gessit, sordide se egisse in litteras retulere. Nam uacationes, & legationes militares dicitur uendidisse. Deniq; cum parentum minimum esset patrimonium, & nulla hereditas obuenuisset, subito diues est factus. Omnibus sanè possessiones suas reddidit, quibus Commodus ademerat, sed non sine pretio. senatui legitimo semper interfuit, ac semper aliquid retulit. Ciuilem se salutantibus & interpellantibus semper exhibuit. Eos, qui calumnijs appetiti per seruos fuerant, damnatis seruis delatoribus liberauit, in crucem sublatis talibus seruis, aliquos etiã mortuos uindicauit. Insidias parauit ei Falco uolens imperare, de quo conquestus est in senatu, quod quidem senatus credidit. Diu sibi quidam seruus quasi Fabiæ esset filius, qui ex Ceioni Comodi familia palatinam domum ridicule uindicasset, cognitusq; inffusq; flagellis casus & domino restitui. In cuius uindicta ij, qui oderant Pertinacem, occasionem seditionis inuenisse dicuntur. Falconi tamen peperit, & à senatu impunitatem eius petijt. Denique Falco in rebus suis securus uixit, & hærede filio perijt. Quamuis multi Falconem nescisse dixerint imperium sibi parari. Alij etiam seruis, qui rationes interuerterant, falsis testimonijs appetitum eum esse dixerunt. Sed Pertinaci factio præparata est per Lætum

præf. præf. & eos, quos Pertinacis sanctimonia offenderat Lætum enim pœnituerat, quod imperatorem fecerat Pertinacem, iccirco quia eum uelut stultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat. Graue præterea militibus uisum, quod in causa Falconis multos milites ad unius serui testimonium occidi præceperat. Trecenti igitur de castris armati ad imperatorias ædes Cuneo facto milites uenere. Eadem tamen die immolante Pertinace negatur in hostia cor reptum, Et cum id uellet procurare, caput extorū non deprehendit. Et tunc quidem omnes milites in castris manebant. Qui cum de castris ad obsequiū principis conuenissent, & Pertinax eo die processionem, quam ad Athenæum parauerat, ut audiret poetam ob sacrificij præsagium distulisset, ij, qui ad obsequium uenerant, redire in castra cœperunt. Sed subito globus ille in palatium peruenit. Neq; aut arceri potuit, aut imperatori nuntari. Enimvero tantum odium in Pertinacem omnium aulicorum fuit, ut ad facinus milites hortarentur. Superuenerunt autem Pertinaci cum ille aulicum famulitium ordinaret. Ingressiq; porticus palatii, usq; ad locum, qui appellatur Sicilia, & Iouis cœnatio. Hoc cognito, Pertinax Lætum præf. præf. ad eos misit. Sed ille declinatis militibus porticus egressus ad operto capite domum se contulit. Verè cū ad interiora prorūperent, Pertinax ad eos processit, eosq; longa, et graui oratione placauit. Sed cū Tausius quidam unus è Tungris in iram, & in timorem milites loquendo adduxisset, Hastam in pettus Pertinacis obiecit. Tunc ille precatus Iouem ul-

torem, toga caput operuit, atq; à cæteris confossus ē,  
 & Electus quidem confossis duobus cum eodem per  
 ruit. Reliqui autem cubicularij palatini, nam suos sta  
 tim ut imperator factus est, filijs emancipatis dederat,  
 diffugerunt. Multi sanè dicunt etiam cubiculum mi  
 lites irrupisse, atq; illic circa Lectum fugientem Pertina  
 cem occidisse. Fuit autē senex uenerabilis immissa  
 barba, reflexo capillo, habitudine corporis pingui  
 ore, Ventre prominulo, statura imperatoria, eloquen  
 tia mediocri, & magis blandus quam benignus, nec  
 unquam creditus simplex. Et cum uerbis esset affabi  
 lis, re erat illiberalis ac propè sordidus, ac dimidia  
 tas lactucas & carduos in priuata uita conuiuis ap  
 poneret, Et nisi quid missum esset edulium, quotquot  
 essent amici IX. libras carnis per tres missus pone  
 bat. Si autem plus aliquid missum esset, etiam in ali  
 um diem differebat. Cum semper ad conuiuium mul  
 tos uocaret. Imperator et si sine conuiuis esset, eadem  
 consuetudine cœnitabat. Amicis si quando de prana  
 dio suo mittere uoluit, misit ossulas binas aut omasi  
 partem aliquando lumbos gallinaccos. Fasianum nū  
 quam priuato conuiuium comedit, aut alicui misit. Cū  
 sine amicis cœnaret, adhibebat uxorem suam, et Va  
 lerianum, qui cum eodem docuerat ut fabulas littera  
 tas haberet. Sane nullum ex ijs, quos Commodus re  
 bus agendis imposuerat, mutauit expectans urbis na  
 talem, quod eum diem rerum principium uolebat  
 esse, Atq; ideo etiam in balneis ei Commodiani mi  
 nistri necem parasse dicuntur. Imperium, & omnia  
 imperialia sic horruit, ut sibi semper ostenderet displi

cere. Deniq; non alium se quam fuerat, uideri uole  
 bat. Fuit in curia honorificentissimus ita, ut senatum  
 fauentem adoraret. Et quasi præfectus urbi cum om  
 nibus sermonem participaret. Voluit etiam imperiū  
 deponere, atq; ad priuatam uitam redire. Filios suos  
 in palatio nutrirī noluit. Tam parcus autem, & tā  
 lucri cupidus fuit. ut apud uada sabbatia mercaturas  
 exercuerit imperator per homines suos, non aliter q̄  
 priuatus solebat, nec multum tamen amatus est. Si  
 quidem omnes, qui libere fabulas conferebant, male  
 Pertinacem loquebantur Chrestologum eum appel  
 lantes, qui bene loqueretur, & male faceret. Nam et  
 ciues sui, qui ad eum confluxerant, iam imperatorē,  
 & nihil de eo meruerant, sic eum appellabāt. Mu  
 nera quoq; lucri libidine libenter accepit. Reliquit fi  
 lium, & filiam superstites. Habuit uxore Flauij Sul  
 pitiani filiam, quem præf, urbi loco suo fecerat. Cir  
 ca uxoris pudicitiam minus curiosus fuit, cum palam  
 citharcedum illa diligeret. Ipse præterea Cornificiā  
 infamissime dicitur dilexisse. Libertos aulicos uehe  
 mentissime compressit. Vnde grande quoq; odium  
 contraxit. Signa interitus hæc fuerunt. Ipse ante tri  
 duum quam occideretur, in piscina sibi uisus est uide  
 re hominem eū cum gladio infestantem. Et ea die,  
 qua occisus est, negabant in oculis suis pupillas cum  
 imaginibus, quas reddūt, spectantibus uisas. Et cū a  
 pud lares sacrificaret, carbones uinacissimi exticti sūt  
 cum inflammari soleant. Et, ut supradictum est, cor,  
 & caput in hostijs non est repertum. Stellæ etiam  
 iuxta solem per diem uisæ sunt clarissimæ ante dies

ÆLIUS

quam obiret. Et ipse omen de Iuliano successore dedisse dicitur. Nam cum ei Didius Iulianus fratris filium obtulisset, cui despondebat filiam suam, Adhortatus iuuenem ad patris observationem adiecit. Observa collegam, & successorem meum. Nam ante Iulianus ei, & in consulatu collega fuerat, et in proconsulatu successerat. Milites eum & amici odio habuerunt. Populus mortem eius indignissime tulit, quia uidebat omnia per eum antiqua posse restitui. Caput eius conto fixum milites, qui eum occiderant, per urbem in castra pertulerunt. Reliquiae eius recuperato capite in sepulchro cui uxoris locatae sunt. Et Iulianus successor illius corpus eius quanto potuit honore funeratus est. Cum id in palatio reperisset, qui nunquam eius ullam mentionem uel apud populum, uel apud senatum publice fecit, sed cum ipse quoque a militibus desertus iam esset, per senatum & populum Pertinax in deos relatus est. Sub Seuero autem imperatore cum senatus ingens testimonium habuisset Pertinax, funus imaginarium ei, et censuram ductum est, & ab ipso Seuero funebri laudatione honoratus est. Ipse autem Seuerus amore boni principis a senatu Pertinacis nomen accepit. Filius Pertinacis patris flamen est factus Martiani sodalis, qui diui Marci sacra curabant, Aeliani sunt dicti propter Aelium Pertinacem, circenses & imperij natalis additi, qui a Seuero postea sublati sunt, & gentilitia manent. Natus autem Calen. Augustis Vero & Bibulo COSS. Interfectus est V Calen. April. Falcone, & claro COSS. Vixit annis LX Mens. VII. D. XXVI. Impauit Mens.

PERTINAX

71

II. DIEB. XXV. Gongiarium dedit populo denarios centenos. Praetorianis promisit duodena millianum, sed dedit sena. Quod exercitibus promissum est, datum non est, quia mors eum praeuenit. Horruisse autem illum imperium epistola docet, quae uita illius a Mario Maximo apposta est, quam inferi ob nimiam longitudinem nolui.

DIDIUS IULIANUS AELII SPARTIANI AD DIOCLITIANUM AVGVSTVM.

d Idio Iuliano, qui post Pertinacem imperium adeptus est, proauus fuit Saluus Iulianus II COS. praefectus urbi, & iurisconsultus, quod magis eum nobilem fecit. Mater Clara Emilia.

Pater Petronius Didius Seuerus. Fratres Didius Proculus, & Nummius Albinus. Auunculus Saluus Iulianus. Auis paternus in subris Mediolanensis. Maternus ex Adrumentina colonia. Educatus est apud Domitiam Lucillam matrem Marci imperatoris. Inter XX Viros electus est suffragio matris Marci. Quaestor ante annum quam legitima aetas sinebat, designatus est. Aedilitatem suffragio Marci consecutus est. praetor eiusdem suffragio fuit. Post praeturam legioni praefuit in Germania uicesima secunda primigenia. inde Belgicam sanctae, ac diu rexit. Ibi Canis Germaniae populis, qui Albi fluum accolebant, erumpentibus, restituit tumularijs auxilijs prouin-



cialium, ob quæ consulatum meruit testimonio imperatoris. Cæthos etiam debellauit. Inde Dalmatiã regendam accepit, eamq; à confinibus hostibus uindicauit. Post Germaniam inferiorem rexit. Post hoc curam alimentorum in Italia meruit. Tunc factus est reus per quendam Seuerum clarissimum militem cõiurationis cum Saluio contra Comodum, sed a Commodo, quia multos iam senatores occiderat, et quidẽ nobiles, ac potentes in causis maiestatis, ne tristius grauaretur, Didius liberatus est accusatore damnato. Absolutus iterum ad regendam provinciam missus est. Bithyniam deinde rexit, sed non ea fama, qua cæteras. Fuit COS. cum Pertinace, et in proconsulatu Africa eidem successit, et semper ab eo collega est, et successor appellatus maxime eo die, cum filiam suam Iulianus despondens affini suo ad Pertinacem uenisset, idq; intimasset. Dixitq; debita reuerentia, qua collega, et successor meus est. Statim enim mors Pertinacis secuta est. Quo interfecto, cum Sulpitianus imperator in castris appellari uellet, et Iulianus cõ genero ad Senatum uenisset, quem inductum acciperat, cõq; clausas ualuas inuenisset, atq; illic duos tribunos reperisset. P. Florianum, et Vectium Aprũ, cœperunt cohortari tribuni, ut locum arriperet. Quibus cum diceret iam alium imperatorem appellatũ, retinentes eum ad prætoria castra duxerunt. Sed posteaquam in castra uentum est, cum Sulpitiano præfecto urbi socero Pertinacis concionate, sibiq; imperiũ uindicante, Iulianum è nuro in gentia pollicentem nullus admitteret. Primum Iulianus monuit præto-

rianos, ne eum facerent imperatorem, qui Pertinacẽ uindicaret. Deinde scripsit in tabulis se Comodimemoriã restitutum, atq; ita et admissus est. et imperator appellatus rogantibus prætorianis, ne Sulpitiano aliquid noceret, quod imperator esse uoluisset. Tunc Iulianus Flauium Genialem, et Tullium crispinum suffragio prætorianorũ præf. prætorij fecit. Stipatus est caterua imperatoria per Maurentium, qd et ante se Sulpitiano coniunxerat. Sanẽ cum uicena quina millia militibus promississet, tricena dedit. Inde habita concione militari, uespera in senatum uenit. Totũq; se senatui pmisit. Factoq; S. C. IMPERAT. est appellatus. Et tribunitiam potestatem, ius proconsulare in patritias familias relatus emeruit. Vxor etiam Mallia Scantila, et filia eius Didia Clara Augusta sunt appellatæ. Inde se ad palatium recepit uxore, ac filia illuc uocatis trepidis, et inuitis eò transeuntibus quasi iam imminens exitium præfagirent. præfectum urbi Cornelium Repentinum generum suum fecit in locum Sulpitiani. Erat interea in odio populi Didius Iulianus ob hoc, quod creditum fuerat emendationem temporum Commodi Pertinacis auctoritate reparandam. habebaturq; ita quasi Iuliani consilio esset pertinax interemptus. Etiam hi primum qui Iulianum odisse cœperant, disseminarunt, prima statim die pertinacis cœna despecta luxuriosum parasse conuiuium ostreis, et alilibus, et piscibus adornatum, quod falsum fuisse constat. Nam Iulianus tantæ parsimonie fuisse perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum lepor-

rem divideret, si quis ei forte misisset. Sæpe autem nulla existente religione oleribus, leguminibusq; contentus sine carne cœnauerit. Deinde neq; cœnauit prius q̄ sepultus esset Pertinax, & tristissimus cibū ob eius necem sumpsit. Et primam noctem uigilijs continuauit de tāta necessitate sollicitus. Vbi uero primum illuxit, senatū & equestrē ordinem in palatium uenientem admisit, atq; unum quēq; ut erat ætas, uel patrem, uel filium, uel parentem affatus blandissime est. Sed populus in rostris, atq; ante curiam ingentibus eū conuitijs laceſſebat sperans deponi ab eo posse imperium, quod milites dederant. Lapidationem quoq; fecere descendenti cum militibus, & senatu. in curiam diras imprecati sunt. rem diuinam faciente ne litaret, optarunt. Lapidem etiam in eum iecerunt. Cum Iulianus manu eos semper placare cuperet. Ingressus autem curiam placide, & prudenter uerba fecit. Egit gratias quod esset adscitus, quod & uxor, & filia eius Augustorum nomen acceperunt. Patrie patriæ quoq; nomen recepit. Argenteam statuam respuit, & senatui in capitolium pergenti populus obstitit, sed ferro & uulneribus, & pollicitationibus areorum, quos digitis ostendebat ipse Iulianus, ut fidē faceret, summotus, atq; depulsus est, inde ad circensē spectaculum itum est. Sed occupatis indifferenter omnium subsellijs populus geminavit conuicia in Iulianum, Pescennium Nigrum, qui iam imperare dicebatur, ad urbis præsidium uocauit. Hæc omnia Iulianus placide milit, totoq; imperij sui tempore mitissimus fuit. Populus autē in milites uehemētissime inuehebatur,

inuehebatur, qui ob pecuniam Pertinacē occidissent. Multa igitur, quæ Commodus statuerat, Pertinax inlerat, ad conciliandum fauorem populi restituit. De ipso Pertinace neq; male, neq; bene quicquam egit. Quod grauissimum plurimis uisum est. Cōstitit propter metum militum de honore Pertinacis tacitum esse. Et Iulianus quidem neq; Britannicos exercitus, neque Illyricos tinebat. Nigrum uero misso primipilario occidi præceperat timens præcipue syriacos exercitus. Ergo Pescennius Niger in Syria, Septimius Seuerus in Illirico cum exercitijs, quibus præsidebant, à Iuliano desciuere. Sed cum ei nuntiatum esset Seuerum desciuisse, quem suspectum non habuerat, perturbatus ad senatum uenit, impetravitq; ut hostis Seuerus renuntiaretur. militibus etiam, qui Seuerum secuti fuerant, dies præstitutus, ultra quem, si cum Seueros fuissent, hostium numero haberentur. Missi sunt præterea legati à senatu cōsulares ad milites, qui suaderent, ut Seuerus repudiaretur, & is esset imperator, quem senatus elegerat. Inter cæteros legatus est Vespertinus Candidus Verus consularis olim militibus inuisus ob durum, & sordidum imperium. Missus est successor Seueri Valerius Catulinus, quasi posset ei succedi, qui militem iam sibi tenebat. Missus præterea Aquilius Centurio notis cædibus senatorijs, qui Seuerū occideret. Ipse autem Iulianus prætorianos in campum deduci iubet, muniri turres, sed milites desides, & urbana luxuria dissolutos inuitissimos ad exercitum militare produxit. Ita ut uicarios operis, quod unicuiq; præscribebatur, mercede con-

duceret. Et Severus quidem ad urbem infesto agmine ueniebat. Sed Didius Iulianus nihil cum exercitu praetoriano proficiebat, quem quotidie populus et magis oderat, et ridebat. Et Iulianus sperans Latium factorem Severi, cum per eum Commodi manus euassisset, ingratus tanto beneficio iussit eum occidi. Iussit etiam Martianum interfici. Sed dudum haec egit Iulianus. Severus classem Rauennatem occupat, legati senatus, qui Iuliano promiserant operam suam, ad Severum transierunt. Tullius Crispinus praefectus praetorio contra Severum missus, ut classem produceret, repulsus Romam rediit. Haec cum Iulianus uideret, senatum rogauit, ut uirgines uestales, et caeteri sacerdotes cum senatu obuiam exercitui Severi prodirent, et praetentis infulis rogarent inane contra barbaros milites praesidium parans. Haec tamen a genti Iuliano Faustus Quintillus consularis augur contradixit, asserens non debere imperare eum, qui armis aduersario non posset resistere. Cui multi senatores consenserunt. Quare iratus Didius milites e castris petiit, qui senatum ad obsequium cohererent, aut obtruncarent. Sed id consilium displicuit, neque enim decebat, ut cum senatus hostem Severum Iuliani causa iudicasset, eundem Iulianum pateretur infestum. Quare meliore consilio ad senatum uenit, petiitque, ut fieret. S. C. de participatione imperii. Quod statim factum est. Tunc omen, quod sibi Iulianus, cum imperium acciperet, fecerat, omnibus uenit in mentem. Nam cum COS. designatus de eo sententiam dicens, ita pronuntiasset

Didium Iulianum imperatorem appellandum esse censo. Iulianus suggestit, adde et Severum, quod cognomentum aui, et proauis sibi Iulianus adsciuerat. Sunt tamen qui dicant nullum fuisse Iuliani consilium de obtruncando senatu, cum tanta in eum senatus contulisset. Post. S. C. statim Didius Iulianus unum ex praefectis Tullium Crispinum misit. Ipse autem tertium fecit praefectum Veturium Macrinum, ad quem Severus litteras miserat, ut esset praefectus. Sed pacem simulatam esse, tantamque caedem Severi Tullio Crispino praefecti praetorii, et populus locutus est, et Severus suspicatus. Denique hostem se Iuliano Severus maluit, quam partem consensu militum. Severus autem statim et ad plurimos Romam scripsit, et occulte misit edicta, quae proposita sunt. Fuit praeterea in Iuliano haec amenitas, ut per magos pleraque faceret, quibus putaret uel odium populi deliniri, uel militum arma. Nam et quasdam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt, et carmina profana incantauerunt, et ea quae ad speculum dicunt fieri, in quo pueri praeligatis oculis incantato uertice respicere dicuntur Iulianus fecit. Tuncque puer uidisse dicitur et aduentum Severi, et Iuliani decessionem. Et Crispinus quidem cum occurrisset praecursibus Severi Iulio Latio auctore a Seuerio interemptus est. Deiecta sunt etiam ea consulta senatu. Iulianus conuocato senatu, quaesitisque sententiis quid facto opus esset, certi nihil comperit a senatu. Sed postea sponte sua gladiatores Capuae iussit armari per Lollianum Titianum, et Clau-



diuum Pompeianum, & Atratinensem ad participa-  
tum euocauit, quod & gener imperatoris fuisset, et  
diu militibus praefuisset. Sed hoc ille recusauit senem  
se, & debilem luminibus respondens. Transierant et  
ex Umbria milites ad Seuerum, & praemiseraut qdē  
litteras, Seuerus qbus iubebat interfectores Pertinacis  
seruari. Breui autem desertus est ab omnibus Iulianus,  
et remansit in palatio, cum uno de praefectis suis  
Geniali, & genero Repentino. actum est denique  
ut Iuliano senatus auctoritate abrogaretur imperiū,  
& abrogatum est. Appellatusq; statim Seuerus IM-  
PERAT. Cum fingeretur, qd ueneno se absumpsis-  
set Iulianus. Missi tamen a senatu, quorū cura, per mi-  
litem gregarium in palatio idem Iulianus occisus ē.  
Fidem Caesaris implorans, hoc est Seueri. filiam suā  
positus imperio dato patrimonio emancipauerat, qd  
eū cum Augustae nomine statim sublatum ē. Corpus  
eius a Seuero uxori Manliae Scantilaē, ac filiae ad se-  
pulchrum est redditū & in proauū monumento tras-  
latū milliario quinto uia lauicana. Obiecta sanē sunt  
Iuliano haec, quod gulosus fuisset, quod aleator, quod  
armis gladiatorijs exercitus esset, eaq; omnia senex fe-  
cerit. Cū antea nunq̄ adolescēs his esset uitijs infama-  
tus. Obiecta est et superbia, cū ille et in imperio fuisset  
humillimus. Fuit autem contra humanissimus ad  
conuiuia, benignissimus ad subscriptione, moderatissimus  
ad libertatem. Vixit annis. LVI. mensibus.  
III. Imperauit mensibus. II. diebus. V. reprehensum  
in eo praecipue, quod eos, quos regere auctoritate  
sua debuerat, regendae REIP. praesules ipse fecisset.

AELII SPARTIANI SE-  
VERVS IMPE-  
RATOR.

INTERFECTO Didio Iuliano,  
Seuerus Africa oriundus imperium  
obtinuit, cui ciuitas Leptis, Pater Ge-  
ta, maiores equites Romani ante ciuitate  
tem omnibus datā. Mater Fulvia pia.  
patruī. M. Agrippa, & Seuerus consulares. Auis ma-  
ternus Macer. Paternus Fuluius pius fuere. Ipse natus  
est Erucio Claro. II. & Seuero COSS. VI. Idus  
Apriles. In prima pueritia prius, q̄ latinis, graecisq; li-  
teris imbueretur, quibus eruditissimus fuit. Nullū ali-  
um inter pueros ludium, nisi ad iudices exercuit, cū  
ipse praelatis fascibus, ac securibus ordine puerorum  
circumstante sederet, ac iudicaret. XVIII. anno publica-  
ce declamauit. Postea studiorum causa Romam uenit.  
Latum clauum a diuo Marco petijt, & accepit,  
fauente sibi Septimio Seuero affine suo. II. iam con-  
sulari. Cum Romam uenisset, hospitem nactus, qui  
Adriani uitam imperatoriam eadem hora legeret,  
sibi omen futurae felicitatis arripuit. habuit etiam ali-  
ud omen imperij. Cum rogatus ad coenam imperato-  
riam palliatus uenisset, qui togatus uenire debuerat.  
Togam praesidiariam ipsius imperatoris accepit. Ea-  
dem nocte somniauit lupae se uberibus, ut Remum in-  
herere uel Romulum, sedit & in sella imperatoria te-  
mere a ministro posita, ignarus, quod nō liceret. Dor-  
mienti etiam in stabulo serpens caput cinxit, & sine



noxa expergefactis, & acclamantibus familiaribus abiit. Iuuentam plenam furorū nonnunquam & criminum habuit. A dultērij causam dixit, absolutusq; ē à Iuliano procōsule, cui et in proconsulatu successit, & in consulatu collega fuit, & in imperio item successit. Quæsturam diligenter egit, omnibus sortibus in actu militari. Post quæsturam sorte Beticam accepit, atq; inde Africam petijt, ut mortuo patre rē domesticam componeret. Sed dum in Africa est, pro Bætica Sardinia ei attributa est, quod Beticam Mauri populabantur. acta igitur quæstura sardiniensi, legationem procōsulis Africæ accepit. In qua legatiōe, cum eum quidam municipium suorum Leptitanus præcedentibus fascibus, ut antiquum contubernalē ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio eiusdem præconis cecidit, legatum Po. Ro. homo plebeius temere amplecti noli. Ex quo factum est, ut in uehiculo etiam legati sederent, qui ante pedibus ambulabant. Tunc in quadam ciuitate africana, cū sollicitus mathematicum consulisset, positaq; hora ingentia uidisset, astrologus dixit ei, Tuam non alienā pone genituram. Cumq; Seuerus iurasset suam esse, omnia ei dixit, quæ postea facta sunt. Tribunatum plebis Marco imperatore decernente promeruit, eumq; scuerissime, exertissimeq; egit. Vxorem tunc Martiā duxit, de qua tacuit in historia uitæ priuatæ. Cui postea in imperio statuas collocauit, Prætor designatus à Marco est non in candida, sed in competitorū grege anno ætatis. XXXII. Tunc ad Hispaniam missus somniavit primo sibi dici, ut templum Tarraconense

Augusti, quod iam labebatur, restitueret. Deinde ex altissimi montis uertice orbem terrarum, Romamq; despexit, concinnentibus prouincijs lyra, uoce, uel tibia. Ludos absens edidit. Legionib. IIII. Scythicæ deinde propositus est circa Massiliam. Post hoc Athenas petijt studiorum, sacrorumq; causa, et operū, ac uetustatum, ubi cum iniurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his factus minuendo eorū priuilegia iam imperator se ultus est. Deinde Lugdunensem prouinciam legatus accepit cum amissa uxore aliam uellet ducere, genituras sponsarum requirebat ipse quoq; matheos peritissimus, & cum audisset esse in Syria quandam, quæ id genituræ haberet, ut regi iungeretur, eandem uxorem petijt Iuliam scilicet, & accepit interuentu amicorum, ex qua statim pater factus est. A Gallis ob seueritatem, & honorificentiam, & abstinentiam tantum quantum nemo dilectus est. Deinde Pannonias proconsulari imperio rexit. Post hoc Siciliam proconsularem sorte meruit. suscepitq; Romæ alterū filium. in Sicilia quasi de imperio uel uates, uel Chaldaeos consulisset reus factus est apud præf. præf. qbus audiendus datus fuerat. iā Cōmodo in odium ueniente absolutus est calūniatore in crucem acto. Consulatum cū Apuleio Rufino primum egit Cōmodo se inter plurimos designante. Post consulatum anno ferme fuit otiosus, deinde Læto suffragante exercitui Germanico præponitur. Proficiscens ad Germanos exercitus hortos spatiosos comparauit, cum antea ædes breuissimas Romæ habuisset, & unum fundū. In his hortis cum humi iacens

epularetur cum filiis parca cœna, pomaq; apposita maior filius, qui tunc quinquennis erat, cum collusoribus puerulis manu largiore diuideret, paterq; illū reprehendens dixisset, parcius diuide, non enim regias opes possides, quinquēnis puer respondit, sed possidebo. In Germaniam profectus ita se in ea legatione egit, ut famam, nobilitatemq; iam ante cumularet. Et hætenus militare priuatus egit. Dehinc à Germanis legionibus, ubi auditum est Commodum occisum, Iulianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus repugnans imperator est appellatus apud Carnutum Idibus Augustis. Qui etiã HS, quod nemo unquam principum, militibus dedit. Deinde firmatis, quas post tergum relinquebat, prouincijs, Romam iter contendit cedentibus sibi cunctis quacunq; iter fecit, cum iam Illyriciani exercitus, & Gallicani cogentibus ducibus in eius uerba iurassent, excipiebatur enim ab omnibus quasi ultor Pertinacis. Per idem tempus auctore Iuliano Septimus Seuerus à senatu hostis est appellatus, legatis ad exercitum senatus uerbis missis, qui iuberent, ut ab eo milites senatu præcipiente discederent. Et Seuerus quidem cum audisset senatus consensientis auctoritate missos legatos, primo pertinuit, postea id egit corruptis legatis, ut apud exercitum pro se loquerentur, transirētq; in eius partes. His compertis, Iulianus S. C. fecit fieri de participando imperio cum Seuero. Incertum uero id an dolo fecerit. Cum iam ante misisset notos ducum interfectores quosdam, qui Seuerum occiderent, ita ut ad Pescennium Nigrum interficiendum

miserat, qui & ipse imperium contra eum susceperrat auctoribus Syriacis exercitibus. Verum Seuerus euitatis eorum manibus, quos ad se interficiendum Iulianus miserat, missis ad prætorianos litteris signū uel deserendi, uel occidēdi Iuliani dedit. Statimq; auditus est, nam & Iulianus occisus est in palatio, & Seuerus Romam inuitatus, quod nulli unquam contigit, nutu tantum Seuerus uictor est factus, armatusq; Romam contendit. Occiso Iuliano, cum Seuerus in castris ex tentorijs quasi per hosticum ueniens adhuc maneret, centum senatores legatos ad eum senatus misit ad gratulandum, rogandumq;, qui ei occurrerūt Interamne, armatumq; circumstantibus armatis salutarunt excussi, nequid ferri haberent. Et postera die occurrēte omni famulatio aulico septuagenos uicenos aureos legatis dedit, eosdem præmisit facta potestate, si qui uellent remanere, ac secum Romam redire. Fecit etiam statim præfectum Flauium Iuuenalē, quem etiam Iulianus tertium præf. præt. sibi assumpserat. Interim Romæ ingens trepidatio militum, ciuiumq; quod armatus contra eos Seuerus ueniret, qui se hostē iudicassent. his accessit, quod comperit Pescennium Nigrum à Syriacis legionibus imperatorem appellatum, cuius edicta & litteras ad populum, uel senatum interceptis, per eos, qui missi fuerant, ne uel proponerentur populo, uel legerentur in curia. Eodem tempore etiam de Clodio Albino sibi substituendo cogitauit, cui Casarianum decretum, aut Comodianū uidebatur imperium. Sed eos ipsos pertimescens, de quibus recte iudicabat, Heraclitum ad obtinendas

Britannias, Plautianum ad occupandos nigri liberos misit. Cum Romam Severus uenisset, prætorianos, cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere, eosdem sic ad tribunal uocauit armatis undiq; circumdati. Ingressus deinde Romam armatus cum armatis militibus Capitolium ascendit. Inde palatium eodē habitu perrexit prælatis signis, quæ prætorianis ademerat supinis non erectis. Tota deinde urbe milites in templis, in porticibus, in adibus palatinis quasi in stabulis manserunt. Fuitq; ingressus Seueri odiosus, atq; terribilis, cum milites inempta diriperēt uastationem urbi minantes. Alia die armatis stipatus non solum militibus, sed etiam amicis in senatum uenit. In curia reddidit rationem suscepti imperij. Causatusq; est, quod ad se occidendū Iulianus notos ducū cædibus misisset. Fieri etiam. S. C. coegit, ne liceret imperatori, incōsulto senatu occidere senatorem. Sed cum in senatu esset, milites per seditionem dena millia poposcerunt à senatu exemplo eorū, qui Augustum Octauium Romam deduxerant, tantumq; acceperāt. Et cum eos uoluisset comprimere Severus, nec potuisset, tamē mitigatos addita liberalitate dimisit. Funus deinde censorium Pertinacis imagini duxit, eumq; inter diuos sacravit addito flamine, & sodalibus Aelianis, qui Martiani fuerant, sequoq; Pertinacem uocari iussit, quamuis postea id nomen aboleri uoluerit querimonia amicorum. Dehinc æs alienum dissoluit Filias suas dotatas maritis Prolio, & Aetio dedit. Et cum Prolio genero suo præfecturam urbis obtulisset, ille recusauit, dixitq; minus sibi uideri præfectum eē,

quàm principis generum. Vtrunq; autem generum statim COS. fecit. utrunq; ditauit. Alia die ad senatum uenit, & amicos Iuliani incusatos proscriptioni ac neci dedit. Causas plurimas audiuit, accusatos à provincialibus iudices probatis rebus grauius puniuit. Rei frumentariæ, quam minimam repererat, ita consuluit, ut excedens ipse uita septem annorum canonem po. Ro. relinqueret. Ad orientis statum cōfirmandum profectus est, nihil adhuc de Nigro palam dicens. Ad Africam tamen legiones misit, ne per Libyam, & Aegyptum Niger Africam occuparet, ac po. Ro. penuria rei frumentariæ perurgeret. Domitium Dextrum in locum Bossi præfecti urbi reliquit, atq; intra XXX dies quàm Romam uenerat, est profectus. Egressus ab urbe ad saxa rubra seditionem ingentem ob locum castrorum metandorum ab exercitu passus est. Occurrit ei & statim Geta frater suus, quæ provinciam sibi creditam regere præcepit aliud sperantem. Nigri liberos ad se adductos in eo habuit honore, quo suos. Miserat sanè legionem, quæ Græciã, Thraciamq; prariperet, ne eas Pescennius occuparet. Sed iam Byzantium Niger tenebat. Perinthum etiam Niger uolens occupare, plurimos de exercitu interfecit. Atque ideo hostis cum Æmiliano est appellatus. Cumq; seuerum ad participatum uocaret, contemptus est, Promisit sanè Nigro tutum exilium, si uellet. Æmiliano autem non ignouit. Æmilianus dehinc uictus in Helleponto à Seueri ducibus Cyricum primum confugit, atque inde in aliam ciuitatem, in qua eorū iussu occisus est. Fusæ sunt eadem



## SEVERVS

copiæ ab ijsdem ducibus etiam Nigri. His auditis, ad senatum Severus Pertinax quasi confectis rebus litteras misit. deinde confligit cū Nigro, eumq; apud Cyzicum interemit. Caputq; eius p̄to circūtulit. Filios Nigri post hoc, quos suorum liberorum cultu habuerat, in exilium cum matre misit. Litteras ad senatum de uictoria dedit. Neq; quēquam senatorum, qui Nigri partium fuerant, præter unum supplicio affecit. Antiochensibus irator fuit, quod & administratē se in oriente riserant, & Nigrum etiam uictu inueuerant. Deniq; multa his ademit. Neapolitanis, et Palæstinensibus ius ciuitatis tulit, quod pro nigro diu in armis fuerant. In multos animaduertit præter ordinem senatorium, qui Nigrum fuerant Secuti. Multas etiam ciuitates eiusdem partis iniurijs affecit, & dānis. Eos senatores occidit, qui cum Nigro militauerāt ducum, uel tribunorum nomine. Deinde circa Arabiam plura gessit Parthis etiam in ditioem redactis, nec non etiam Adiabenis. Qui quidem omnes cum Pescennio senserant. Atq; ob hoc reuersus triumpho delato appellatus est Arabicus, Adiabenicus, Parthicus. Sed triumphū respuit, sine uideretur de civili triumphare uictoria. Recusauit & Parthicum nomen, ne Parthos lacefferet. Redenti sanè Romā post bellum ciuile Nigri aliud bellum ciuile Clodij Albinum nuntiatum est, qui rebellauit in Gallia. Quare postea occisi sunt filij P. Nigri cum matre. Albinum igitur statim hostem iudicauit, & eos, qui ad illum mollius uel scripserunt, uel rescripserunt. Et cum iret contra Albinum, in itinere apud Viminatum filium suum

## IMPERATOR

79

maiores Bassianum appposito Aurelij Antonini nomine Casarem appellauit, ut fratrem suum Getam ab spe imperij, quam ille conceperat, submoueret. Et nomen quidem Antonini iccirco filio apposuit, quod somniauerat Antoninum sibi successurum. Vnde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum, ut et ipse succederet in imperio. Aliqui putant iccirco illū Antoninum appellatum, quod Severus ipse in Marci familiam transire uoluerit. Et primo quidem ab Albinianis Seueri duces uicti sunt. Tunc sollicitus cū confuleret, à Pannoniacis auguribus comperit se uictorem futurum, Aduersarium uero nec in potestate uenturum, nec euasurum, sed iuxta aquam esse periturū. Multi statim amici Albinum deserentes uenere, multi duces capti sunt, in quos Severus animaduertit. Multis interim uarie gestis in Gallia primo apud Tinurtium contra Albinum felicissime pugnauit Severus. Cum quidem in gens periculum equi casu adit, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur, ita ut alius iam penè imperator ab exercitu deligeretur. Eo tempore lectis actis, quæ de Clodio Celsino laudando, qui Adrumentinus, & affinis Albinus erat, factæ sunt, iratus senatui Severus quasi hoc Albino senatus præstitisset, Commodum inter diuos referendum esse censuit. quasi hoc genere se de senatu posset ulcisci, primusq; inter milites D. Commodū pronuntiauit, idq; ad senatum scripsit addita oratione uictoria. Senatoꝝ deinde, qui in bello erant interempti, cadauera dissipari iussit. Deinde Albinus corpore allato, penè seminecis caput abscidi iussit, Romanque deferri, idq; litteris



prosecutus est. Victus est Albinus die. XI. Cal. Martias. Reliquum autem cadaver eius ante domum propriam exponi, ac diuidi iussit. Equum præterea ipse residens supra cadaver Albinum egit, expauescentemque admouit, ut effrenatus audacter protereret. Addunt alij, quod idem cadaver in Rhodanum abijci præcepit simul etiam uxoris, liberorumque eius. Interfectis innumeris Albinum partium uiris. Inter quos multi principes ciuitatis, multa foeminae illustres fuerunt. Omnium bona publicata sunt, aerariumque auxerunt, tum Hispanorum et Gallorum proceres multi occisi sunt. Denique militibus tantum stipendiorum quantum nemo principum dedit. Filijs etiam suis ex hac proscriptione tantum reliquit, quantum nullus imperatorum. Cum magnam partem auri per Gallias, et Hispanias, per Italiam imperator iam fecisset. Tuncque primum priuatarum rerum procuratio constituta est. Multi sane post Albinum fidem ei seruantes bello à Seuero separati sunt. Eodem tempore etiam legio arabica defecisse ad Albinum nuntiata est. Vltus igitur grauius Albinianam defectionem interfectis plurimis, genere quoque eius extincto, iratus populo, et senatoribus Romanam uenit. Commodum in senatu, et concione laudauit. Deum appellauit. Infamibus displicuisse dixit, ut appareret eum apertissime furere. Post hoc de sua clementia differuit, cum crudelissimus fuerit, et senatores conscriptos occiderit. Occidit autem sine causae dictione hos nobiles Mummius Secundinum, Asellium Claudianum, Claudium Rufum, Vitallium Victorem, Papium Faustum, Aelium Celi

sum, Iulium Rufum, Lollium professum, Aurunculeium Cornelianum, Antoninum Balbum, Posthumium Seuerum, Sergium Lustralem, Fabium Paulinum, Nonium Graecum, Mustium Fabianum, Caesperiū Agrippinum, Ceionium Albinum, Claudium Supplicianum, Memmium Rufinum, Casperium Aemilianum, Cocceium Verum, Erucium Clarum. L. Stilonem, Clodium Rufum, Egnatium Honoratum, Petronium Iuniorum. Pescennios. Festum et Veratianum, et Aurelianum, et Materianum, et Iulianum, et Albinum. Cerellios Marcrinum, et Faustianum, et Iulianum. Herennium nepotem Sulpitium canum, Valerium Catulinum, Nouium Rufum, Clodium Arabianum, Marcum Asellionem. Horum igitur tantorum, ac tam illustrium uirorum multi in his consulares, multi praetorij, omnes certe summi uiri fuere interfecti. Ab Afris, ut deus habetur. Cincium Seuerum caluniatum est, quod se ueneno appetisset, atque ita interfecit. Narcissum deinde Commodi strangulatoreni leonibus obiecit. Multos praeterea obscuri loci homines interemit, praeter quos ius praelij abstulit. Post haec, cum se uellet commendare hominibus, uehicularium munus à priuatis ad fiscum traduxit. Caesarem deinde Bassianum Antoninum à Senatu appellari iussit decretis imperatorij insignibus. Rumore deinde belli Parthici extincto, patri, matri, amo, et uxori priori per se statues collocauit. Plautianum ex amicissimo cognita eius uita, ita odio habuit, ut et hostem publicum appellaret, et depositis statues eius per

orbem terræ graui eum insigniret iniuria. Iratus præcipue quod inter propinquorum, & affinium Seueri simulachra suam statuam ille posuisset. Palestinis pœnam remisit, quam ob causam Nigri meruerant. Postea iterum cum Plautiano in gratiam redijt, & ueluti ouans urbem ingressus Capitolium petijt. Quamuis & ipsum procedenti tempore occidit. Getam minori filio togam uirilem dedit. Maiori Plautinam filiam uxorem iunxit. Hi, qui hostem publicum Plautianum dixerant, deportati sunt. Ita omnium rerum semper quasi naturali lege mutatio est. Filios deinde COSS. designauit. Getam fratrem extulit. Profectus dehinc ad bellum Parthicum est edito gladiatorio munere, & congiario populo dato. Multos inter hæc causis uel ueris, uel simulatis occidit. Damnabantur autem plerique cur iocati essent. Alij cur tacuissent. Alij cur pleraque figurata dixissent, ut esse imperator uere nominis sui, uere Pertinax, uere Seuerus. Erat sanè in sermone uulgari parthicum bellum affectare Septimium Seuerum gloriæ cupiditate non aliqua necessitate deductum. Traiecto denique exercitu à Brundisio continuato itinere uenit in Syriam, parthosque summoit. Sed postea in Syriam redijt, ita ut se pararet, ac bellum parthis inferret. Inter hæc pescennianas reliquias plautiano authore persequebatur. Ita ut nonnullos etiam ex amicis suis quasi uitæ suæ insidiatores appeteret. Multos etiam quasi Chaldaeos, aut uartes de sua salute consulissent, interemit. præcipue suspectos unumquemque idoneum imperio, cum ipse paruulos adhuc filios haberet, idque dici ab his uel crederet, uel

ret, uel audiret, qui sibi augurabatur imperium. Denique, cum occisi essent nonnulli, Seuerus se excusabat. Et post eorum mortem negabat fieri se iussisse, quod factum est. Quod de Lato præcipue Marius Maximus dixit. Cum soror sua Leptitana ad eum uenisset uix latine loquens, ac de illa multum imperator erubesceret dato filio eius lato clauo, atque ipsi multis muneribus redire mulierem in patriam præcepit, & quædam cum filio, qui breui uita defunctus est. Aestate igitur iam exeunte Parthiam ingressus Ctesiphontem pulso rege, peruenit, & cepit hyemali propè tempore, quod in illis regionibus melius per hyemem bella tractantur, cum herbarum radicibus milites uiuerent, atque inde morbos, ægritudinesque contraherent, quare cum obsistentibus Parthis fluente quoque per insuetudinem cibi alio militum longius ire non posset, tamen perstitit, & oppidum cepit, & regem fugauit, & plurimos interemit, & Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium eius Bassianum Antoninum, qui Cæsar appellatus iam fuerat, annum. XIII. agentem participem imperij dixerunt milites, Getam quoque minorem filium Cæsarem dixerunt eundem Antoninum, ut plerique in litteras tradunt, appellantes. harum appellationum causa donatiuum militibus largissimum dedit. Concessa omni præda oppidi Parthici, quod milites quærebant. Inde in Syriam redijt uictor, & Parthicum deferentibus sibi patribus triumphum iccirco recusauit, quod consistere in curru affectus articulari morbo non posset, filio sanè concessit, ut triumpharet. Cui senatus iudicum triumphum

decreuerat iccirco, quod & in Syria res bene gestae fuerant à Seuero. Deinde cum Antiochiam trāsisset, data uirili toga filio maiori secum eum C O S. designauit, & statim in Syria consulatum inierunt. Post hoc dato stipendio cumulatione militibus, Alexandriam petijt. In itinere Palaestinis plurima iura fundauit. Iudaeos fieri sub graui poena uetuit. Idem etiam de Christianis sanxit. Deinde Alexandrinis ius Beletarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus ante uiuebant uno iudice contenti, quem Caesar dedisset. Multa praeterea his iura mutauit, iucundam sibi peregrinationem hanc propter religionem dei Serapidis, & propter nouitatem animalium bello eorum fuisse Seuerus ipse postea semper ostendit. Nam & mensam, & Memnonē, & Pyramides, & Labyrinthum diligenter inspexit, & quoniam longum est minora persequi, huius magnifica illa, quod uictō, & occiso Iuliano praetorianas cohortes exauthorauit. Pertinacem contra uoluntatem militum in deos retulit, Saluij Iuliani decreta iussit aboleri, quod non obtinuit. Deniq; cognomentum Pertinacis non tam ex sua uoluntate, quam ex morum parsimonia uideatur habuisse. Nam & infinita multorum caede crudelior habitus, & cum quidam ex hostibus eidem se suppliciter obtulisset, dixissetque ille, quod facturus esset, non est mollitus tam prudenti dicto, sed interficere eum iussit. Fuit praeterea delendarum cupidus factionum. propè à nullo congressu nisi uictor Persarum regi Abagarum subegit. Arabas in ditionem accepit. Adiabenos in tributarios coegit, Britanniam quod

maximum eius imperij decus est, muro per transuersam insulam ducto, utrinq; ad finem Oceani munivit, Unde etiam Britanici nomen accepit. Tripolim, unde oriundus erat, contusis bellicosissimis gentibus, securissimam reddidit, ac pacem diuturnam. oleum gratuitum, & fecundissimum in aeternum donauit. Idem cum implacabilis delictis fuit, tum ad erigendos industrios quosq; iudicij singularis. philosophiae, ac dicendi studijs satis deditus. Doctrinae quoque nimis cupidus. Latronum ubiq; hostis, uitam suam priuatam, publicamq; ipse composuit ad fidem, solum tamen uitium crudelitatis excusans. De hoc senatus Ita iudicauit illum aut nasci non debuisse, aut mori quod & nimis crudelis & nimis utilis Reip. uideretur. Domi tamen minus cautus, qui uxorem Iuliam famosam adulterijs tenuit eam etiam coniurationis consciam. Idem cum pedibus aeger bellum moraretur, idq; milites, anxie ferrent, eiusq; filium Bassianum, qui una erat. Augustam fecissent tolli se, atq; tribunal ferri iussit. A desse deinde oēs tribunos centuriones, duces, & cohortes, quibus authoribus id acciderat. Sisti deinde filium, qui Augusti nomen acceperat. Cūq; aduerſi in omnes authores facti praeter filium iuberet, rogareturq; omnibus ante tribunal prostratis, caput manu contingens ait. Tandem sentitis caput imperare nō pedes. Huius dictum est, cum eum ex humili per litterarum, & militiae officia ad imperiū plurimis gradibus fortuna duxisset, oīa inquit fui, & nihil expedit. Perijt Eboraci in Britania subactis gentibus. quae Britania uidebantur in festae, anno imperij. XVIII.



morbo grauissimo extinctus iam senex reliquit filios duos Antoninum Bassianum, & Getam, cui & ipsi in honorem Marci Antonini nomen imposuit illatus sepulchro Marci Antonini, quem ex omnibus imperatoribus tantum coluit, ut & Commodum in diuos referret, & Antonini nomen omnibus deinceps quasi Augusti ascribendum putaret. Ipsi à Senatu agentibus liberis eius funus amplissimum exhibitum fuit, atq; inter diuos è relatus. Opa publica præcipue eius extant Septizonium, et Therae Seuerianæ. Eius deniq; etiam ianua in trans tyberina regione ad portam nominis sui, quarum forma intercidens statim usum publicum inuidit. Iudicium de eo post mortem magnum omnium fuit, maxime quod diu nec à filiis eius boni aliquid REIP. uenit, & postea inuadentibus multis REMP. res Romana prædonibus direpti sunt. Hic tamen exiguis uestibus usus est, ut uix tunica eius aliquid purpuræ haberet. Cum hirta chlamyde humeros uelaret, cibi parcissimus, leguminis patrii auidus, uini aliquando cupidus, carnis frequenter ignarus. Ipse decorus, ipse ingens promissa barba, cano capite, & crispo. Vultu reuerendus, canorus uoce, sed asprum quiddam usq; ad senectutem senans, ac multum post mortem amatus uel inuidia deposita, uel crudelitatis metu. Legisse me apud Aelium Maurum Phellegontis Adriani libertum uemini Septimum Seuerum immoderatissime, cum moreretur, latatum, quod duos Antoninos pari imperio Reip. relinqueret, exemplo Pij, qui Verum, & Marcum Antoninos per adoptionem filios Reip. reliquit. Hoc melius, quod ille si

lios per adoptionem, hic per se genitos rectores Romanae Reip. daret, Antoninum scilicet Bassianum, quem ex priore matrimonio susceperat, & Getam, quem de Iulia genuerat, sed illum multum spes fefellit. Nam unum paricidium, alterum sui mores Reip. inuiderunt, sanctumq; illud nomen in nullo diu bene mansit. Et reputanti mihi Dioclitiane Auguste neminem propè magnorum uirorum optimum, & utilem filium reliquisse satis claret. Denique aut sine liberis uiri interierunt, aut tales habuerunt pleriq; ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere. ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod utile posset esse Reip. Quid Camillus? Num sui similes liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones? qui magni fuerunt. Iam uero quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Crispo, & Terentio. Plauto, ceterisque alijs loquar, Quid de Caesare? Quid de Tullio, cui soli melius fuerat liberos non habere? Quid de Augusto, qui nec adoptiuum bonum filium habuit? Cum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. Falsus est etiam ipse Traianus in suo municeps, ac nepote diligendo. Sed ut omittamus adoptiuos, ne nobis Antonini Pius, & Marcus numina Reip. occurrant, ueniamus ad genitos. Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquisset heredem? Quid Seuerus Septimio, si Bassianum non genuisset? qui statim insinulatum fratrem insidiarium contra se cogitatum paricidiali etiam figmento interemit? qui nouercam, matrem quinimmo, in cuius sinu Getam filium eius occiderat, uxorem duxit, qui Papinianum iuris



asylum, & doctrinae legalis thesaurum, quod paricidium excusare nolisset, occidit & praefectum suum, ne homini per se, & per conscientiam suam magno deesset, & dignitas. Denique, ut alia omittam, ex huius moribus factum puto, ut Severus tristior uir ad omnia, immo etiam crudelior pius, & dignus deorum altaribus duceretur. Qui quidem diu immo Salustij orationem, qua Micipsa filios ad pacem hortatur, in gratus morbo misisse filio dicitur maiori. Idque frustra & hominem tantum ualetudine. Vixit denique in odio populi diu antoninus. Nomenque illud uenerabile diu minus amatum est. Quamuis & uestimenta populo dederit, unde Caracallus est dictus, & thermas magnificentissimas fecerit. Extat sane Romae Seueri porticus gesta eius exprimens à filio quantum plurimi docent, structa. Signa mortis eius haec fuerunt. Ipse somniauit quatuor aquilis & gemmato curru praeuolante nescio qua ingenti humana specie ad caelum esse raptum, cumque raperetur, octoginta & noneni numeros explicuisse. Ultra quot annos ne unum quidem annum uixit, nam ad imperium senex uenit. Cumque positus esset in circulo ingenti aereo diu solus & destitutus stetit. Cum ueretur autem ne praecipuus trueret, à Ioue se uocatum uidit, atque inter Antoninos locatum. Die circensium cum tres uictoriae more solito essent locatae gypsea cum palmis, media, quae ipsius nomine ascriptum orbem palmis tenebat, uento icta de podio stans decidit, & humi constitit. Eaque, quae Getae nomine inscripta erat, corruit, & omnis comminuta est. Illa uero,

quae Bassiani titulum praeferebat, amissa palma uentis turbine uix constitit. Post murum apud uallum missum in Britania, cum ad proximam mansionem rediret, non solum uictor, sed etiam in aeternum pace fundata uolens animo quod ominis sibi occurreret, Aethiops quidam è numero militari clarae inter scurras fama, & celebratorum semper iocorum cum corona è cupressu facta eidem occurrit. Quem cum ille iratus remoueri ab oculis praecipisset, & coloris eius tactus omine & coronae dixisset ille dicitur ioci causa, totum fuisti, totum uicisti. Iam deus esto uictor. Et in ciuitatem ueniens, cum rem diuinam uellet facere, primum ad Bellonae templum ductus est terrore aruspici rustici. Deinde hostiae furuae sunt applicatae. Quod cum esset aspernatus, atque ad palatium se reciperet, negligentia ministrorum nigrae hostiae usque ad limen domus palatinae imperatoris secutae sunt. Sunt per plurimas ciuitates opera eius insignia. Magnum uero illud in ciuitate eius, quae Roma omnes aedes publicas, quae uitio temporum laborabantur, instaurauit, nusquam propè suo nomine ascripto, seruatis tamen ubique titulis conditorum. moriens septem annorum canonem, ita ut quotidiana LXXV millia modiorum expendi possent, reliquit. Olei uero tantum, ut per quinquennium non solum urbis usibus, sed & totius Italiae, quae oleo egeret, sufficeret. Vltima uerba eius dicuntur haec fuisse. Turbatam Rempu. ubique accepti, pacatam etiam Britanis relinquo. senex & pedibus aeger firmum imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt, imbecile

lum, si mali. Iussit deinde signum tribuno dari, Laboremus, quia Pertinax quādo in imperium ascitus est, signum dederat, militemus. Fortunam deinde regiam, quæ comitari principes, & in cubicalis poni solebat, geminare statuerat, ut sacratissimum simulachrum utriq; relinqueret filiorum, sed cum uideret se perurgeri sub hora mortis, iussisse fertur, ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis fortuna poneretur. Quod Bassianus prius contempsit, quā faceret paricidium. Corpuse ius à Britania Romam usq; cum magna prouincialium reuerentia susceptū est. Quamuis aliqui urnulam auream tantum fuisse dicant. Seueri reliquias continentem. Eandemq; Antoninorum sepulchro illatā, cum Septimius Pertinax Seuerus illic, ubi uita functus est, esset incensus. cum septizonium faceret, nihil aliud cogitauit. quā ut ex Africa uenientibus suum opus occurreret, & nisi absente eo per præfectum urbis medium simulachrū eius esset locatum additum palatinis ædibus, id est regium atrium ab ea parte facere uoluisse phibetur. Quod etiam post Alexāder, cum uellet facere ab aruspiciibus dicitur esse prohibitus, cum hoc sciscitatus non litasset.

ÆLII SPARTIANI ANTONINVS  
CARACALLA.

X duobus liberis, quos Septimius Seuerus reliquit, Getam, & Bassianū, quorum unum exercitus, alterum pater dixit, Geta hostis est iudicatus, Bassianum autem obtinuisse imperium constat. De cuius maioribus frustra putamus iter adum, cum omnia in Seueri uita satis dicta sunt. Huius igitur pueritia blanda, ingeniosa, parentibus affabilis, amicis parentum iucunda, populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit. non ille in litteris tardus, non in beneuolentijs segnis, non tenax in largitate, non lentus in clementia, sed sub parentibus uisus. Deniq; si quando feris obiectos damnatos uidit, fleuit, aut oculos auerit, quæ populo plus quā amabile fuit. Septennis puer, cū colluscem suum puerum ob iudicam religionem grauius uerberatum audisset, neq; patrem suū, neq; patrem pueri, uel authores uerberum diu respexit. Antiochensibus & Byzantijs interuentu suo iura uerusta restituit, quibus iratus fuit Seuerus, quod Nigrū iuuerant. Plantiani odium crudelitatis causa concepit. Quæ à parentibus gratia sigillariorum acceperat, id uel clientibus, uel magistris sponte donauit. Sed hæc puer. Egressus uero pueritiam, seu patris monitis, seu calliditate ingenij, siue quod se Alexandro Magno Macedonia equandum putabat, restrictior grauior uultu etiam truculentior factus est prorsus,

## ANTONINVS

ut eum, quem puerum scirent, multū esse non crederent. Alexandrum Magnum, eiusq; gesta in ore semper habuit. Tiberium, & Syllam in conuentu plerūq; laudauit. Patri superbior fuit. Fratrem magna eius humilitate despexit. Post patris mortem in castra praetoria pergens apud milites conquestus est, circumueniri se fratris insidijs, atq; ita fratrem in palatio fecit occidi. Eius corpus statim cremari praecipit. Dixit praeterea in castris fratrem sibi uenenum parasse, matrem eum irreuerentem fuisse. Egitq; publice his gratias, qui eum occiderunt, Addidit deniq; ijs, qui fideliores erga se fuerant, stipendium. Pars militum apud Albam Getam occisum a gerrime accepit, dicentibus cunctis duobus se fidei promississe liberis Seueri, duobus seruare debere. Clausisq; portis diu imperator non admissus, nisi delinitis animis non solum querelis de Geta, & criminationibus editis, sed enormitate stipendij militibus, ut solet, placatis, atq; inde Romam redijt. Tunc sub ueste senatoria loricam habens cum armatis militibus curiam ingressus ē. Hos in medio inter subsellia duplici ordine collocauit, & sic uerba fecit. Questus est de fratris insidijs inuolute, & incōdite ad illius accusationem, sui uero excusationem, quā quidem nec senatus libenter accepit. Cum ille dixisset, fratri se omnia permisisse, fratrem ab insidijs liberasse, & illum tamen sibi grauissimas insidias fecisse, nec uicem amor reddidisse fraterno. Post hoc relegatis, deportatisq; reditum in patriam restituit. Inde ad praetorianos processit, & in castris mansit. Altera die capitolum petijt, & eos, quos occidere parat

## CARACALLA

86

bat, affabiliter est allocutus. Innitensq; Papiniano. et Chiloni ad palatium redijt. Cum flentem matrem Getae uidisset, aliasq; mulieres, post necē fratris mulieres occidere conatus est. Sed ob hoc retentus, ne aueretur fratris occisi crudelitas. Latum ad mortē coegit misso à se ueneno, ipse enim inter suosores Getae mortis primus fuerat, qui & primus interemptus ē. Ipse mortem eius sapissime fleuit. Multos, qui caedis eius conscij fuerant, interemit. Eumq; & imaginem eius honorauit. Post hoc fratrem patruelem Afrum, cui pridie partes de cœna miserat, iussit occidi. Qui cum se praecipitasset percussorum timore, & ad uxorem cruore fracto erepsisset, tamen per ludibrium a percussoribus deprehensus est, & occisus. Occidit etiam Pompeianum Marci nepotem ex filia natum, & ex Pompeiano, cui nupta fuerat Lucilla post mortem Veri imperatoris, quem & COS. II. fecerat, & omnibus bellis praeposuerat, quae grauissima tunc fuerunt, & ita quidem, ut uideretur à latronibus interemptus. Deinde in conspectu eius Papinianus securi percussus est, & à militibus occisus, quo facto, percussori dixit gladio te exequi oportuit meum iussu. Occisus est etiam eius iussu Petronius ante templum Diui Pij, tractaq; sunt eorum per plateam cadauera sine aliqua humanitatis reuerentia. Filium autem Papinianum, qui ante triduum quaestor opulentum munus ediderat, interemit. iisdem diebus occisi sunt innumeri, qui fratris eius partibus fauerant. Occisi etiam liberti, qui Getae administrauerant, caedes deinde in omnibus locis, et in balneis

factæ, occisiq; nonnulli etiam cœnantes. Inter quos est Sammonicus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinam extant. in summum discrimen etiam Chilo iterum præf. & COS. uenit, & ob hoc, quod concordiam inter fratres suaserat. Et cum idem Chilo sublata ueste senatori nudis pedibus ab urbanicianis raptus esset, Antoninus seditionem compressit. Multas præterea postea cædes in urbe fecit passim raptis à militibus nonnullis hominibus, & occisis quasi seditionem uindicans. Ælium Pertinacem susceptum COS. ob hoc solum, quod filius eēt imperatoris, occidit. Neq; cessauit unquam sub diuersis occasionibus eos interficere, qui fratris amici fuissent. Sæpe in senatū, sæpe in populum superbe inuectus est, aut edictis propositis. aut orationibus edictis Syllam se etiam ostendēs futurum. his gestis, Galliam petijt, atq; ut primum in eā uenit, Narbonensem proconsulem occidit. Cuius deinde turbatis, qui in Gallia res regebant, odiū tyrannicum meruit, quamuis aliquando fingeret se benignum, cum esset natura truculētus. Et cum multa contra homines, & contra iura ciuitatum, fecisset, morbo implicitus grauius laborauit. Circa eos, q̄ eū curabant, crudelissimus fuit. Deinde ad orientē profectiōnem parans omisso itinere, in Dacia resedit. circa Rhetiam nō paucos Barbaros interemit, militesq; suos quasi Syllæ milites, & cohortatus est, & donauit. Deorum sanē se nominibus appellari uetuit, qđ Commodus fecerat, cum illi eum, quod leonem, aliasq; feras occidisset, Herculem dicerent. Et cum Germanos subegisset, Germanicū se appellauit uel ioco,

uel serio, ut erat stultus, & demens asserēs si Lucanos uicisset, Lucanicum se appellandum. Damnati sunt eo tempore, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statua, aut imagines erant principis. Et qui coronas imaginibus eius detraxerunt, ut alias ponerent. Damnati sunt & qui remedia quartanis, tertianisq; collo annexa gestarent. per Thracias cum præf. pret. iter fecit. Inde cum in Asiam traiceret, naufragij periculum adijt antemna fracta, ita, ut in scapham cū protectoribus descenderet. Vnde in triremem à præfecto classis receptus euasit. excepit apros frequenter, contra leonem etiam stetit. Quo etiam missis ad amicos litteris, gloriatus est, seq; ad Herculis uirtutem accessisse iactauit. Post hoc ad bellum Armenicum, Parthicūq; conuersus ducem bellicum, qui suis competebat moribus, fecit. Inde Alexandriam petijt, in Gymnasium populum conuocauit, eumq; obiurgauit, legi etiam ualidos ad militiam præcepit. Eos autē, quos legerat, occidit exemplo Ptolemæi Euergetis, q̄ octauus hoc nomine appellatus est. Dato præterea signo militibus, ut hospites suos occiderent, magnam cædē Alexandria fecit. Dehinc per Cadusios fines Babylo-nios ingressus tumultuarie cū Parthorū satrapis manum contulit feris etiam bestiis in hostes immissis. Datis ad senatum quasi post uictoriam litteris Parthicus appellatus est. Nam Germanici nomen patre uiuo fuerat consecutus. Deinde cum iterum uellet Parthis bellum inferre, atq; hybernare Edessæ, atq; inde Carras Luni dei gratia uenisset, die natalis sui VIII Idus Apriles ipsis Megalensibus, cum ad res



quisita naturæ discessisset insidijs à Macrimo præf. p̄t. positus, qui post eum inuasit imperium, interemptus est. Conscij cædis fuerunt Nemesianus, & frater eius Apollinaris, Reanusq; , qui præf. legiõis secundæ Parthicæ militabat. et qui equitibus extraordinarijs præerat non ignorantibus Martio Agrippa, qui classi præerat, & præterea plerisq; officialium impulsu Martialis. occisus est autem in medio itinere iter Carras, & Edessam, cum leuandæ uesicæ gratia ex equo descendisset. Atq; inter protectores suos coniuratos cædis ageret. Deniq; cum illum in equum strator eius leuaret, pugione latus eius confodit. Conclamatũq; ab omnibus est, id Martialem fecisse. Et quoniam dei Lunæ fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusq; id memoriæ traditum. Atq; ita nunc quoq; à Carrenis præcipue haberi, ut qui Lunam scemineo nomine, ac sexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inseruiat. At qui uero marem deũ esse crediderit, is dominetur uxori, neq; ullas muliebres patiatur insidias. Vnde quãuis Græci uel Aegyptij eo genere, quo sceminam hominem etiam Lunam deum dicant, mystice tamen deum dicunt. Scio de Papiniani nece multos ita in litteras retulisse, ut cædis nõ ascuerint causam alijs alia referentibus. Sed ego malui ueritatem opinionum edere, quàm de tanti uiri cædere reticere. Papinianum amicissimum fuisse imperatori Seuero, & ut aliqui loquuntur, affinem etiam per secundam uxorem memoriæ traditur, ad hæc præcipue utrumq; filium à Seuero commendatum, eumq; cum Seuero professum sub Scauola, & Seuero in ad

uocatione fisci successiue, atq; ob hoc concordiam fratrum Antoninorum fouisse, e gisse. quin etiam ne occideretur, cum iam de insidijs eius Bassianus quereretur. Atq; ideo una cum ijs, qui fautores fuerant Getæ, à militibus non solum permittente, uerum etiam sua dente Antonino occisum. Multi dicunt Bassianum occiso fratre, illi mandasse, ut & in senatu p̄ se, et apud populum facinus dilueret. illũ autem respondisse, non tã facile paricidium excusari posse, q̄ fieri. Est etiã hæc fabella, quod dictare noluerit orationem, qua inuehendum erat in fratrem, ut causa eius melior fieret, qui occideret. Illum autem negantem respondisse, aliud è paricidium, aliud accusare innocentem occisum. Sed hoc omnino nõ conuenit. Nam neq; præf. poterat dictare orationem, & constat eum quasi factorem Getæ occisum. Et fertur quidem Papinianus, cũ raptus à militibus ad palatium traheretur occidendus, prædiuinasse dicentem stultissimũ fore, q̄ in suũ subrogaretur locum, nisi appetitam crudeliter præfecturã uindicaret, quod factum est. Nam Macrinus occidit, ut supra exposuimus, qui cum filio factus in castris imperator filium suum, qui Diadumenus uocatus Antoninum uocauit, iccirco quod à prætorianis multum Antoninus desideratus est. Bassianus uixit annis XLIII. Imperauit annis. VI. Publico funere elatus est. Filium reliquit, qui postea & ipse. M. Antoninus Heliogabalus est dictus. Ita. n. nomen Antoninorum inoleuerat, ut uelli ex animis hominum non posset. Quod omnium pectora uelut Augusti nomẽ obsederat. Fuit male moratus, & patre duro crudelior. An

dus cibi, uini etiam appetens. suis odiosus, & præter  
 milites prætorianos omnibus castris exosus. Prorsus  
 nihil inter fratres simile. Opera Romæ reliquit Ther-  
 mas nominis sui eximias, quarum cellam solearem  
 architecti negant posse ulla imitatione, qua facta  
 est, fieri. Nam & ex ære uel cupro cancelli superposi-  
 ti esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est,  
 & tantum est spatij, ut id ipsum fieri negant potuisse  
 docti mechanici. Reliquit & porticum patris nomi-  
 ne, quæ gesta illius contineret & triumphos, & bel-  
 la. Caracalli nomen accepit à uestimento, quod popu-  
 lo dederat, demisso usq; ad talos, quod ante non fue-  
 rat. Vnde hodieq; Antonianæ dicuntur Caracallæ. hu-  
 iusmodi in usu maxime Romanæ plebis frequētata.  
 Idem uiam nouam munuit, quæ est sub eius thermis  
 Antonianis scilicet, quæ pulchrius iter Romanas pla-  
 teas non facile quicquam inuenias. Sacra Isidis Ro-  
 mam deportauit, & templum ubiq; magnifice eidem  
 deæ fecit. Sacra etiam maiore reuerentia celebrauit,  
 quam ante celebrabantur. In quo quidem mihi mirū  
 uidetur quemadmodum sacra Isidis primum p̄ hūc  
 Romam uenisse dicantur. Cum Antoninus Commo-  
 dus ita ea celebrauerit, & ut Anubim portaret, &  
 pausa sederet, nisi forte iste addidit celebritati, non eā  
 primus inuexit. Corpus eius Antoninorū sepulchro  
 illatum est, ut ea sedes reliquias eius acciperet, q̄ no-  
 men addiderat. Interest scire quemadmodum nouer-  
 cam suam Iuliam uxorem duxisse dicatur. Quæ cum  
 esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se ma-  
 xima corporis parte nudasset, dixissetq; Antoninus,

uellem

uellem, si liceret, respondisse fertur, si libet, licet. An ne-  
 scis te imperatorem esse, & leges dare non accipere?  
 Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis  
 roboratus est, nuptiasq; eas celebrauit, quasi sciret se  
 leges dare, cum uere solus prohibere debuisset. ma-  
 trem enim (non alio dicenda erat nomine) duxit uxo-  
 rem, ad paricidium iunxit incestum. Siquidem eam  
 matrimonio sociauit, cuius filium nuper occiderat.  
 Non ab re est etiam diasyrpticum quiddam in eum ad-  
 dere dictum. Nam cum Germanici, & Parthici, &  
 Arabici, & Alemānici nomen ascriberet (nam Ale-  
 manorum gentem deuicerat). Aelius Pertinax filius  
 Pertinacis dicitur ioco dixisse, adde, si placet, etiam  
 Geticus Maximus, quod Getam occiderat fratrem,  
 & Gotthi Getæ dicerentur, quos ille, dum ad orientem  
 transit, tumultuarijs prælijs deuicerat. Occiden-  
 di Getæ multa prodigia extiterunt, ut in uita eius ex-  
 ponemus. Nam quamuis prior ille è uita excesserit,  
 nos tamen ordinē secuti sumus, ut qui ei prior natus ē  
 & qui prior imperare cœperat, prior scriberetur. Eo  
 sanè tempore, quo ab exercitu appellatus est Augu-  
 stus uiuo patre, quod ille pedibus æger gubernare nō  
 posse uideretur imperium, conmissis animis militum,  
 & tribunorum, Seuerus dicitur animo uoluisse, ut  
 & hunc occideret, nisi repugnassent præf. eius gra-  
 ues uiri. Aliqui contra dicunt, præf. uoluisse id fieri,  
 sed Septimium noluisse, ne & seueritas illius crudelē  
 tatis nomine iquinaretur. Et cum authores criminis  
 milites fuerint, adolescens stultæ temeritatis pœnas  
 lueret tā grauis supplicij titulo, ut à patre uideretur.

m

occisus. Hic tamen omnium durissimus, et, ut uno cō-  
 plectamur uerbo, paricida, incestus, patris, & mat-  
 ris & fratris inimicus. à Macrino, quē eum occide-  
 rat, timore militum, ac maxime prætorianorum in-  
 ter deos relatus est. habet templum, habet salios, ha-  
 bet sodales Antonianos, qui Faustinae templum, &  
 diuiale nomē eripuit. certe templum, quod ei sub Tau-  
 ri radicibus fundauerat olim maritus Antoninus, in  
 quo postea filius Bassiani heliogabalus Antoninus si-  
 bi uel Ioui Syrio, uel soli (incertum enim id est) tem-  
 plum fecit. post istum imperauit Opilius Macrinus  
 cum filio Diadumeno.

OPILIVS MACRINVS IVLII  
 CAPITOLINI,

ITÆ illorum principum, seu tyran-  
 norum, siue Cæsarum, qui non diu im-  
 perauerunt, in obscuro latent. Iccirco  
 quod neq; de priuata eorū uita digna  
 sunt quæ dicantur, cū omnino nesciren-  
 tur quidem, nisi aspirassent ad imperiū. Et de impe-  
 rio, quod non diu tenuerunt, nō multa dici possunt.  
 Nos tamen ex diuersis historijs erutam lucem profere-  
 mus, & ea quidem, quæ memoratu digna erunt. Non  
 enim est cuiusquā in uita, qui ad diem quodcumq; fe-  
 cerit, sed eius, qui uitas aliorum scribere orditur, of-  
 ficiū est digna cognitione perscribere. Et Iunio  
 quidem Cordo studium fuit eorum imperatorum  
 uitas edere, quos obscuriores uidebat, qui non multū  
 profecit. Nam & pauca reperit, & indigna memor-

rati, asserens se minima quæque persecuturum quasi  
 uel de Traiano, aut Pio, aut Marco sciendum sit, quo-  
 ties processerit, quando cibos uariauerit, & quando  
 uestem mutauerit, & quos quando promouerit, quæ  
 illa omnia exequendo libros mythistorijs repleuit ta-  
 lia scribendo, cum omnino rerum uilium, aut nulla  
 scribenda sint, aut nimis pauca, si tamen ex his mores  
 possint animaduerti, qui re uera sciendi sunt, sed ex  
 parte conscribam, ut & ea cætera colligantur. Occiso  
 ergo Antonino Bassiano, Opilius Macrinus Præfec.  
 Præt. eius, qui ante a priuatus curabat, imperium ar-  
 ripuit. Humili natus loco, & animi, atq; oris inuere-  
 cundi, seq; nunc Seuerum, nunc Antoninum, cum in  
 odio esset omnium & hominum, & militum, nunci-  
 cupauit. Statimq; ad bellum Parthicum profectus,  
 & uindicandi se de militibus seu rumoribus, quibus p-  
 nebatur, adolescendi potestatem dempsit. Quamuis  
 Senatus eum imperatorem odio Antonini Bassiani  
 libenter acceperit, cum in senatu omnibus una uox  
 esset, quemuis magis quàm paricida, quemuis magis  
 quàm incestum, quemuis magis quàm impurum, quē  
 uis magis q̄ interfectorem & senatus & populi. Et  
 mirum omnibus fortasse uideatur, cur Diadumenus fi-  
 lius Macrini Antoninus uoluerit nūcupari, cum au-  
 thor necis Antoniniane fuisse dicatur. De ipso, q̄ in an-  
 nales relata sunt, proferā. Vates cælestis apud Car-  
 thaginem, q̄ deo repleta solebat uera canere sub Anto-  
 nino Pio, cū sciscitante proconsule de statu, ut solebat,  
 publico, & de suo imperio futura prædiceret, ubi ad  
 principes uentum est, clara uoce numerari iussit,



quoties diceret Antoninū. Tūc q̄; attentis omnibus an-  
 tonini nomen Augusti octauo edidit. Sed credentibus  
 cunctis, quod. VIII. annis Antoninus Pius impera-  
 turus esset, & ille transcendisset hunc annorum nu-  
 merum, constitit apud credentes, uel tunc uel postea  
 per uatem aliud designatum. Deniq; adnumeratis  
 omnibus, qui Antonini appellati sunt, is Antoninorū  
 numerus inuenitur. Enimuero Pius primus, Marcus  
 secundus, Verus tertius, Commodus quartus, Quin-  
 tus Carcallus, sextus Geta. Septimus Diadumenus,  
 Octauus Heliogabalus Antonini fuere. Nec inter An-  
 toninos referendi sunt duo Gordiani, qui aut prae-  
 nom tantum Antoninorum habuerunt, aut etiā An-  
 tonij dicti sunt non Antonini. Inde est, quod se & Se-  
 uerus Antoninum uocauit, & plurimi fuerunt, &  
 Pertinax, & Iulianus, & idem Macrinus, et ab ip-  
 sis Antoninis, qui ueri successores Antonini fuerunt,  
 hoc nomen magis quam proprium retētum est. Hæc  
 alij. Sed alij iccirco Antoninum Diadumenum à Ma-  
 crino patre appellatum ferunt, ut suspicio à Macrino  
 interfecti Antonini militibus tolleretur. Alij uero tan-  
 tum desiderium nominis huius fuisse dicunt, ut nisi  
 populus, & milites Antonini nomen audirent, impe-  
 ratorium non putarent. Et de Macrino quidem in Se-  
 natu à multis quando nuntiatum est, ea dicta sunt,  
 ut appareat ignobilem, serdidum, spurcum fuisse. uer-  
 ba deniq; Aurelij Victoris, cui Primo cognomē erat,  
 hæc fuerunt. Macrinum libertinum hominem prosti-  
 bulum seruilibus officijs occupatum in domo impera-  
 toria, uenali fide, uita sordida sub Commodō à Seuero

remotum etiam à miserrimis officijs, relegatumq; in  
 Africam, ubi ut infamiam damnationis te geret, le-  
 gationi operam dedisse, egisse causulas, declamasse, in  
 postremo dixisse. Donatum autem annulis aureis pa-  
 trocinante sibi Vero liberto suo Festo, aduocatum fisci  
 factum sub Vero Antonino. Sed et hæc dubia ponun-  
 tur, et alia dicuntur ab alijs, quæ ipsa quoq; non tace-  
 bimus. Nam pleriq; gladiatoriam pugnam eum ex-  
 hibuisse dixerūt. Et accepta rudi, ad Africam isse ue-  
 natorem primo, post etiam tabellionem fuisse, dein-  
 ceptus aduocatum fuisse fisci, ex quo officio ad amplissi-  
 ma quæq; peruenit. Deinde cum esset præf. prat. col-  
 lega ablegato, Antoninum Carcallum imperatorem  
 suum interemit tanta fictione, ut ab eo non uideretur  
 occisus. Nam stratore eius redempto, et spe i genti pro-  
 posita id egit, ut quasi militaribus insidijs, quod uel ob  
 paricidium, uel incestum displiceret, interemptum  
 diceretur. Statim deniq; arripuit imperium filio Dia-  
 dumeno in participatum ascito, quem continuo, ut di-  
 ximus, Antoninū appellari à militibus iussit. Deinde  
 corpus Antonini Romam remisit sepulchris maiorū  
 inferendum. Mandauit collega dudum suo præf. præ-  
 torij, ut manus suam curaret, ac præcipue Anto-  
 ninum honorabiliter sepeliret ducto funereregio, quæ  
 sciebat ob uestimenta populo, et congiaria data multu-  
 tum Antoninum à plebe dilectum. Accedebat etiam  
 illud, quod militare motum timebat, ne eo interue-  
 niente suum impediretur imperium, quod rapum  
 ierat, sed quasi inuitus acceperat, ut sunt homines,  
 qui ad ea se cogi dicunt, quæ uel sceleribus compar-



rant. Timuit autem etiam collegam ne & ipse imperare cuperet sperantibus cunctis, quod si uinius numeri consensus accederet, neque ille recusaret, & omnes cupidissime id facerent odio Macrini, uel propter uitam improbam, uel propter ignobilitatem, cum omnes superiores nobiles fuissent imperatores. infulsit praeterea in nomen Seueri, cum illius nulla cognatione tangeretur, unde iocus extitit. Sic Macrinus est Seuerus quo modo Diadumenus Antoninus. Statim tamen ad delendum militum motum stipendium, & legionariis, & praetorianis dedit solito uberius, utpote qui extenuare cuperet imperatoris occisi crimen, profuitque pecunia, ut solet, cui innocentia prodesse non poterat. Retentus est enim aliquanto tempore in imperio homo uitiorum omnium. ad senatum deinde litteras misit de morte Antonini DIVVM illum appellans, excusansque se & iurans, quod de caede illius nescierit. Ita sceleri suo more hominum perditorum iunxit periurium, a quo incipere decuit hominem improbum, cum ad Senatum scriberet. Interest scire cuiusmodi oratio fuerit, qua se excusauit, ut & impudentia hominis noscatur, & sacrilegium, a quo initium sumpsit improbus imperator, capita ex oratione Macrini & Diadumeni imperatorum. Velleius P. C. & incolumi Antonino nostro, & reuerti, cum triumpho uestram clementiam uidere. tunc denique enim florente Rep. & omnes felices essemus, & sub eo principate uiueremus, quem nobis Antoninorum loco dii dederant. Verum quia id euenire per tumultum militarem non potuit, nuntiamus primum quid de nobis exercitus fecerit, deinde honores diuinos, quod pri-

num faciendum est, decernimus ei uiro, in cuius uerba iurauimus, cum exercitus ultorem caedis Bassianae neminem digniore praefecto eius putauit, cui & ipse utique uindicandam factionem mandasset, si uinius deprendere potuisset. Et infra. detulerunt ad me imperium cuius ego P. C. interim tutelam recipi, tenebor regimen, si & uobis placuerit, quod militibus placuerit, quibus iam & stipendium dedi, & omnia imperatorio more iussi. Item infra. Diadumenum filium meum uobis notum, & imperio miles donauit et nomine, Antoninum uidelicet appellans, ut cohonestaretur prius nomine, sic etiam regni honore. quod uos P. C. bono, faustoque omine approbetis, petimus, ne uobis desit Antoninorum nomen, quod maxime diligentis. Item infra. Antonino autem diuinos honores & miles decreuit, & nos decreuimus, & uos P. C. ut decernatis, cum possimus imperatorio iure praecipere. tamen rogamus dicentes & duas stauas equestres, pedestres duas habitu militari, sedentes civili habitu duas. Item D. Seuero duas triumphales, quae omnia P. C. uos impleri iubebitis nobis religiose propriis oribus ambientibus. Lectis igitur in senatu litteris, contra opinionem omnium & mortem Antonini senatus gratanter accepit, & Opilium Macrinum libertatem publicam curaturum sperans, Primum imperitios allegit nouum hominem, & qui paulo ante procurator priuata rei fuisset. eundem cum scriba pontificum esset, quos hodie pontifices minores uocant, PONT. OPT. appellauit, Pij nomine decreto. Diu tamen lectis litteris cum omnino nemo crederet

ret de Antonini morte, silentium fuit. Sed postea quã  
constitit occisum, senatus in eum, uelut in tyrannum,  
inuectus est. Deniq; statim Macrino & proconsulari  
re imperium, & potestatem tribunitiam detulerunt.  
Filium sanè suum, cum ipse felicis nomen recepisset,  
ut suspicionem occisi à se Antonini remoueret, Anto-  
ninum uocauit Diadumenum antea dictum. Quod  
quidem etiam Varius Helio gabalus, qui se Bassiani  
filium diceret, homo sordidissimus, & ex meretrice  
conceptus, idem postea nomen accepit. Deniq; uersus  
extant cuiusdam poetæ, quibus ostenditur Antonini  
nomen cepisse à Pio, & paulatim per Antoninos us-  
q; ad sordes ultimas peruenisse. Siquidem Marcus no-  
men illud sanctum uitæ genere auxisse uideatur. Ver-  
rus autem de generasse. Commodus uero etiam posu-  
isse sacra nominis reuerentiam. Iam quid de Cara-  
callo Antonino, quid ue de hoc potest dici? Postremo  
etiam quid de Helio gabalo? qui Antoninorum ulti-  
mus in summa impuritate uixisse memoratur? Appel-  
latus igitur IMPERATOR. suscepto bello contra Par-  
thos profectus est magno apparatu studens sordes ge-  
neris, & prioris uitæ infamiam uictoriæ magnitudi-  
ne abolere. Sed conflictu habito contra Parthos dese-  
ctu legionum, quæ ad Varium Helio gabalum con-  
frigerant, interemptus est. Sed anno amplius imper-  
rauit. Sanè cum esset inferior in eo bello, quod Anto-  
ninus gesserat Artabane grauitè necem suorum ci-  
uium uindicante primo Macrinus repugnauit. Pos-  
tea uero missis legatis petijt pacem, quam libenti-  
animo interfecto Antonino Parthus concessit. Inde,

cum se Antiochiã recepisset, ac luxurie operã daret,  
iustam causam interficiendi sui præbuit exercitui, ac  
Bassiani, ut putabatur, filium sequenti, id est Helio-  
gabalum Bassianum Varium, qui postea & Bassia-  
nus, & Antoninus appellatus est. Fuit quaedam mu-  
lier Mæsa, siue Varia ex Emissena urbe soror Iulie u-  
xoris Seueri Pertinacis Afri, quæ post mortem Anto-  
nini Bassiani ex aulica domo fuerat expulsa per Ma-  
crini superbiam, cui quidem omnia concessit Macri-  
nus, quæ diu illa collegerat. Huic erant duæ filie Se-  
miamira, & Mamaea, quarum maior filius erat He-  
liogabalus, qui & Bassiani, & Antonini nomen ac-  
cepit. Nam Helio gabalum Phœnices uocant Solem.  
Sed Helio gabalus pulchritudine, ac statura, & sa-  
cerdotio conspicuus erat, ac notus oïbus hoïbus, q̄ ad  
templum ueniebant, militibus præcipue. His Mæsa,  
siue Varia dixit Bassianum filium esse Antonini, qd̄  
paulatim omnibus militibus innotuit. Erat præte-  
rea Mæsa ipsa diuissima, ex quo etiam Helio gabalus  
luxuriosissimus. quæ promittente militibus legiones,  
abductæ sunt à macrino. Suscepta enim illa noctu in  
oppidum cum suis, nepos eius Antoninus est appel-  
latus imperij delatis insignibus. Hæc ubi sunt Macri-  
no apud Antiochiam posito nuntiata, miratus auda-  
ciam Muliebre simul etiam contemnens, Iulianum  
præfectum ad obsidendos eos cum legionibus misit.  
Quibus cum Antoninus ostenderetur miro amore in-  
eum omnibus inclinatis, occiso Iuliano præfecto, ad  
eum omnes transierunt. Deinde parte exercitus con-  
iuncta, uenit contra Macrinum Antoninus contra se

festinantem, commissoq; praelio, Macrinus est uictus prodicione militum eius, & amore Antonini. fugiēs sanè Macrinus cum paucis, & filio in uico quodam Bithyniæ occisus est cum Diadumeno. Ablatūq; eius caput est, & ad Antoninum perlatum. Sciendū præ terea, quod Cæsar fuisse dicatur non Augustus Diadumenus puer, quē pleriq; pari fuisse cum patre imperio tradiderunt. occisus est etiam filius. cui hoc solum attulit imperium, ut interficeretur à milite. Nō enim aliquid dignum in eius uita erat, quod dicatur præter hoc, quod Antoninorum nomini est uelut notus appositus. Fuit tamen in uita imperatoria paulo rigidior, & austerior sperans se ante acta omnia posse oblivioni dare, cū ipse seueritatis illius occasione reprehendendi, & lacerandi eius aperiret. Nam & Seuerū se & Pertinacem uoluerat nuncupari. Quæ duo illi asperitatis nomina uidebantur. Et cum illum senatus piūm, ac felicem nuncupasset, felicitis nomen recepit, Pij habere noluit. Vnde in eum epigramma illatum græci cuiusdam poetæ uidetur extare, quod latine hac sententia continetur.

- Histrio iam senior turpis, grauis, asper, iniquus,
- Impius & felix sic simul esse cupit.
- Ut nolit pius esse, uelit tamen esse beatus.
- Quod natura negat, nec recipit ratio.
- Nam pius, & felix poterat dici, atq; uideri.
- Cui imperium infelix est, erit ille sibi.

Hos uersus nescio quis de latinis iuxta eos, qui græci erant propositi, in foro posuit. Quibus acceptis Macrinus his uersibus respondisse fertur.

- Si talem grauium retulissent fata poetam,
- Qualis latinus Gabalus iste fuit,
  - Nil populus nosset, nil nosset curia magno,
  - Nullus scripsisset carmina tetra mihi.

His uersibus Macrinus longe peioribus quàm illi Latini sunt, respondisse se credidit. Sed non minus risu i est habitus, quàm poeta ille, qui de græco latino coactus est scribere. Fuit igitur superbus, & sanguinarius, & uolens militariter imperare incusans quinetiā superiorum temporum disciplinam, ac solum Seuerum præ cæteris laudans. Nam & in crucem milites tulit, & seruilibus supplicijs semper affecit, & cū seditiones militares pateretur, multos sæpius decumauit. Aliquando etiam centesimauit, quod uerbū proprium ipsius est, cum se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione, atq; uicesimatione. Longum est eius crudelitates omnes asperire. Attamen unam ostendam non magnam, ut ipse credebat, sed omnibus tyrānicis immanitatibus tristiores. Cum qdam milites ancillæ hospitis pudorem deprauasse suspecti essent, atq; per quendam frumentarium ille didicisset, adducī eos iussit. Interrogauitq; utrū esset factum. quod cum constitisset, duos boves miræ magnitudinis uiuos subito aperiri iussit, atq; his singulos milites inseri capitibus, ut secū colloqui possent, exertis. Itaq; pœna hos affecit, cū ne adultæris qdem talia apud maiores sui tēporis eēt cōstituta supplicia. Pugnauit tñ & contra Parthos, & contra Armenios, & cōtra Arabas, quos Eudæmones uocant, non minus fortiter, quàm feliciter. Tribunum,

OPILIUS

qui excubias deserui passus est, carpento rotali super adnexam per totum iter uiuum, atq; exanimem traxit. Reddidit etiam Mezentij supplicium, quod ille uiuos mortuis illigabat, et ad mortem cogebat longa tabe cōfectos. Vnde etiam in circo, cum fauor publicus in Diadumenum semper fuisset acclamatum

- Egregius forma iuuenis,
  - Cui pater haud Mezentius esset,
- Viuos etiam homines parietibus inclusit, & struxit. Adulterij reos semper uiuos simul incendit inētis corporibus. Seruos qui à dominis fugissent, repertos ad gladium ludi deputabat. Delatores si non probarēt, capite affecit, si probarēt, delato pecuniae pramio infames dimisit. Fuit in iure non incallidus, adeo ut statuisset omnia rescripta ueterū principum tollere, ut iure nō rescriptis ageretur. Nefas esse dicens leges uideri Commodi, & Caracalli, & hominum imperitorum uoluntates, cū Traianus nunq̄ libellis responderit, ne ad alias causas facta p̄ferrentur, quae ad gratiam composita uiderentur. In annonis tribuendis largissimus fuit. In auro parcissimus. In uenerandis uel aulicis tam impius, tam pertinax, tam asper, ut serui illum suū non Macrinum dicerent, sed Macellinum, quod macelli specie domus eius cruentaretur sanguine uernulae. Vini, cibiq; auarissimus, nonnunq̄ usq; ad ebrietatē, sed uesperanis horis. nā si prādisset uel priuatim parcissimus. in cœna effusissimus. Adhibuit cōuiuio litteratos, ut loquens de studijs liberalibus necessario abstineret. Sed cum eius uilitatē homines antiquā cogitarent, crudelitātē nimiam uiderēt, hominē

MACRINVS

95

putidulum in imperio ferre non possent, & maxime milites, qui multa eius meminereant funestissima, & aliquando turpissima in ita factione illum occiderūt cum puero suo Diadumeno. s. Antonino cognomine, de quo dictum est, quod i somnijs Antoninus fuisset. Vnde etiam uersus extant huiusmodi.

- Vidimus in somnijs ciues (nisi fallor) & istud,
- Antoninorum non uen puer ille gerebat,
- Qui patre uenali genitus, sed matre pudica,
- Centum nam mœchos passa est, centumq; rogauit.
- Ipse etiam caluus mœchus fuit inde maritus,
- En pius, en Marcus, Verus nam non fuit ille.

Et isti uersus ex græco translati sunt in latinum. Nā græce sunt disertissimi. Videntur autem mihi ab aliquo poeta uulgari translati esse. Quod cum Macrinus audisset, fecit iambos, qui non extant. iucundissimi autem fuisse dicuntur, qui quidem perierunt in eo tumultu, in quo ipse occisus est, quando & omnia eius à militibus peruersa sunt. Genus mortis, ut diximus tale fuit, cum in Antoninum Helio gabalum exercitus inclinasset, ille fugit, belloq; uictus est, & occisus in suburbano Bithyniae suis partim deditis, partim occisus, partim fugatis. Ita Helio gabalus clarus redditus est, quod uideretur patris uindicasse mortē, atq; inde in imperium uenit, quod dedecorauit uitijs in gentibus. Luxuria, turpitudine, abliguritione, superbia, immanitate, qui & ipse similem exitum uitae suae sortitus est. Hæc de Macrino nobis sunt cognita, multis aliqua uariantibus, ut se habet omnis historia. Quæ de plurimis collecta sunt serenitati meae Dioclii



riane Auguste detulimus, quia te cupidum ueterum  
imperatorum esse perspeximus.

DIADUMENVS ANTONINVS  
AELII LAMPRIIDII.

ANTONINI Diadumeni pueri, quē  
cum patre Opilio Macrino imperator  
rem dixit exercitus, occiso Bassiano fa-  
ctione Macriniana, nihil hēt uita me-  
morabile, nisi quod Antoninus est di-  
ctus, & quod ei stupenda omnia sunt facta imperij  
non diuturni, ut euenit. Nam cum primum innotu-  
it per legiones occisum esse Bassianum, in gens mœ-  
ror obsedit omnium pectora, quod Antoninū i Rep.  
non haberent, existimantium, quod cum eo Roma-  
num esset imperium periturum. Id ubi Macrino iam  
imperatori nuntiatum est, ueritus ne in aliquem An-  
toninorum, qui multi ex affinis Antonini Pij erāt  
inter duces exercitus inclinaret, statim concionem pa-  
rari iussit, filiumq; suum hunc puerum Antoninum  
appellauit. Concionis uerba eiusdem. Videtis com-  
miliones & me ætatis prouectæ, & Diadumenum  
puerum, quem diu principem, si dii faueant, habebi-  
tis. Intelligo præterea desiderium in gens Antonini no-  
minis apud uos manere, quare quoniam mihi per cō-  
ditionem fragilitatis humanæ non multum superesse  
uidetur ad uitam, hunc puerum Antoninum uobis  
auctoribus nuncupo diu uobis Antoninum represen-  
taturum. Acclamatum Macrine imperator dii te ser-  
uent, Antonine Diadumene dii te seruent. Antoninū

diuum oēs rogamus. Iupiter optime maxime Macri-  
no, & Antonino uitam, tu scis Iupiter Macrinus uin-  
ci non potest. tu scis Iupiter, Macrinus uinci non po-  
test. Antoninum habemus, omnia habemus. Anto-  
ninum nobis dii dederūt patrem. Antoninus dignus  
imperio, Macrinus imperator dixit. Habete igitur cō-  
milites pro impio aureos ternos, pro Antonini noie  
aureos quos, et solitas promotiones, sed geminatas. Di-  
faciant, ut hæc sæpius fiant. Dabimus aut per cuncta  
quinquēnia id, qd̄ hodie deputauimus. Post hoc ipse  
puerulus Diadumenus Antoninus imperator dixit  
gratias ago uobis cōmiliones, quod me imperio do-  
nastis, & nomine, siquidem dignos & me, et patrem  
meum duxistis, quos imperatores Romanos dicere-  
tis, & quibus committeretis Remp. Et pater quidem  
meus curabit, ne desit imperio. Ego autē elaborabo,  
ne desim nomini Antoninorū. Scio enim me Pij, me  
Marcie me Veri suscepisse nomen, quibus satisfacere p-  
difficile est. Interim tamen, causa imperij, causa no-  
minis id omne, quod pater, & tantundem promitto  
honoribus, & ut uenerandus Macrinus pater præ-  
sens promisit, duplicatis. Herodianus græcus scriptor  
hæc pteriens Diadumenum tm̄ Cæsare dicit puerum  
à militibus nuncupatum, & cū patre occisum. Hac  
habita concione, statim apud Antiochiam moneta An-  
tonini Diadumeni nomine percussa est. Macrini usq;  
ad iussum senatus dilata est. Missæ etiam ad senatum  
litteræ, quibus nomen Antonini indicatum est. Qua-  
re etiam senatus imperium id libenter dicitur rece-  
pisse, quamuis alij Antonini Caracalli odio id fa-

etiam putent. Parauerat sanè penulas populo coloris rosei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filij sui, quæ uocarentur Antoniana, ut Caracalla Bassiani dictæ sunt. Asserens filium suum penuleñ, uel penularium dicendum, quia Caracallus esset, dictus Bassianus, congiarium etiam prædictum Antonianum promisit, ut ipsum edictum poterit idicare, uerba edicti. Vellem Quirites iam presentes essemus. Antoninus uester uobis congiarium sui nominis daret. Daret præterea et pueros Antoninianos, et puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriã propagarent, et reliqua. His ita gestis, signa in castris, et uexilla fieri Antoniniana iussit. Fecitq; Bassiani simulachra, ex auro, atq; argento, atq; dies septem supplicatio pro Antonini nomine celebrata est. Puer fuit omnium speciosissimus, statura longiuscula, crine flauo, nigris oculis, naso deducto ad omnem decorem, inuento composito, ore ad oscula parato, fortis natura, liter, exercitio delicatior. Hic ubi primum indumenta coccea, et purpurea, cæteraq; castrensia imperij insignia accepit, quasi sydereus, et cœlestis emicuit, ut amaretur ab omnibus gratia uenustatis. Hæc sunt, quæ de imperio pueri dicenda putauimus. Nunc ueniamus ad omnia imperij, quæ cum alijs, tum in hoc præcipue sunt stupenda. Die, qua natus est, pater eius, purpuras tunc forte procurator iam ærarij maioris inspexit. Et quas claras probauit, in id cōclauere digi præcepit, in quo post duas horas Diadumenus natus est. Solent deinde pueri pileo insigniri naturali, quæ obstetrices rapiunt, et aduocatis credulis uendunt, siquidẽ

causidici

causidici hoc iuari dicantur, at iste puer pileum non habuit, sed Diadema tenuit, sed ita forte, ut rumpi nõ potuerit intercedentibus specie nerui sagittarij. ferunt deniq; Diadematum puerum appellatum. Sed ubi adoleuit, aui sui nomine materni Diadumenum uocatum, quamuis non multum abhorruerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni. In agros patris eius oues purpureas. XII. ferunt natas, quarum una tantum uaria fuerat. Eadem die qua hic natus est, aquilã ei constat sensim palumbum regium paruulum attulisse, & posuisse in cunis dormienti, ac recessisse sine noxa. Panta gathi in domo patris eius nidum posuerunt. His diebus, quibus ille natus est, mathematici accepta genitura eius exclamauerunt & ipsum filiũ imperatoris esse, & ipsum imperatorem, mater eius adultera eẽt, quod fama retinebat. Hinc eidẽ aquila pileum in agro ambulanti tulit. Et cum conitum infantis clamor esset factus in monumento regio, quod iuxta uillam esset, in qua tunc pater agebat supra statuam regis posuisse, ita ut capiti eius aptaret, quod multi ominosum putarent, & morti accommodum. Clarum autem euentus ostendit. Natus est præterea natali Antonini, & ea hora, et signis propè continetibus, quibus & Antoninus Pius. quare dixerunt mathematici, & imperatoris illum filium futurum, & imperatorem, sed nõ diu Die, qua natus est, quod Antonini esset natalis, mulier quædam propinqua dicitur exclamasse Antoninus uocetur. Sed Macrinum timuisse, quod nullus ex eius genere hoc nomine censeretur, abstinuisseq; nomine imperatorio, simul quod

iam rumor de uirginitate illius emanasset. Hæc atq; alia omnia fuisse multi in litteras retulerunt. Sed illud præcipue, quod cum in cunis esset Diadumenus, & leo ruptis uinculis, & quidem ferus effugisset, atq; ad incunabula eius uenisset, puerum delinxit, & inuiolatum reliquit, cum nutrix se in leonem misisset, atq; eius morsu affecta periisset, quæ sola forte in areola inuenta erat, in aqua infans iacebat. Hæc sunt, quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno esse uideantur. Cuius uitam iunxissim patris gestis nisi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis specialis expositionem uitæ coegisset. Et fuit quidem tam amabile illis temporibus nomē Antoninorum, ut qui eo nomine non niteretur, mereri non uideretur imperium. Vnde etiam quidam & Seuerum, & Pertinacem, & Iulianum Antoninorum prænominibus honorandos putant. Vnde postea duos Gordianos patrem, & filium Antoninos cognominatos putent. Sed aliud est cum prænomen adsciscitur, aliud cum ipsum nomen imponitur. Nam Pius uerum nomen Antonini habuit cognomen Pij Marcus. uerum nomen uerissimi habuit. Sed hoc sublato, atq; abolito, non prænomen Antonini, sed nomen accepit. Verus autem Commodi nomen habuit, quo abolito, Antonini non prænomen, sed nomen accepit, Commodum autem Marcus Antoninum appellauit, atq; ita in publicum edidit diem natalis sui. Iam Caracallum Bassianum satis constat uel somnij cā, quod Seuerus uiderat, cum sibi Antoninum successorē prædictum sensisset. Anno demum XIII. Antoninum dixit, quando ei etiam imperato

riam addidisse dicitur potestatem. Getam uero, quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione, qua Bassianum appellatum satis constat, ut patri Seueri succederet, quod minime factum est. Post hoc ipse Diadumenus, ut commendaretur exercitui, senatus populoq; Romano, essetq; ingens desiderium Bassiani Caracallæ Antoninum appellatum satis constat. Extat epistola Opilij Macrini patris Diadumeni, qua gloriatur non tam se ad imperium peruenisse, qui esset secundum Remp. qua quod Antoniniani nominis esset pater factus, quo clarior illis temporibus non fuerat uel deorum. Quam epistolam prius quam interseram, libet uersus inserere in Commodum dictos, qui se Herculem appellauerat, ut intelligant omnes tam clarum fuisse Antoninorum nomen, ut illi ne deorum nomen commode uideretur adiungi. Versus in Commodum Antoninum dicti.

- Commodus Herculeum nomen habere cupit,
  - Antoninorum non putat esse bonum.
  - Expers humani iuris, & imperij
  - Sperans quin etiam clarior esse deum,
  - Quam si sit princeps nominis egregij,
  - Non erit iste deus, nec tamen ullus homo,
- Hi uersus à græco nescio quo cōpositi à malo poeta in latinum trāslati sunt. Quos ego iccirco inserendos putavi, ut sciret oēs Antoninos pluris fuisse quàm deos, ac triū principum amore, quos sapiētia, bonitas, pietas, cōsecrata sit. In Antonino pietas, in Verō bonitas, in Marco sapientia. Redeo nunc ad epistolam Macrini Opilij. Opilius
- Macrinus Noniæ Celsæ coniugi. Quid boni adepti



• *sumus mea uxor caret æstimatione, & fortassis de in-*  
 • *perio me putes dicere. Non magnum istud, quod etiã*  
 • *indignis fortuna cõcessit. Antonini pater factus sum.*  
 • *Antonini mater es facta. ó nos beatos, ó fortunatam*  
 • *domum præclaram laudem nunc denum felicitis im-*  
 • *perij. Dij faxint, & bona Iuno quam colis, ut & ille*  
 • *Antonini meritum effingat, & ego, qui sum pater,*  
 • *Antonini dignus omnibus uidear. Hæc epistola indi-*  
 • *cat quantum gloriæ adeptus sibi uideretur, quod uo-*  
 • *catus est filius Antoninus. Hic tamen quartodecimo*  
 • *mense imperij ob inciuilem patris, atq; asperũ prim-*  
 • *cipatum interfectus est, cum patre non suo nomĩne.*  
 • *Quamuis etiam istum ultra atatem scẽuisse in ple-*  
 • *rosq; reperiam, ut docent litteræ ab hoc eodem ad pa-*  
 • *trem misse. Nam cum quidam defectionis suspitionẽ*  
 • *incurrissent, & eos Macrinus scẽuissime punisset fi-*  
 • *lio forte absente, atq; hic audisset authores quidem de-*  
 • *fectionis occisos. quorum tamen unus dux Armenia*  
 • *erat, & item legatus Asia, atq; Arabia ob antiquam*  
 • *familiaritatem dimissos, his litteris cõuenisse patrem*  
 • *dicitur paribus missis etiam ad matrem, quarum ex-*  
 • *emplum historie causa inserẽdum putauit. Patri Au-*  
 • *gusto filius Augustus. Non satis mi pater uideris in*  
 • *amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyrannidis asser-*  
 • *et atæ cõscios reseruasti sperans eos uel amiciores tibi*  
 • *futuros, si ijs parceres, uel ob antiquam familiaritatẽ*  
 • *dimittendos. Quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam*  
 • *primũ omnium iam te exulceratis suspitionibus ama-*  
 • *re non possunt. Deniq; crudeliores inimici sunt, qui*  
 • *obliti ueteris familiaritatis se inimicissimis tuis iunxe-*

• *runt. Adde quod exercitus adhuc habent.*  
 • *Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,*  
 • *Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli*  
 • *Respice, cui regnum Italia, Romanaq; tellus,*  
 • *Debetur. Feriendi sunt isti, si uis esse securus. Nam*  
 • *uitio generis humani alij non sint defuturi, cui isti ser-*  
 • *uatur. Hanc epistolam quidam ipsius, quidam magĩ*  
 • *stri eius Celiani ferunt Afri quondã rhetoris. Ex qua*  
 • *apparet q̃ asper futurus iuuenis, si uixisset. Exiit alia*  
 • *epistola ad matrem ab eodem destinata talis. Domi-*  
 • *nus noster et Augustus nec te amat, nec ipsum se, qui*  
 • *inimicos suos seruat. Age igitur, ut Arabianus, &*  
 • *Thuscus, & Gellius ad palium deligentur, ne si occa-*  
 • *sio fuerit, nos interimant. Et quantum Lollius Urbis-*  
 • *cus in historia sui temporis dicit, istæ litteræ per nota-*  
 • *rium proditæ illi puero multum apud milites obfuis-*  
 • *se dicuntur. Nam cum patrem occidissent, quidam*  
 • *hunc seruare uoluerunt, sed extitit cubicularius, qui*  
 • *has epistolas concioni militum legit. Interfectis igitur*  
 • *ambobus, & capitibus pilo circũlatis in Marcum*  
 • *Aurelium Antoninum charitate nominis inclinauit*  
 • *exercitus. Is filius Bassiani Caracallæ ferebatur, erat*  
 • *autẽ templi Heliogabali sacerdos homo omnium im-*  
 • *purissimus, et qui fato quodam Romanum deforma-*  
 • *uerit imperium. De quo quidem, quia multa sunt di-*  
 • *cenda, loco suo differam.*



EIVSDEM LAMPRIIDI ANTONINI  
NVS HELIOGABALVS.

Itam Heliogabali Antonini impurissimam, qui Varius etiam dictus est, nunquam in litteras misissem, ne quis fuisse Romanorum principem sciret, nisi ante Caligulas, & Neronas, et Vitellios. hos idem habuisset imperium. Sed cum eadem terra & uenena ferat, & frumentum, atque alia salutaria, alia contraria, eadem serpentes, & Ciconias, compensationem sibi lector diligens faciet, cum legerit Augustum, Vespasianum, Traianum, Adrianum, Pium, Marcum contra hos prodigiosos tyrannos simul intelliget Romanorum iudicia, quod illi & diu imperarint, et exitu naturali functi sunt. Hi uero interfecti, tracti tyranni etiam appellati, quorum nec nomina libet dicere. Igitur occiso Macrino, eiusque filio Diadumeno, qui pari potestate imperij Antonini etiam nomen acceperat, in Varium Heliogabalum imperium collatum est, iccirco, quod Bassiani filius diceretur. Fuit autem Heliogabali, uel Iouis, uel Solis sacerdos, atque Antonini sibi nomen asciuerat, uel in argumentum generis, uel quod id nomen usque adeo carum esse cognouerat gentibus, ut etiam parricida Bassianus causa nominis amaretur. Et hic quidem prius dictus est Varius. Post Heliogabalus sacerdotio dei Heliogabali, cui templum Romae in eo loco constituit, in quo prius aedes Horci fuit, quem e Syria secum adduxit. Postremo cum accepit imperium Anto-

FOO  
ninus appellatus est. Atque ipse in Romano imperio altissimus Antoninorum fuit. Hic tantum Semiamia re matri deditus fuit, ut sine illius uoluntate nihil in Rep. faceret. Cum ipsa meretricio more uiuens in aula omnia turpia exerceret. Antonino autem Caracalla stupro cognita, ita ut hinc uel Varius, & Heliogabalus uulgo conceptus putaretur. Et aiunt quidem Varij etiam nomen iccirco eidem inditum a condiscipulis, quod uario semine de meretrice, utpote conceptus uideretur. Hic fertur occiso Macrini factione patre (ut dicebatur) Antonino in templum dei Heliogabali confugisse, uelut in asylum, ne interficeretur a Macrino, qui saeuissime cum filio luxurioso, et crudeli exercuit imperium. Sed de nomine haecenus, quamuis sanctum illud Antoninorum nomen polluerit. Quod tu Constantine sacratissime ita ueneraris, ut Marcum, & Pium inter Constantinos, Claudiosque uelut maiores tuos aureos sermaueris adoptans uirtutes ueterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas, & caras. Sed, ut ad Antoninum Varium reuertamur, natus imperium Romae nuntios misit. Excitatisque omnibus ordinibus, omni etiam populo ad nomen Antoninum, quod non solum titulo, ut in Diadumeno fuerat, sed etiam in sanguine redditum uidebatur, cum se Antoninum Bassiani filium scripsisset, ingens eius desiderium factum est. Erat praeterea etiam rumor, quod nouis post tyrannos solet dominari principibus, qui nisi ex summis uirtutibus non permanet, & quem multi mediocres principes amiserunt. Denique ubi in senatu lectae sunt litterae Heliogabali, statim fausta in Anto-

ninum, & dicitur in Macrinum, eiusque filium dicta sunt. Appellatusque Antoninus princeps uolentibus cunctis, & studiose credentibus, ut sese habent uota hominum ad credulitatem festinantium, cum quod optant, uerum esse desiderant. Sed ubi primum ingressus est urbem omissis ijs, quae in provincia gererentur, Helio gabalum in palatino monte iuxta aedes imperatorias consecrauit, eique templum fecit studens & matristypum, & Vestae ignem, & palladium, & ancylia, & omnia Romanis ueneranda in illud transferre templum, & id agens ne quis Romae deus nisi Helio gabalus coleretur. Dicebat praeterea Iudaeorum, & Samaritanorum religiones, & christianam deuotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Helio gabali sacerdotium teneret. Deinde ubi primum diem senatus habuit, matrem suam in senatu rogari iussit. Quae, cum uenisset uocata ad COSS. subsellia, scribendo affuit, id est S. C. conficiendi testis, solusque omnium imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima loco uiri senatum ingressa est. Fecit & in colle. Quirinali senaculum, id est mulierum senatum, in quo ante fuerat conuentus matronalis solenibus duntaxat diebus. Et si unquam aliqua matrona consularis coniugij ornamenti esset donata quod ueteres imperatores affinibus detulerunt, et his maxime quo nobilitatos maritos non habuerant, ne in nobilitate remanerent. Sed Semiamirica facta sunt S. C. ridicula de legibus matronalibus, quae quo uestitu incederent, quae cui crederent, quae ad cuius osculum uenirent, quae pilento, quae equo saginario, quae

asino ueheret, quae carpento mulari, quae borum, quae sella ueheretur, quae ue earum pellicia, an ossea, an elaborata, an argentata, & quae aurum, uel gemmas in calciamentis haberent. Ergo cum hybernasset Ni comediae, atque omnia sordide ageret, inireturque a uiris et subigeret, statim milites facti sui praenituit, quod in Macrinum conspirauerant, ut hunc principem facerent. atque in consobrinum eiusdem Helio gabalum Alexandrum, quem Caesarem senatus Macrino interempto, appellauerat, inclinauere animos. Quis enim ferre posset principem per cuncta caua corporis libidinem recipientem, cum ne belluam quidem talem quisquam ferat? Romae denique nihil egit aliud, nisi ut emissarios haberet, qui ei bene nascatos perquirerent eosque ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui posset. Agebat praeterea domi fabulam Paridis ipse, Veneris personam subiens, ita, ut subito uestes ad pedes defluerent, nudusque una manu ad mammam, altera pudendis adhibita, in genicularibus posterioribus eminentibus in subactorem reiectis, & oppositis. Vultum praeterea eodem, quo Venus pingitur, schemate figurabat corpore toto expolitus, eum fructum uitae praecipuum existimans, si dignus, atque aptus libidini plurimorum uideretur. Vendidit & honores, & dignitates, & potestates tam per se quam per omnes seruos, ac libidinum ministros. In senatum legit sine discrimine aetatis, census, generis, pecuniae merito. militaribus etiam praepositis tribunatibus, & legationibus, & ducibus, uenditis etiam procurationibus, & palatinis officijs. Aurigas Proto genem,

## ANTONINVS

et cordium primo in certamine curuli socios post in  
 omni uita, & actu participes habuit. Multos, quos  
 corpora placuerant, de scena, & circo, & arena in  
 aulam traduxit. Herodem uero sic amauit, ut eidem  
 in gynaoscularetur, quod dictum etiam uerecundum  
 est. Floralia sacra se asserens celebrare, in uirginē uer  
 stalem incestum admisit. Sacra P. R. sublatis penetra  
 libus profanauit. Ignem perpetuum extinguere uolu  
 it. Nec Romanas tantum extinguere uoluit religio  
 nes, sed per orbem terræ unum studens, ut Heliogab  
 balus deus unus ubique coleretur, & in penam Ver  
 stæ, quod solæ uirgines, soli quæ pontifices aduent, irru  
 pit pollutus ipse omni contagione morum, cum ijs, quæ  
 se polluerant. Et penetrale sacrum est auferre conat  
 us. cum quæ seriam quasi ueram rapuisset, quamuis uir  
 go maxima falsam monstrauerat, atque in ea nihil  
 reperisset, applosam fregit, nec tamen quicquam reli  
 gioni dempsit, quia plures similes factæ dicuntur eē,  
 nequis ueram unquam possit auferre. Hæc cum ita  
 essent, signum tamen quod palladium esse credebat,  
 abstulit. Et auro uinctum in sui dei templo locauit.  
 Matris etiam deinde sacra accepit, et adeo ebaccha  
 tus est, ut typum eriperet, & alia sacra, quæ penit  
 tus habentur condita. Iactauit autem caput inter præ  
 cisos phanaticos, & genitalia sibi deuinxit, et omnia  
 fecit, quæ Galli facere solent. Ablatum quæ sanctum no  
 men in penetrale dei sui transtulit. Salambonem etiam  
 am omni planctu, & iactatione syriaci cultus exhib  
 uit, omen sibi faciens imminentis exitij. Omnes sanè  
 deos sui dei ministros esse aiebat, cum alios eius cubia

## HELIOGABALVS

102

cularios appellaret, alios seruos, alios diuersarum rer  
 rum ministros. Lapidem, qui diui dicuntur, ex proprio  
 templo Dianæ Laodiceæ ex adyto suo, in quo id Ore  
 stes posuerat, asserere uoluit. Et Orestem quidem seruit  
 non unum simulachrum Dianæ, nec uno in loco posu  
 isse, sed multa in multis. Postea, quod se apud tria flu  
 mina circa Hebrum ex responsio purificauit, etiam O  
 restam condidit ciuitatem, quam sæpe cruentari homi  
 num sanguine necesse est. Et Orestam quidem urbem  
 Adrianus suo nomine uindicari iussit. Eo tempore,  
 quo furore cœperat laborare, ex responsio, cum ei di  
 ctum esset, ut in furiosi alicuius domum, uel nomen  
 irreperet. (nam ex eo emollitam insaniam ferunt) per  
 quam multos senatores occidi iusserat. Quibus seruatis,  
 Antoninus Pij nomen meruit, quod eos post ad sen  
 natum adduxit, quos omnes iussu principis interfectos cre  
 debant. Cædit & humanas hostias lectis ad hoc pu  
 eris nobilibus, & decoris per omnem Italiam patri  
 mis, & matrimis, credo ut maior esset utriusque parenti  
 dolor. Omne denique magorum genus aderat illi, or  
 perabatur quæ quodiam hortante illo, & gratias dijs ar  
 gente, quod amicos eorum inuenisset, cum inspiceret  
 exta puerilia, & excruciet hostias ad ritum genti  
 lem suam. Cum collarum misisset in populum, non  
 nummos uel argenteos, uel aureos, uel bellaria, uel mi  
 nuta animalia, sed boues opimos, & camellos, &  
 asinos, & ceruos populo diripiendos abiecit, impar  
 torum id esse dictitans. Insecutus est famam Macrini  
 crudeliter, sed multo magis Diadumeni, quæ Antoninus  
 dictus est, pseudo antoninum, & pseudo philippum



## ANTONINVS

eum appellans, simul quod cum luxuriosissimus exi-  
tisset, uir fortissimus, optimus grauissimus, seuerissi-  
mus diceretur. Coegit deniq; scriptores nonnullos ne-  
fanda, immo potius impia eius dicta de luxuria di-  
sputare, ut in uita eius. Lamacrum publicum in aedi-  
bus aulicis fecit, simul et palam populo exhibuit, ut  
ex eo conditiones bene nasatorum hominum callige-  
rent. Idq; diligenter curatum est, ut ex tota penitus  
urbe, atq; ex nauticis monobelos quaerent, sic eos ap-  
pellabant, qui uiriliores uidebantur. Cum Marcomā-  
nis bellum inferre uellet, quos Antoninus pulcherrime  
profligauerat, dictum est quibusdam per Chalda-  
os, et magos Antoninum Marcum id egisse, ut Mar-  
comāni Po. Ro. semper deuoti essent, atq; amici, idq;  
factis carminibus, et cōsecratione, cum quaereret, quae  
illa essent, uel ubi essent, suppressum est. Constabat  
enim illum ob hoc consecrationem quaerere, ut eam  
dissiparet spe belli concitandi. Et iccirco maxime qđ  
audierat responsum fuisse ab Antonino bellum Mar-  
comannicum finiendum. Cum hic Varius, et Helio-  
gabalus, et ludibrium publicum diceretur, nomē au-  
tem Antonini pollueret, in quod inuaserat. Prodeba-  
tur autem per eos maxime, qui dolebant sibi homi-  
nes ad exercendas libidines bene nasatos, et maioris  
peculij opponi. Vnde etiam de nece eius cogitari cœ-  
pit. Et haec quidem domi. Sed milites postea illū uela-  
ri imperatoris nomine pati nequuerunt. Ac primū  
inter sese, deinde per coronas iecere sermones in Ale-  
xandrum omnes inclinantes, qui iam Caesar erat à se-  
nati dictus eo tempore, quo Macrinus\* huius Anto-

## HELIOGABALVS

103

nini, nam Varius una his erat amia. Vnde Helio-  
gabalus Varius dicebatur. Zoticus sub eo tantum ualuit,  
ut ab omnibus officiorum principibus sic haberetur,  
quasi domini maritus esset. Erat praeterea idē Zo-  
ticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia  
Heliogabali dicta, et facta uenderet, sumis quam ma-  
xime diuitias enormes sperans cum alijs polliceretur,  
omnes falleret. Egre diēs q; ab illo singulos audiret di-  
cens de te hoc locutus sum, de te hoc audiui, de te hoc  
futurum ē, ut sunt homines huiusmodi, qui si admis-  
si fuerint ad nimiam familiaritatem principum, far-  
mam non solum malorum, sed et bonorum principum  
uendunt. Et qui stultitia, uel innocentia impe-  
ratorum, qui hoc non perspiciunt, infamiam gerar-  
tione pascuntur. Nupsit et coijt, ut et pronubium ha-  
beret, clamaretq; concide magis. Et eo quidem tem-  
pore, quo Zoticus aegrotabat, querebat deinde à phi-  
losophis, et grauissimis uiris, an et ipsi in adolescen-  
tia perpeSSI essent, quae ipse pateretur quidem impu-  
dentissime, neq; enim unquam uerbis pepercit infamibus,  
cum et digitis impudicitiam ostentaret, nec ul-  
lus in conuentu, et audiente populo esset pudor. Fe-  
cit libertos praesides, legatos, consules, duces, omnesq;  
dignitates polluit ignobilitate hominum perditorū.  
Cū ad uindemias uocasset amicos nobiles, et ad cor-  
bes sedisset, grauissimū quēq; percunctari cœpit, an  
promptus esset in uenerem erubescensq; senibus  
exclamabat, erubuit, saluares est, silentium, ac rubo-  
rem pro consensu ducens. Addidit praeterea ipse, quae  
faceret sine ullius pudoris uelamento. Posteaquā senes



uidit erubescere, ac tacere, uel quia ætas, uel quia dignitas taliarefutabat, contulit se adiuuenes, & ab his cœpit omnia exquirere, à quibus cum audiret ætati congrua, gaudere cœpit, & dicere uere liberã uindemiam esse, quam sic celebrarent. Ferunt multũ ab ipso primum repertum, ut in uindemiarum festiuis multa in dominos iocularia, & audientibus dominis diceretur, quæ ipse composuerat, & græca maxime. Horum pleraq; Marius Maximus dicit in uita ipsius Helio Gabali. Erant amici improbi, & senes quidam, & specie philosophi, qui caput reticulo componerent, qui improba quædam pati se dicerent, qui maritos se habere iactarent. Quos quidem sinxisse dicunt, ut illi fierent uitiõrum imitatione cariores. Ad præfecturam prætorij saltatorem, qui histrionicam Romæ fecerat, asciiuit Præfectum uigilium Gordium aurigam fecit. præfectum annonæ Claudium censorem ad honores reliquos promouit commendatos sibi pudibiliũ enormitate membrorum ad uicesimam hereditatum millionẽ curare iussit. Iussit et cursorẽ, iussit & cœcum, & claustraliũ artificem. Cum ingressus est uel castra, uel curiam, auiam suam Variã nomine, de qua superius dictum est, secum induxit, ut eius auctoritate honestior fieret, quia per se non poterat, nec ante eum, quod iam diximus, senatum mulier ingressa est, ita ut ad scribendum rogaretur, et sententiam diceret. In conuiujs exoletos maxime iuxta se ponebat. eorumq; attrectatione, & tactu præcipue gaudebat. Nec quisquam ei magis poculum, cum bibisset, dabat. Inter hæc mala uita ipudicissimæ Alex

andrum, quem sibi adoptauerat, à se amoueri iussit, dicens se pœnitere adoptionis, mandauitq; ad senatũ, ut Cæsaris ei nomen abrogaretur. Sed in senatu hoc prodito, ingens silentium fuit. Siquidem erat optimus iuuenis Alexander, præsertim a comprobatus genere imperij eius, cum ideo displiceret patri, quod impudicus non esset. Erat autem eidẽ consobrinus, & ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur, & senatũ acceptus erat, & equestri ordini. Nec defuit tamen furor usq; ad exitum uoti pessimi. Nam ei percussores immisit. Et hoc quidem modo ipse secessit ad hortos spei ueteris quasi contra nouum iuuenem uota concipiens relicta in palatio matre, & auia, & consobriño suo, iussitq; ut trucidaretur iuuenis optimus, & Reip. necessarius. Misit & ad milites litteras, quibus iussit, ut abrogaretur nomen Cæsaris Alexandro. Misit qui & in castris statuam eius titulos luto tegeret, ut fieri solet de tyrãnis. Misit & ad nutritores eius, quibus imperauit sub præmiõrum spe, atq; honorum, ut eũ occiderent quo uellent modo, uel in balneis, uel ueneno, uel ferro. Sed nihil agunt improbi cõtra innocẽtes. Nã nulla uis adduci potuit, ut tãm facinus impleret, cum in ipm magis conuersa sint tela, q̃ parabat alijs, ab ijsq; sit interfectus, quibus alios appetebat. Sed ubi primum lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt. Et pars in palatium, pars in hortos, in quibus erat Varius, ire tendunt, ut Alexandrum uindicaret, hominemq; impurum, eundemq; paricidialis animi tandem à Rep. depellerent. Et cum in palatium uenissent, Alexandrum cum matre, atq; auia ui-

stoditum diligentissime postea in castra duxerunt. Secuta autem erat illos Semiamira mater Heliogabali pedibus, sollicita filio. Inde itum est in hortos, ubi Varius inuenitur certamen aurigandi parans, expectans tamen intentissime, quando eidem nuntiaretur consobrinus occisus. Qui subito militum strepitu exterritus in angulum se condit, obiectuq; ueli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi, se texit. Misit ex praefectis alios ad compefcendos milites in castra, alios uero ad eos placandos, quoniam in hortos uenissent. Antiochianus igitur ex praefectis unus milites, qui in hortos uenerant & sacramenti admonitione exorauit, ne illum occiderent, quia multi uenerant, et plerique cum uexillo, quod Aristomachus tribunus retinuerat, remanserant. Haec in hortis. In castris uero milites precanti praefecto dixerunt se parafuros esse Heliogabalo, si et impuros homines, et aurigas, et histriones a se dimoueret, atque ad bonam frugem rediret. His maxime submotis, qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant, et qui omnia eius uendebant, uel uanitate, uel sumis. Remoti sunt denique ab eo Herodes, Gordus, et Murissimus, et duo improbi familiares, qui enim ex stulto stultiores faciebant. Mandatum praeterea a militibus praefectis ne paterentur illum ita diutius uiuere, et ut Alexander custodiretur, ne uel illi aliqua uis afferretur simul ne Caesar quempiam amicum Augusti uideret, ne ulla fieret imitatio turpitudinis. Sed Heliogabalus et ingenti prece Herodem reposcebat impudicissimum hominem, et insidias in dies Casari propagabat. Denique Calendis Ianuarijs cum simul

tum designati

tum designati eunt COSS. noluit cum consobrinoprocedere. Ad extremum cum ei auia, & mater dicerent imminere milites ad eius exitum nisi concordiam uiderent inter se consobrinorum, sumpta praetexta hora diei sexta processit ad senatum auia sua ad senatum uocata, & ad sellam producta. Deinde in Capitolium ad uota concipienda, & perficienda solennia ire noluit, omnia per Pr. urbanum facta sunt, quasi COSS. illic non essent. Nec distulit caedem consobrini, sed timens ne senatus ad aliquem se inclinaret, si ille consobrinum occidisset, iussit subito senatum urbe decedere. Omnesque etiam, quibus aut uehicula, aut serui deerant, subito proficisci iussi sunt. Cum alij per baiuulos, alij per fortuita animalia, & mercede conducta ueheretur. Sabinum consularem uirum, ad quem liberos Vlpianus scripsit, quod in urbe remansisset, uocato centurione, mollioribus uerbis iussit occidi. Sed centurio aure surdior imperari sibi credidit, ut urbe pelleretur. Itaque fecit, sic uitium centurionis Sabino saluti fuit. Remouit & Vlpianum iuriconsultum, ut bonum uirum, & Siluinum rhetorem, quem magistrum Caesaris fecerat. Et Siluinus quidem occisus est, Vlpianus uero reseruatus. Sed milites, et maxime praetoriani uel scientes quae mala in Heliogabalum parauerant, uel, quod sibi uiderent inuidiam, facta conspiratione ad liberandam Remip. primum conscios genere mortis cum alios uitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent, ut mors esset uitae consentiens. Post hoc in eum impetus factus est, atque in latrina, ad quam confugerat, occisus. Tractus deinde per publicum,

additaq; iniuria cadaveri ē, ut id in cloacula milites mitterent. Sed cū non cepisset cloacula fortuito per pontem Aemilium annexo pondere ne fluitaret, in Tyberim abiectum est, ne unquam sepeliri posset. Tractum est cadaver eius etiam per circi spatia prius, quam in Tyberim precipitaretur. Nomen eius, ēdest Antonini erasum ē senatu iubete, remansiq; Varij Helio gabali, siquidem illud affectatio retinuerat, cum uult uideri filius Antonini, appellatus est post mortem Tyberinus, & Tractitius, & impurus. Et multa siquando ea erant designanda, quae sub eo facta uidebantur. Solusq; omnium principum & tractus est, & in cloacam missus, & in Tyberim precipitatus. Quod odio communi omnium cōtigit, à quo speciatim cauere debent imperatores, siquidem ne se pulchra mereantur, qui amorem senatus populi, ac militum non merentur. Opera publica ipsius p̄ter adē Helio gabali dei, quem Solem alij, alij Iouem dicunt. Et amphitheatri instauratio post exustionem, & la uacrū in uico Sulpitiō, quod Antoninus Seueri filius coeperat, nulla extant. Et lauacrum, quod Antoninus Caracalla dedicauerat & lauando, & populū admittendo. Sed porticus defuerant, quae postea ob hoc sub Decio Antonino extructae sunt, & ab Alexandro perfectae. Hic ultimus Antoninorū fuit, quāuis cognomine postea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonij dicti sunt non Antonini. Vita, moribus, improbitate ita odibilis, ut eius nomen senatus eraserit, quem nec ego Antoninum uocassem, nisi causa cognitionis, quae cogit plerunq; dici ea etiam nomina,

quae sunt abolita. Occisa est cum eo & mater Semiramira probrosissima mulier, & digna filio. Cauiumq; ante omnia post Antoninum Helio gabalum, ne unquam mulier senatum ingrederetur. Utq; inferis eius caput dicaretur, deuouereturq;, per quem id esset factum. De huius uita multa in litteras missa sunt obscena, quae digna memoratu non sunt, ea solum prodenda censui, quae ad luxuriam pertinebant, quorum aliqua priuatus, aliqua iam imperator fecisse perhibetur. Cum ipse priuatus diceret se Apicium, imperator uero Neronem, Othonem, & Vitellium imitari, nam primus omnium priuatorum toros aureis toralibus texit, quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem apparatus imperatorum publice uendiderat. Deinde aestiua conuiuia coloribus exhibuit, ut hodie prasinum uitruum, alia die uenetum deinceps exhiberet, semper uariē per dies omnes aestiuos. Primus deinde mensas, & capsas argenteas habuit. Primus etiam cacabos. Vasa deinde centenaria argentea scalpta, & nonnulla la schematicis libidinosissimis inquinata. Et mastixatum, & pulentatum, & omnia haec quae nunc luxuria retinet, primus inuenit. Nam rosatum ab alijs acceptum, pinearum etiam attricione odoratius reddidit. Denique haec genera poculorum ante Helio gabalum non leguntur. Nec erat ei ulla uita nisi ex gre nouas uoluptates. Primus fecit de piscibus isitla, primus de ostreis, & leiostreis, & alijs huiusmodi marinis cōchis, & locustis, & cammaris, et scyllis. Stravit & triclinia de rosa, & lectos, & porticus,



ac sic per ea deambulavit, idq; omni florum genere lilijs, uiolis, hyacinthis, & narcissis. Hic non nisi unguento nobili, aut croco piscinis infectis natavit. Nec cubuit in accubitis facile nisi ijs, quæ pilum leporinū haberent, aut plumas perdicum subalares sæpe culcitas mutans. Senatū nonnunquam ita contempsit, ut mācipia togata appellaret. Po. uero Ro, unius fundi cultorem, equestrem ordinem in nullo loco habēs. præfectum urbicum sæpe post cœnam ad potandum uocabat, adhibitis & præfectis prætorio, ita ut si recusarent, magistri eorum eos cogèrent. Voluit et per singulas urbes lenones præfectos urbi facere. Et ut essent in urbe. XIII. & fecisset, si uixisset promoturus omnes turpissimos, & ultimæ professionis homines. Hic solido argento habuit lectos & triclinares, & cubicalares. Comedit sæpius ad imitationem Apicij calcarnea camelorum, & cristas uinis gallinaceis dēptas, linguas pauonum, et lusciniarum, quod qui ederet, epilepsia tutus diceretur. Exhibuit et palatinis ingētes dapes extis nullorum refertas, & cerebellis phecnicopterum, & perdicum ouis, et cerebellis turdorum, et capitibus psitacorum, et fasianorum, et pauonū. Barbas sanè nullorum tātas iubebat exhiberi, ut pronascentis\* apiasteris, & facelaribus, & sceno græco exhiberet plenis fabatarijs, et discis, quod præcipue stipendium est. Canes iocineribus anserum pavit. Habuit leones, et leopardos exarmatos in delitijs, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quod exarmati essent ad pauorem, et ridiculum exci-

tandum. Misit et uuas apamenas in præsepia equis suis, et psitacis, atq; fasianis leones pavit, et alia animalia exhibuit, et summa aprina per dies decem tricena quotidie cum suis bulbis, pisum cum aureis, lentem cum ceraunijs, fabam cum electris, et orizā cum albis exhibens uasis. Albas præterea inuicem piperis piscibus, et tuberibus conspersit. Oppressit in tricliniis uersatilibus parasitos suos uiolis, et floribus sic, ut animam aliqui efflauerint, cum eripi ad summum non possent. condito piscinas, et solia temperavit. et rosato, atq; absynthio uulgus ad bibendum inuitauit, et ipse cum populo tantum bibit, ut in piscina eum bibisse intelligeretur. uiso quod unus bibisset eunuchos pro aphroditis dedit. Dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas, et rhedas. dedit et aureos millenos, et centena pondo argenti, Sortes sanè conuiales scriptas in coclearibus habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem struthiones, alius decem oua pullina, ut uerae sortes essent, et fata tentarentur. quod quidem et ludis suis exhibuit. Cum et ursos. X. et. X. griles, et. X. lactucas, et. X. auri libras in sorte habuit. Primusque hunc morem sortis instituit, quem nūc uidemus. Sed uere ad sortē scenicos uocauit, cum et canes mortuos, et libram bubulae carnis haberet in sorte. Et iteni centum aureos et mille argēteos, et centum folles aris, et alia talia, quæ populus tam libenter accepit, ut eum postea imperatore gratularetur. Fertur in euripis uino plenis nauales



circenses exhibuisse. Pallia deo Enanthio fuisse, & elephantorum quatuor quadrigas in uaticano agitasse dirutis sepulchris, quæ obsistebant. Iunxisse etiam camelos quaternos ad currus in circo priuato spectaculo. Serpentes per marsicæ gentis sacerdotes collegisse fertur, eosq; subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres cōuenire effudisse, multosq; afflictos morsu. & fuga. Vsus est aurea omni tunica, usus & purpurea, usus & de gemmis persica, cum grauari se diceret onere uoluptatis. Habuit & in calciamentis gemmas & quidem scalptas, quod risum omnibus mouit, quasi possent sculpturæ nobilium artificum uideri in gemmis, q̄ pedibus adhærebāt. uoluit uti et diademate gemmato, quia pulchrior fieret, et magis ad sceminarum uultum aptus, quo & usus est domi. Fertur & promississe phœnicem conuiujs, uel pro ea libras auri mille, ut in prætorio eas dimitteret. Marine aquæ columbos exhibuit. In mediterraneis locis maxime eosdē & singulis amicis natantibus dimisit. Et iterum cū piscibus impleuit. montem niuū in uiridario domus æstate fecit aduectis niuibus. ad mare piscem nunquā comedit, in longissimis à mari locis omnia marina semper exhibuit, nurenarum lactibus, & luporū in locis mediterraneis rusticos pauit. Pisces semp quasi in marina aqua cum colore suo collectos cōditura ueneta comedit, momentarias de rosato, & rosis piscinas exhibuit, & bibit cum omnibus suis caldaria de nardo exhibens. Idē in lucernis balsamum exhibuit. Idem mulieres nunquam iterauit p̄

ter uxorem. Lupanaria domi amicis, clientibus, & seruis exhibuit. Idem nunquam minus centum HS cœnauit, hoc est argenti libris XXX. Aliquando aut tribus millibus HS cœnauit omnibus supputatis, q̄ impendit. Cœnas uero & Vitellij, & Apicij uicit. P̄sces ex uinarijs suis bubus traxit per macellum transiens mendicitatem publicam fleuit. Parasitos ad rotæ aquariam ligabat, & cum uertigine sub aquas mittebat, rursusq; in summum reuoluebat. Eosq; Ixionios amicos uocauit. Strauit & saxis Lacedæmonijs, ac porphyreticis plateas in palatio, quas Antonianas uocauit, quæ saxa usq; ad nostram memoriam manserunt, sed nuper eruta, & execta sunt. Constituerat et columnam unam dare ingentem, ad quam ascenderetur intrinsecus, ita ut in summo Helio gabalum deum collocaret, sed tantum saxum non inuenit, cum id de thebaide afferre cogitaret. Ebrios amicos plerūq; clauderat, & subito nocte leones, & leopardos, & ursos exarmatos immittebat, ita ut expergefacti in cubiculo eodē leones, ursos pardos, cum luce, uel, quod grauius, nocte inuenirent. Ex quo pleriq; exanimati sunt. Multis uilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosq; reflabat prandentibus illis, ita ut plerūq; subito sub mensis inuenirentur prandentes. Primus denique inuenit Sigma in terra sternere non in lectulis, ut à pedibus utres per pueros ad reflandum spiritum soluerentur. In inimicis adulteris ea, quæ solent simulato fieri, effici ad uerum iussit. Meretrices à lenonibus cunctis redemit saepe, et manumisit. Cum inter fabulas priuatas sermo esset

## ANTONINVS

ortus quanti herniosi esse possent in urbe Roma, iussit omnes notari, eosq; ad balneas suas exhibere, & cum iisdem lauit nonnullis etiam honestis. Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi frequenter exhibuit. Strauit sibi triclinium in summo lusorio. Et dum pranderet, noxios, & uenationes sibi exhibuit. Parasitis in secunda mensa saepe ceream coenam, saepe ligneam, saepe eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam etiam uel marmoream, uel lapideam exhibuit, ita ut omnia illis exhiberentur uidenda de diuersa materia, quae ipse coenabat. Cum tantum biberet per singula fercula, & manus, quasi comedissent, lauarēt. Primus Romanorum holoserica ueste usus fertur, cum iam subserica in usu essent, lintheamen lotum nunquam attigit mendicos dicens, qui linteis lotis uterentur. Dalmaticatus in publico post coenam saepe uisus est. Curgitem Fabium, & Scipionem se appellans, quod cum ea ueste eēt, cum qua Fabius, et Cornelius a parentibus ad corrigendos mores adolescentes in publicum eēt producti. Omnes de circo, de theatro, de stadio, & omnibus locis, et balneis meretrices collegit in aedes publicas, & apud eas concionem habuit quasi militarem dicens eas commilitones. Disputauitq; de generibus schematum, & uoluptatum. Adhibuit in tali concione postea lenones exoletos undiq; collectos, & luxuriosissimos puerulos, & iuuenes. Et cum ad meretrices muliebri ornata processisset, papilla eiecta exoletos habitu puerorum, qui prostituantur, post concionem pronuntiauit his quasi militibus ternos aureos donatum. Petijtq; ab his, ut a dijs peterent, ut alios

## HELIOGABALVS

109

haberet ipsis commendandos. Vocabatur sanè ita cum seruis, ut eos iuberet millena pondo sibi araneam deferre proposito premio, collegisseq; dicitur decem millia pondo aranearum dicens ex hic, intelligendum, quam magna esset Roma. Mittebat parasitis per cellarios salarij annua uasa cum ranis, & scorpijs, & cum serpentibus, & huiusmodi monstris. clauderat in eiusmodi uasis infinitum muscarum apes mansuetas eas appellans. Quadrigas circensium in triclinijs, & in porticibus sibi semper exhibuit. Pransitās, & coenitans conuiuas senes agitare cogens nonnullos honoratos iam imperator, iubebat sibi & X murium exhiberi, mille mustellas, mille sorices. dulciarios, & lactarios tales habuit, ut quaecunq; coqui de diuersis edulibus exhibuissent uel structores, uel pomarij, illi modo de dulcijs, modo de lactarijs exhiberent. exhibuit parasitis coenas & de uitreis, & nonnunquam tot picta mantilia in mensam mittebat his edulibus picta, quae apponerentur, quot missus eēt habiturus, ita ut de acu, aut de textili pictura exhiberentur. Nonnunquam tamen & tabulae illis pictae exhibebantur ita, ut quasi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. Miscuit gemmas pomis, ac floribus iecit, & per fenestram cibos totidē, quot exhibuit amicis. Iusserat & canonem Po. Ro. unius anni meretricibus, lenonibus exoletis, intramuranis dari, extramuranis alia promisso, cum eo tempore iuxta promissionem Seueri, & Traiani septem annorum canon fructuarius Romae esset. Canes quaternos in gentes iuxit ad currum, et sic est uectatus intra domum regiam.

Idq; priuatus in agris suis fecit, processit in publicum, & quatuor cervis iunctis ingentibus. Iunxit sibi & leones matrem magnam se appellans. Iunxit et tigris Liberum sese uocans. Eodemq; habitu agēs, quo dij pinguntur, quos imitabatur. Aegyptios dracunculos Romae habuit, & hippopotamos, & crocodilum, & rhinocerotem, & omnia aegyptia, quae per naturam sui exhiberi poterant. Struthiones, et camelos exhibuit in cenis aliquoties dicens praecipitum Iudaeis, ut ederent. Illud sane mirum uidetur, quod dicitur ab eo factum, ut de croco signa strauerit, cum summos uiros rogasset ad prandium pro eorum dignitate se dicens foenum exhibere. Traiecit & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus, aestimās hoc inter instrumenta luxuriae ita, ut sero de somno surgeret, & salutarī inciperet. mane autem dormire inciperet. Amicis quotidie nec quenuquam facile indonatum relinquebat, nisi quem frugi quasi perditum reperisset. Habuit gemmata uehicularia, & aurata contemptis argentatis, & eboratis, & aratis. Iunxit & quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad parpillam, uel ternas, & amplius, & sic uectatus ē. Sed plerunq; nudus, cum illum nuda traherent. Habuit & hanc consuetudinem, ut octo caluos rogaret ad cenam, item octo luscōs, & item octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo lōgos, & octo pingues, cum capi non possent uno sigmate, ut de his omnibus risus citaret. Donauit & argentum omne conuiuio, quod habuit in conuiuio, & omnem apparatus poculorum, idq; saepius hydrogarum Romanorum die

cum primus publice exhibuit, cum antea militaris mensa esset, quam postea statim Alexander reddidit. Proponebat praeterea his quasi themata, ut iura noua dapibus condiendis inuenirent, & cuius placuisset commentum, ei dabat maximum praemium, ita ut ad sericam uestem donaret, quae tunc & in raritate uidebatur, & in honore. Si aliquis autem displicuisset, iubebat ut semper id comedisset quandiu tamen melius inuenisset. Semper sanē aut inter flores sedit, aut inter odores pretiosos. Amabat sibi pretia rerum maiora dici earum rerum, quae mensae parabantur, orexin conuiuio hanc esse asserens, pinxit se ut cupedinarium, ut se plasiarium, ut popinariū, ut tabernarium, ut lenonem, idq; totum domi semper exercuit. Sexcentorum struthionum capita una cena multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquid quando & tale conuiuium, ut haberet uiginti et duo fercula ingentium epularum, sed per singula lauarent, & mulieribus uterentur, & ipse, et amici cum iureiurando, quod efficerent uoluptatem. Celebrauit item tale conuiuium, ut apud amicos singulos singuli missus apparerentur, & cum alter maneret in capitolio, alter in palatio, alter super aggerem, alter in Caelio, alter trans Tyberim, & ut quisque mansisset, tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur. Ireturq; ad omnium domos, sic unum conuiuium uix toto die finitum est. Cum & lauarent per singula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum missum semper habuit ex oleo, & garro, quem quo anno Sybaritae repererunt, perierunt.



## ANTONINVS

Dicitur & balneas fecisse multis locis, ac semel lauisse, atq; statim destruxisse ne ex usu balneas haberet. Hoc idem de domibus, de prætorijs, de ætatis fecisse dicitur. Sed & hæc nonnulla fidem transmittit credo esse ficta ab ijs, qui in gratiam Alexandri Helio galum de formare uoluerunt. Fertur & meretricem notissimam, & pulcherrimam redemisse C HS, eamq; intactam uelut uirginem coluisse. Huic eidem priuato cum quidam diceret, non times pauper fieri? dixisse dicitur, Quid melius quam ut ipse mihi hæres sim, et uxor mea? Habuerat præterea facultates a multis dimissas gratia patris. Idem filios se nolle dicebat ne quis ei frugi contingeret. Odores indicos sine carbonibus ad uaporandas ætatis iubebat incendi. Iter priuatus nunquam minus LX uehiculis fecit auia sua varia reclamante, quod omnia perditurus esset. Imperator uero etiam sexcenta uehicula dicitur duxisse asserens decem millibus camelorum Persarum regem iter facere, et Neronem quinquecentis carrucis iter inisse. causa uehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, subactorum etiam bene nasatorum multitudo. in balneis semper cum mulieribus fuit ita ut eas ipse psilotro curaret. Ipse quoq; barbam psilotro accurans, quodq; pudendum dictum est, eo die, quo mulieres accurabantur, et eadem hora rasit uirilia sub actoribus suis nouacula manu sua, qua postea barbam fecit. Sobe auri porticum strauit et argenti dolens, quod non posset et electri. Idq; frequenter quacunq; fecit iter pedibus usq; ad equum, uel carpentum, ut fit hodie, de aurosa arena. Calciamentum nunquam

## HELIOGABALVS

III

iterauit. annulos etiam negatur iterasse. Pretiosas uestes sæpe conscidit, uel lanam cepit, et appendit, atq; ad eius æstimationem ponderis pisces amicis exhibuit. Naves ornatas misit in portum magnanimitatis hoc esse dicens. Onus uentris auro excepit. in myrrinis, & onychinis mixxit. Ideo dixisse fertur. Si habuero hæredem, dabo illi tutorem, qui illum hæc facere cogat, quæ ipse feci, facturussq; sum. Habuit etiam istam consuetudinem, ut cœnas sibi exhiberet tales. Una die non nisi de phasianis tantum ederet. Omnesq; missus sola phasianorum carne strueret. Itē alia die de pullis, alia de pisce illo, et item illo. Alia de porcis, alia de struthionibus, alia de oleribus, alia de pomis, alia de dulcijs, alia de opere lactario. Sæpe amicos suos cum Aethiopibus amniculis inclusit nocturnis mansionibus, et usque ad lucem detinuit, cum pulcherrimas his diceret apparatus. Fecit hoc idem etiam de pueris. et, tunc utpote ante Philippum, licebat. Ridebat autem sic nonnunquam, ut publice in theatro solus audiretur, ipse cantauit, saltauit, ad tibias dixit, tuba cecinit, panduricauit, organo modulatus ē. Fertur et una die ad omnes circi, et theatri, et amphitheatri, et omnium urbium locorum meretrices tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur, ingressus. cum tamē omnibus meretricibus sine effectu libidinis aureos donaret. Addens nemo sciat, Antoninus hæc donat. Libidinum genera quædam inuenit, ut spintrias ueterum malorum uinceret, et omneis apparatus Tiberij, & Caligulae, & Neronis norat. Et prædictum eidem erat à sacerdotibus Syrijs biothanatum se futurum.



## ANTONINVS

Parauerat igitur fines blatta, & serico, & cocco in-  
tortos, quibus, si necesse esset, laqueo uitam finiret. Pa-  
rauerat & gladios aureos, quibus se occideret, si ali-  
qua uis urgeret. Parauerat & in ceramneis, & hya-  
cintis, & in smaragdīs uenena, quibus se interiue-  
ret, siquid grauius immineret. Fecerat & altissimā  
turrem substratis aureis, gemmatisq; ante se tabulis,  
ex qua se precipitaret, dicens etiam mortem suam pre-  
tiosam esse debere, & ad speciem luxuriæ, ut diceret-  
tur nemo sic periisse. Sed nihil ista ualuerunt. Nam,  
ut diximus, & occisus est per scurras, & per plateas  
tractus est sordidissime per cloacas ductus, et i Tybe-  
rim submissus est. Hic finis Antoninorum nomini in  
Rep. fuit scientibus cunctis istum Antoninum tam ui-  
ta falsum fuisse q̄ nomine. Mirum fortasse cuiuspiam ui-  
deatur Cōstantine uenerabilis, quod hæc clades, quā  
retuli, loco principum fuerit, & quidem propè trien-  
nio, ita ut nemo inuentus fuerit, qui istum à guberna-  
culis Romanæ maiestatis abduceret. Cum Nerōi, Vi-  
tello, Caligula, cæterisq; huiusmodi nunquam tyrā-  
nicida defuerat. Sed primum omnium ipse ueniam  
peto, quod hæc, quæ apud diuersos reperi, litteris tra-  
didi. Cum multa improba reticuerim, & quæ ne di-  
ci quidem sine maximo pudore possunt. Ea uero, quæ  
dixi preteritu uerborum adhibito, quantum potui te-  
xi. Deinde illud, quod clementia tua scilicet dicere, cre-  
didisse reficiendum imperatorem esse fortunæ est. Nā  
& minus boni reges fuerunt & pessimi. Agedū uel-  
ro quod pietas tua solet dicere, ut sint imperio digni,  
quos ad regendi necessitatem uis fatalis adduxerit.

## HELIOGABALVS

112

Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit, neq; pos-  
tea hoc nomen in Rep. loco principum frequentatū  
est, etiam illud addendum est, nequis error oriatur,  
cum duos Gordianos narrare cœpero, patrem, & fi-  
lium, qui se de Antoninorū genere dici uolebant, nō  
nomen in illis primum fuit, sed prænomen. Deinde  
ut plerisque libris inuenio, Antonij dicti sunt, nō An-  
tonini. Hæc sunt de Heliogabalo cuius uitam me in-  
uitum, retractantem ex græcis, latinisq; collectam  
scribere, ac tibi afferre uoluisti, cum iam aliorum an-  
te tulerimus. Scribere autem ordiar, qui post sequetur,  
quorum Alexander optimus, & cum uera dicēdus  
assertione, & amorum. XIII. princeps semestres  
aliq, & uix annui, & bini. Aurelianus præcipuus,  
& horum omnium decus author tui generis Clau-  
dius. De quo uereor ad clementiam tuam scribens ue-  
ra dicere, ne maleuolis adulatus uidear esse. Sed ab-  
soluar contra liuorem improborum, cum & apud  
alios clarū esse perspexerim. His iungendi sunt Dio-  
clitianus aurei parens seculi, & Maximianus, ut uul-  
go dicitur, ferrei, cæteri q; ad pietatem tuam. Te uero  
Auguste uenerabilis multis paginis, iisdemq; disertio-  
ribus illi prosequuntur, quibus id felicior natura detu-  
lerit, his addendi sunt Licinius Seuerus, Alexander,  
atq; Maxentius. Quorum omnium in ditionē tu-  
am deuenit. Sed ita, ut nihil eorum uirtuti deroge-  
tur. Non enim ego id faciam, quod pleriq; scriptores  
solent, ut de his detrahā, qui uicti sunt, cum intelli-  
gam gloriæ tuæ accedere, si omnia de illis, quæ bona  
in se habuerunt, uera prædixero.

ALEXANDER SEVERVS  
AELII LAMPRIIDII.

INTERFECTO Vario Helio gaba-  
lo (sic enim maluimus dicere q̄ Antoni-  
num, quia et nihil Antoninorum pestis  
illa ostēdit, et hoc nomen ex annalibus  
senatus auctoritate erasum est ad reme-  
diū generis humani) Aurelius Alexāder urbe Ar-  
cene genitus, Varij filius, Variæ nepos, et consobrinus  
ipsius Helio gabali, accepit imperium, cum ante Cæ-  
sar à senatu esset appellatus moruo scilicet Macrino,  
Augustumq; nomen idem recepit. Addito eo ut et pa-  
tris patriæ nomen, et ius procōsulare, et tribunitiam  
potestatem, et ius quintæ relationis deferente senatu  
uno die assumeret. Et ne præceptis ista honorum conti-  
nuatio uideatur, exponam causas, quibus id et sena-  
tus coactus est facere, et ille perpeti. Non enim aut gra-  
uitati senatus congruebat omnia simul deferre, aut bo-  
no principi raptum ire tot simul dignitates. Milites  
iam insueuerant sibi imperatores, et tumultuario iu-  
dicio facere, et item facile mutare asserentes nonnun-  
quam ad defensionem se iccirco fecisse, quod nescissent  
senatum principem appellasse, nam et Pescennium  
Nigrum, et Clodium Albinum, et Auidium Cassi-  
um, et antea Lucium Vindicem, et L. Antonium,  
et ipsum Seuerum cum senatus iam Iulianum dixisset  
principem imperatores fecerant, atq; ista res bella  
ciuilia seuerat, quibus necesse fuit militem contra ho-  
stem paratum paricidaliter perire. Hac igitur causa  
festinatum

festinatum est, ut omnia simul Alexander quasi iam  
uerus imperator acciperet. Huc accessit nimia & se-  
natus, & populi inclinatio post illam cladē, quæ nō  
solum Antoninorum nomen decolorauit, sed etiam  
Romanum debonestauit imperium. Certatim deniq;  
omnia decreta sunt & nominum genera, & pote-  
statum. Primus deniq; omnium cuncta insignia, &  
honorificētia genera simul recepit suffragante sibimet  
Cæsaris nomine, quod iam ante aliquot annos merue-  
rat, & magis suffragante uita, & moribus, cum illē  
magnum conciliasset fauorem, quod eum Helio gaba-  
lus occidere conatus est, nec potuit & militibus repug-  
nantibus, & senatu refragante. Atq; hæc parua sunt,  
nisi quod dignum se exhibuit, quem senatus seruaret,  
quem saluum milites cuperent, quem omnium bono-  
rum sententia principem diceret. Alexander igitur,  
cui Mania mater fuit (nam & ita dicitur à plerisq;) &  
à prima pueritia artibus bonis imbutus tam ciuili-  
bus quàm militaribus, ne unum quidem diem spon-  
te sua transire passus est, quo se non et ad litteras, uel  
ad militiam exerceret. Nam in prima pueritia litte-  
ratos habuit Valerium Cordium, & T. Veturium,  
& Aurelium Philippum libertum patris, qui uitam  
eius postea in litteras misit. Grammaticum in patria  
græcum Nebonem, Rhetorem Serapionem, philoso-  
phum Stilionē. Romæ Grammaticos Scaurinum Scau-  
rini filium doctorem celeberrimum. Rhetores Iulium  
Fontinum, & Bebiū Macrinum, & Iulianū Gra-  
nianum, cuius hodieq; orationes declamatae feruntur  
sed in latinis non multum profecit, ut ex eiusdē ora-

tionibus appet, quas in senatu habuit, uel in concionibus, quas apud milites, uel apud populum, nec ualde amavit latinam facundiam, sed amavit litteratos homines uehementer eos etiam reformidans, nequid de se asperum scriberent. Denique eos dignos adesse iubebat singula quæque, quæ publice, priuatimque agebat, se ipso docente uolebat addiscere, si forte ipsi non affuissent. ea, quæ petebat, ut si uera essent, in litteras mitterent. Dominum se appellari uenit. Epistolas ad se quasi ad priuatum scribi iussit seruato tantum nomine imperatoris. Gemmas de calciamentis, & uestibus tulit, quibus usus fuerat Helio gabalus. ueste, ut et pingitur, alba usus est, nec aurata penulis, togisque communibus. Cum amicis tam familiariter uixit, ut communis esset ei sæpe confessus, iret & ad conuiuia eorum, aliquos autem haberet quotidianos etiam non uocatus, salutaretur uero quasi unus de senatoribus patente uelo admissionalibus remotis, aut solis ijs, qui ministri ad fores fuerant, cum antea salutare principem non liceret, quod eos uidere non poterat. Et erat corporis uenustate decorus, ut hodie in picturis, & statuis uidemus. Fuit & staturæ militaris robur militis ualentia eius, qui uim sui corporis sciret, ac semper curaret. Erat præterea cunctis hominibus amabilis, & ab alijs pius appellabatur, ab omnibus certe sanctus, & utilis Reip. Huic fors in templo prænestinae Vestæ talis extitit, cum illi Helio gabalus insidiaretur.

• Si qua fata aspera rumpas,

• Tu Marcellus eris.

Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato

apud Arcenam urbem Alexandro Magno natus esset, cum casu illuc die festo Alexandri pater cum uxore patriæ solennitatis implendæ causa uenisset. cui rei argumentum est, quod eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, quo ille magnus excessit è uita. Delatum sibi Antonini nomen à senatu recusauit, cum hic magis affinitate Caracallæ iungeretur, quam ille Helio gabalus subditius. Siquidem, ut Marius Maximus dixit in uita Seueri nobilem orientis mulierem Seuerus, cuius hanc genituram esse compererat, ut uxor imperatoris esset, adhuc priuatus, & non magni satis loci, duxit uxorem. Ex qua affinitate hic Alexander fuit, cui uere per matrem suam consobrinus Varius Helio gabalus fuit. Recusauit & Magni nomen, quod ei quasi Alexandro est oblatum senatus iudicio. Interest retexere orationem, qua nomen Antonini, & Magni delatum sibi à senatu recusauit, quam prius, quam præferam, addam acclamationes senatus, quibus id decretum est ex actis urbis ad pridie nonas Martias. Cum senatus frequens in curiam, hoc est in eadē Concordiæ templum inauguratum conuenisset, Rogatusque esset Aurelius Alexander Caesar Augustus, ut concineret, ac primo recusasset, quod sciret de honoribus suis agendum, deinde postea uenisset, acclamatum Auguste innocens dii te seruent. Alexander imperator dii te seruent. Dii te nobis dederunt. Dii conseruent. Dii te ex manibus impuri eripuerunt. Dii te perpetuent. Impurum tyrannum, & tu perpeffus es impurum & obscenum, & tu uidere doluisti. Dii illum eradica-



uerunt. Dii te seruent. Infamis imperator rite damnatus. Felices nos imperio tuo, felicem Rēp. Infamis uir co tractus est ad exemplum timoris. Luxuriosus imperator iure punitus est. Contaminator honorum iure punitus est. Dii immortales Alexandro uitam iudicia deorum hinc apparent. Et cum egisset gratias Alexander, acclamatum est. Antonine Alexander dii te seruent. Antonine Aureli dii te seruent. Antonine Pie dii te seruent. Antonini nomen suscipias rogamus. Presta bonis imperatoribus, ut Antoninus dicaris. Nomen Antoninorum tu purifica. Quod ille infamauit, tu purifica. Redde in integrum nomen Antoninorum. Sanguis Antoninorum se cognoscat. Iniuriam Marci tu uindica. Iniuriam Veri tu uindica. Iniuriam Bassiani tu uindica. Peior Commodus solus Helio gabalus, nec imperator, nec Antoninus, nec ciuis, nec senator, nec nobilis, nec Romanus. In te salus, in te uita, ut uere delectet. Antoninorum Alexander uitam, ut uere delectet, & Antoninus uocatur. Antoninorum templa Antoninus dedicet. Parthos & Persas Antoninus uincat. Sacrum nomē sacratus accipiat. Sacrum nomen castus accipiat. Antonini nomen ut agnoscat Antoninorum honorem, dii conseruent. in te omnia, per te omnia Antonine habeas. Et post acclamationes Aurelius Alexander Caesar Augustus. Gratias uobis. P. C. non nunc primum, sed & de Casareo nomine & de uita seruata, & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate & procūsulari imperio. Quae omnia nouo exemplo uno die in me contulistis. Et cum diceret, acclamatum.

haec suscepisti, Antonini nomen suscipi mereatur, senatus Antonini mereatur. Antonine Auguste dii te seruent. dii te Antoninum conseruent. monetae nomina Antonini reddantur. Templa Antoninorum Antoninus consecret. Aurelius Alexander Augustus, ne quaeso. P. C. ne me ad hanc certaminis necessitatem uocetis, ut ego cogar tanto nomini satisfacere, cum etiam hoc ipsum nomen licet peregrinum, tamen gratiare uideatur. Haec enim nomina insignia onerosa sunt. Quis enim Ciceronem diccret nutum? quis indoctrinum Varronem? quis impium Metellum? Et ut hoc dii auertant, quis non aequitatem nomina ferat digerentem in clarissimam spem dignitatum? Item acclamata quae supra. Item imperator dixit. Antoninorum nomen uel iam numen potius quale fuerit meminit uestra clementia, si pietatem, quid Pio sanctius? si doctrinam, quid Marco prudentius? si innocentiam, quid Verro simplicius? si fortitudinem, quid Bassiano fortius? Nam nunc Commodi meminisse nolo, si hoc ipse tempore deterior fuit, quod cum illis moribus Antonini nomen obtinuit. Diadumenus autem nec tempus nec aetatem, & arte patris hoc nomen incurrit. Item acclamatum, ut supra. Item imperator dixit. Nuper certe. P. meministis, cum ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus Antonini nomen praeferet, & in turpitudine, atque luxuria Neronis, Vitellios & Commodos uinceret, qui gemens omniū fuerint, cum per populi, & honestorum coronas una uox esset hunc rite Antoninum dici, & per hanc pestem tantum uiolari nomen. & cum dice



• ret acclamationem est. Dij mala prohibeant. Hæc te  
 • imperante non timemus, de his, te duce, securi sumus.  
 • Vicisti vitia, vicisti crimina, vicisti dedecora. Antonini  
 • ni nomen ornavisti. certi sumus, bene præsumimus,  
 • nos te & à pueritia probauimus, & nunc probamus  
 • Item imperator. Neque ego P. C. iccirco timeo istud  
 • uenerabile omnibus nomen accipere, quod uerear ne  
 • in hæc uita delabatur uita, aut quod nos nominis pu  
 • deat. sed primum displicet alienæ familiæ nomē affi  
 • mere, deinde quod grauari me credo & cum hæc di  
 • ceret, acclamatum est, ut supra. Item dixit. Si enim  
 • Antonini nomē accipio, possum & Traiani, possum  
 • & Titii, possum & Vespasiani. & cum diceret, ac  
 • clamatum est, Quomodo Augustus, sic & Antonini  
 • nus. Tunc imperator, Video P. C. quid uos moueat  
 • ad hoc nobis addendum. Augustus primus, primus  
 • est huius author imperij, & in eius omnes uelut qua  
 • dam adoptione, aut iure hæreditario succedimus, an  
 • tonini ipsius Augusti dicti sunt. Antoninus idem sæ  
 • pius Marcum, & item Verum iure adoptionis uoca  
 • uit. Commodus autem hæreditarium fuit, susceptum  
 • Diadumeno affectatum in Bassiano, ridiculū in Au  
 • relio. Et cum diceret, acclamatum est. Alexander Au  
 • guste dii te seruent uerecundiæ tuæ, prudentiæ tuæ, in  
 • nocentiæ tuæ, castitati tuæ. hinc intelligimus qualis fut  
 • turus sis. hinc probamus. tu facies, ut senatus bñ prin  
 • cipes eligat. Tu facis optimum esse iudicium senatus.  
 • Alexander Auguste dii te seruent. Tempora Antonino  
 • rum Alexander Augustus dicit. Cæsar noster, Aug  
 • gustus noster, imperator noster dii te seruent. Vincas,

• ualeas, multis annis imperes. Alexander imperator  
 • dixit. Intelligo P. C. me obtinuisse, quod uolui, & in  
 • acceptum re fero plurimas gratias, sed agens, & hæ  
 • bens senis ore, ut hoc nomen, quod in imperium de  
 • tulimus, tale sit, ut ab alijs desideretur, & bonis ue  
 • stræ pietatis iudicijs offeratur. Post hæc acclamatum  
 • est, magne Alexander dii te seruent. Si Antonini no  
 • men repudiasti, Magni prænomen suscipe. Magne A  
 • lexander dii te seruent, & cum sæpius dicerent. Alex  
 • xander Augustus ait facilius fuit P. C. ut Antonino  
 • nomen acciperem, aliqd. n. uel affinitati de ferrē, uel  
 • consortio nominis imperialis. Magni uero nomē cur  
 • accipitur? quid. n. iam magnum feci? cum id Alexan  
 • der post magna gesta, Pōpeius uero post magnos triū  
 • phos acceperit. Quiescite igitur uenerandi Patres, &  
 • uos ipsi magnifici unū me de uobis eē cēsere, qm̄ Ma  
 • gni nomen ingeritis. Post hæc acclamatum ē, Aureli  
 • Alexander Auguste dii te seruent. Et reliqua ex mo  
 • re, dimisso senatu, cū & alia multa eo die essent acta  
 • quasi triūphans domum se recepit. Multo clarior uis  
 • sus ē alienis nominibus nō receptis, q̄ si recepisset atq;  
 • ex eo constantiæ, ac plenæ grauitatis famā obtinuit.  
 • Siqdem uni adolescenti potius senatus totus psuadere  
 • non potuit, sed quāuis senatu rogante nō potuerit ps  
 • suaderi, ut uel Antonini, uel Magni nomina suscipere  
 • ret, tñ ob ingentem uigorem animi, & mirandā, sin  
 • gularemq; cōstantiam contra militum insolentiā Ser  
 • ueri nomen à militibus eidem inditū est, quod illi in  
 • gentem in præsentia reuerentiam magnā apud poste  
 • ros gloriā peperit, cum eò accessisset, ut de animi uirō

tute nomen acceperit, siquidem solus inuentus sit, qui tumultuantes legiones exauthorauerit, ut suo loco ostendatur. In milites autem grauissime animaduertent, qui forte incurrerunt aliquid, quod uideretur iniustum, ut & ipsum locis suis declarabimus. Omina imperij hæc habuit. Primum quod ea die natus est, qua defunctus uita Magnus Alexander dicitur, deinde, quod in templo eius mater enixa est. Tertio quod ipsius nomē accepit. Tum præterea quod ouum purpurei coloris eadem die natum, qua ille natus est. Parulbinum anicula quadam matris obtulit. ex quo quidem aruspices dixerunt imperatorem quendam illum, sed non diu futurum, & cito ad imperium peruenturum. Tum præterea quod tabula Traiani imperatoris, qua geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum eius decidit. His accessit, quod nutrix ei Olympias data est, quo nomine mater Alexandri appellata est. Nutritor Philippus prouenit casu unus ex rusticis, quod nomē patri Alexandri Magni fuit. Fertur die prima natalis toto die apud aream Cæsaream stella primæ magnitudinis uisa, & sol circa domum patris eius fulgido ambitu coronatus. Cum eius natalem aruspices commendarent, dixerunt eum summam rerum tenturū, iccirco quod hostiæ de ea uilla, qua esset Seueri imperatoris, adductæ essent, & quas in illius honorē coloni parassent. Nata in domo Laurus iuxta persici arborem intra unum annum persici arborem uicit. Vnde etiam coniectores dixerunt Persas ab eo eē uincendos. Mater eius pridie, quam pareret, somniauit

se puerum dracunculum parere. Pater eadem nocte in somnijs uidit alis se Romanæ uictoriæ, quæ in senatu, ad cælum uehi. Ipse cum matrem consulere diu futuris, hos accepisse dicitur uersus adhuc paruulus, & primum quidem sortibus.

• Te manet imperium cæli, terræq; marisque.

Intellectum est, quod inter duos etiam referetur,

• Te manet imperium, quod tenet imperium.

Ex quo intellectum est Romani illum imperij principem futurum. Nam ubi est imperium, nisi apud Romanos, quod tenet imperium? Et hæc quidem de grecis uersibus sunt prodita. Ipse autem, cum parētis hortatu animum à philosophia, & musica ad alias artes traduceret, Virgilij sortibus huiusmodi illustratus est.

• Excudent alij spirantia mollius æra.

• Credo equidem, uinos ducent de marmore uultus.

• Orabunt causas melius, cæliq; meatus.

• Describent radio, & surgentia sydera ducent.

• Tu regere imperio populos Romane memento.

• Hæ tibi erunt artes, paci q; imponere morem.

• Parcere subiectis, & debellare superbos.

Fuerunt multa alia signa, quibus principem humani generis eē constaret. Nimirum ardor oculorum, et diuinius intuentibus gravis, & diuinitio mentis frequentissima in rerum memoria singularis, quam nemo, nisi Acolius, ferebat adiutam. Et cum puer ad imperium peruenisset, fecit cuncta cum matre, ut & illa uideretur pariter imperare mulier sancta, sed auara, & auri, atq; argenti cupida. Vbi ergo Augustam agere cæ

pit imperium, primū remouit iudices omnes à Rep. & à ministerijs, atq; numeribus, quos impurus ille Helio gabalus ex genere hominum turpissimo pro uexerat. Deinde senatum, & equestrem ordinē purgauit. Ipsas deinde tribus, & eos, qui militaribus nituntur prerogatiuis, purgauit. Et palatium suum, comitatumq; omnem abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis, & infamibus, nec quēquam passus est esse in palatinis, nisi necessarium hominem. iureiurando deinde constrinxit, ne quē ascriptum id est uagantium haberet, ne annonis Rempub. gramaret, dicens malum pupillum esse imperatorem, qui ex uisceribus provincialium homines non necessarios nec Reip. utiles pasceret. fures iudicare iussit, in ciuitatibus ullis nunquam uideri, & si essent uisi, deportari per rectores provinciarum. Annonam militum diligenter inspexit, tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid uilissent, capitali poena affecit. Negotia & causas prius à scriniorum principibus, & doctissimis iuris peritis, & sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari, ordinariq; atq; ita referri ad se praecepit. leges de iure populi, & fisci moderatas, & infinitas sanxit, neq; ullam constitutionem sacrauit sine XX. iuris peritis, & doctissimis, ac sapientibus uiris, ijs deniq; disertissimis non minus L, ut non minus in consilio essent sententiæ quàm S. C. conficeret, & id quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisq; dixisset, dato tamen spatio ad disquirendum, cogitandumq; prius, quàm dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus in

gentibus. Fuit p̄tere a illi consuetudo, ut si de iure, aut de negotijs tractaret, solos doctos, & disertos adhiberet. Si uero de re militari, milites ueteres, & senes, ac bene benemeritos, & locorum peritos, ac bellorum, & castrorum, & omnes litteratos, & maxime eos, qui historiam norant, requirens quid in talibus causis quales in disceptatione uersabantur, ueteres imperatores uel Romani, uel exterarum gentium fecissent. Referebat Encolpius, quo ille familiarissimo usus est, illum si unquam furem iudicem uidisset, paratū habuisse digitum, ut illi oculum erueret. Tantum odium eum tenebat eorum, de quibus apud se probatū eēt, quod fures fuissent. Addidit Septimius, qui uitā eius non mediocriter executus est, tantū stomachi fuisse Alexandrum in eos iudices, qui furtorum fama laborassent, etiam si damnati non essent, ut si eos casu aliquo uideret, commotione animi stomachi choleram euomeret toto uultu inardescente, ita ut nihil posset loq. Nam cum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum, & sub Helio gabalo iam liberatus inter senatores principem salutatum uenisset, exclamauit o Numina, o Iupiter, o Dij imortales. Arabinus nō solum uiuit, uerum et in senatum uenit. fortassis et de me sperat. tam fatuum, tam stultum esse me iudicat. Salutabatur autem noie hoc. Aue Alexander. Si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator, uel abiiciebatur. si loci eius qualitas pateretur, uel ridebatur in gēti cachino, si eius dignitas grauiori subiacere nō posset iniuriæ. Salutatus cōfessum obtulit oibus senatoribus, atq; adeo nisi honestos, et bo



nae famae homines ad salutationem non admisit. Iussitque quemadmodum in eleusinijs sacris dicitur, ut nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem nouit. Per praetorem edixit, ut nemo salutaret principem, qui se furem esse nosset, ne aliquando detectus capitali supplicio subderetur. Ipse adorari se uenit, cum iam coepisset Helicgabalus adorari regum more Persarum. Erat praeterea haec illius sententia, solos fures de paupertate conqueri, dum uolunt scelera uitae suae tegere. Idem addebat sententiam de furibus notam, et graece quidem, quae latine hoc significat. Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quae graece talis est. Οἷς τις ἀπολλὰ κελόωνκεν, ὀλίγα δὲ τοῖς βοηθοῦσιν ἔδωκεν, σωὸς ἔσται. praef. praet. sibi ex senatus auctoritate constituit. praef. urbis a senatu accepit, alterum praef. praet. fecit, qui ne fieret, etiam fugerat, dicens inuitos non ambientes in Rempub. collocandos. senatorem nunquam sine omnium senatorem, qui aderant, consilio fecit, ita ut per sententias omnium crearetur. testimonia dicerent summi uiri, ac si sefellissent uel testes, uel ij, qui sententias dicebant, postea in ultimum reijcerentur locum ciuicum condemnatione adhibita quasi falsarij approbati sine ullius indulgentiae proposito. Idem senatores non nisi ad summorum in palatio uirorum suffragium fecit dicens magnum uirum esse oportere, qui faceret senatorem. Idem libertinos nunquam in equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum equestrem locum esse. Moderationis tantae fuit, ut nemo unquam ab eius latere submoueretur, ut omnibus se

blandum, affabilemque praebere, ut amicos non solum primi, ac secundi loci, sed etiam inferiores aegrotantes uiseret, ut sibi ab omnibus libere, quae sentiebant, dici cuperet, et cum dictum esset, audiret. Et cum audivisset, ita ut res poscebat, emendaret, atque corrigiret. Sin minus bene factum esset, aliquid etiam ipse conuinceret, idque infectum, et sine amaritudine animi consensum omnibus semper offerret, praeter eos, quos furtorum densior fama perstrinxerat, de absentibus semper requirēs. Denique cum ei obijcerent nimiam ciuilitatem, et Mammea mater, et uxor Memia Sulpitij consularis uiri filia, Catulineptis, et saepe dicerent molliorem tibi potestatem, et contemptibilem imperij fecisti, illerespondit. Sed securiorem, atque diuturniorem. Dies denique nunquam transit, quin non aliquid mansuetum, ciuile, piuum faceret, sed ita, ut ararium non euerteret. Condemnationes, et raras esse iussit, et quae factae fuerant, non indulisit. Vectigalia ciuitatibus ad proprias fabricas deputauit. Foenus publicum trientarium exercuit, ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit ad agros emendos reddendas de fructibus. PRÆF. PRÆT. suis senatoriam addidit dignitatem, ut uiri clarissimi et essent, et dicerentur, quod antea uel raro fuerat, uel omnino non fuerat. eo usque, ut si quis imperatorum successorem praefec. praet. dare uellet, latuclauiam eidem per libertum summitteret, ut in multorum uita Marius Maximus dixit. Alexander autem iccirco senatores esse uoluit praef. praeto. ne quis non senator de Romano senatore iudicaret. Milites suos

## ALEXANDER

sic ubiq; sciuit, ut in cubiculo haberet breues, & nu-  
 merum, & tempora militantium, semperq; cum so-  
 lus esset, & rationes eorum, & numerum, & digni-  
 tates, & stipendia recenseret, ut esset ad omnia instru-  
 ctissimus. Deniq; cum inter militares aliquid agere-  
 tur, multorum dicebat & nomina. De promouendis  
 etiam sibi annotabat, & perlegebat cuncta pyctacia,  
 & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & qd  
 & qualis esset insinuante promotus. comneatum po-  
 puli Romani sic adiuuit, ut cum frumenta Helio ga-  
 balus euerisset, vicem de propria pecunia loco suo re-  
 poneret. Negotiatoribus, ut Romam uolentes concurrerent,  
 maximam immunitatem dedit. Oleum, quod  
 Severus populo dederat, quodq; Helio gabalus immi-  
 nuerat, turpissimis hominibus praefecturam annonae  
 tribuendo integrum restituit. Ius conferendi rationes,  
 quod impurus ille sustulerat, hic omnibus reddidit.  
 anechnica opera Romae plurima instituit. Iudaeis pri-  
 uilegia reseruauit. Christianos esse passus est. Pontifi-  
 cibus tantum detulit, & XV. uiris, atq; auguri-  
 bus, ut quasdam causas sacrorum a se finitas iterari,  
 & aliter distingui paterentur. Praesides prouinciarum,  
 quos uere non factionibus laudari comperit, & in iti-  
 neribus secum semper in uehiculo habuit, & nu-  
 meribus adiuuit dicens et fures a Rep. pellendos, ac pau-  
 perandos, et integros esse redimendos, atq; ditandos.  
 Cum edulitatem. P. R. ab eo peteret, interrogauit per  
 Curionem quam specie caram putarent. Illic continuo  
 exclamauerunt carnem bubulam, atq; porcina. Tunc  
 ille non quidem edulitatem proposuit, sed iussit neq;

## SEVERVS

120

summatam occideret, nequis lactantem, nequis uac-  
 cam, nequis damalionem, tantumq; intra biennium  
 uel propè annum porcinae carnis fuit, & bubulae, ut  
 cum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque  
 utriusq; carnis libra redigeretur. Causas militum con-  
 tra Tribunos sic audiuit, ut si aliqueni reperisset tribu-  
 norum in crimine pro facti qualitate sine indulgentiae  
 proposito puniret. De omnibus hominibus per fideles  
 homines suos semp quaesuit. Et p. eos, quos nemo nos-  
 set hoc agere, cum diceret, omnes praeda corrupti pos-  
 se. Seruos suos semper cum seruili ueste habuit, liberos  
 cum ingenuorum. Eunuchos de ministerio suo abie-  
 cit, & uxori, ut seruos seruire iussit. Et cum Helio ga-  
 balus mancipium eunuchorum fuisset, ad certum nu-  
 merum eos redegit, nec quicquam in palatio curare  
 uoluit, nisi balneas foeminarum, cum plerosq; eunu-  
 chos rationibus, & procurationibus proposuisset  
 Helio gabalus. Hic illis & ueteres sustulit dignitates.  
 Idem tertium genus hominum eunuchos eē dicebat,  
 nec uidendum, nec in usu habendum a uiris, sed uix  
 a foeminis nobilibus. Qui de eo funum uendiderat,  
 & a quodam militari. C. aureos acceperat, in cru-  
 cem tolli iussit per eam uiam, qua esset seruis suis  
 ad suburbana imperatoria iter frequentissimum.  
 pratorias, praesidiales prouincias plurimas fecit.  
 Pro consulares ex senatus uoluntate ordinauit. Bal-  
 neam ista Romae exhiberi prohibuit, quod quidem  
 iam ante prohibitum Helio gabalus fieri permis-  
 rat. Lenonum uectigal & meretricum, & exole-  
 torum in sacrum ararium inferri uetit, sed sumptis

## ALEXANDER

bus publicis ad instauracionem theatri, circi, amphitheatri, & ærarij deputauit. Habuit in animo, ut exoletos uetaret, quod postea Philippus fecit, sed ueritus est ne prohibēs publicum dedecus, in priuatas cupiditates conuerteret, cum homines illicita magis poscāt, prohibitaq; furore persequātur. Braccariorum, linteorum, uitreariorum, pellionum, plaustrariorū, argentariorum, aurificum, & cæterarum artium uectigal pulcherrimum instituit, ex eoq; iussit thermas, & quas ipse fundauerat, & superiores populi usibus exhiberi, syluas etiam in thermis publicis deputauit. Addidit & oleum luminibus thermarum, cum antea non ante auroram paterent, & ante Solis occasum clauderentur. Huius imperium incruentum quidam litteris tradiderunt, quod contra est. Nam & Seuerus est appellatus à militibus ob austeritatem, et in animaduersionibus asper in quibusdam fuit. Opera ueterum principum instaurauit, ipse noua multa constituit. In his thermas nominis sui iuxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ Alexandrina nunc dicitur. Nemus thermis suis de priuatis ædibus suis, quas emerat, disruptis ædificijs fecit. Oceani scilicet primus inter principes appellauit. cum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Antoni ni Caracallæ thermas additis sortionibus præfecit, et ornauit. Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus hoc est porphyretico & Lacedæmonio primus instituit in palatio exornatis. Hoc genere marmorandi statuas colossas in urbe multas locauit artificibus undiq; æquisitis. Alexandri habitu nummos plurimos

## SEVERVS

121

rimos tamen aureos. A mulieribus famosis matrem, et uxorem suam saluari uenit. Conciones in urbe multas habuit more ueterum tribunorum & consulium. Congiarium populo III dedit, donatiuum militibus III. caruem populo addidit. Usuras sceneratorum contraxit ad trientes, pensiones etiam pauperibus consulens, senatores, si scenerentur, usuras accipere primo uenit, nisi aliquid muneris causa acciperet. Postea tamen iussit ut semisses acciperent donum, munus tamen susulit. Statuas summorum uirorum in foro Traiani collocauit undiq; translatas. Paulum, & Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alij dicunt factos. alij ab ipso. Nam & consiliarius Alexandri, et magister scrinii Ulpianus fuisse perhibetur, qui tamen ambo assessores Papi niani fuisse dicuntur. Basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium & septa Agrippiana in LAT. P. C. in LONG. P. M. ita ut tota columnis penderet, quam efficere non potuit morte præuentus. Isis, & Serapiū decenter ornauit additis signis, & deliacis, & omnibus mysticis. In matrem Mammæam unice pius fuit, ita ut Roma in palatio faceret dietas nominis Mammææ, quas imperitum uulgus hodie ad Mammam uocant. Et in Baiano palatium cum stagno, quod Mammæa nomine hodieq; cęsetur. Fecit & alia in Baiano opera magna in honorem affiniū suorum, & stagna stipenda admissio mari. pontes, quos Traianus fecerat, instaurauit penè in omnibus locis. Aliquos etiam novos fecit, sed instauratis nomen Traiani reseruauit. In aio habuit omnis



bus officijs genus uestium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à uestitu dignosceretur. Et omnibus seruis, ut in populo possent agnosci, nequis seditiosus esset, simul ne serui in genuis miscerentur. Sed hoc Vlpiano, Pauloq; displicuit dicentibus plurimarum rixarum fore, si faciles essent homines ad iniurias. Tum satis esse constituit, ut equites Romani à senatoribus clauis qualitate discernerentur. Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit, cum ad uestimenti genus semper itinerarium, aut pluuia fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti ueluit, in itinere permisit. Facundia fuit graeca magis quam latina, nec uersu inuenustus. Et ad musicam pronus matheos peritus. Et ita quidem, ut ex eius iussu mathematici publice proposuerint Romae, ac si sint professi, ut docerent. Aruspicina quoq; peritissimus fuit, ὀφειοσκοπέως magnus, ut & Vascones, et Hispanorum, & Pannoniorum augures uicerit. Geometriam fecit, pinxit mire, cantauit nobiliter, sed nunquam alio conscio nisi pueris suis testibus. Vitas principum bonorum uersibus scripsit. Lira, tibia, organo cecinit. Tuba etiam, quod quidem imperator nunquam ostendit. Palaestes primus fuit, in armis magnus, adeo ut multa bella & gloriose gesserit. Consulatum III inijt tantum ordinarium, ac primo nondino sibi alios semper suffecit. Seuerissimus iudex contra fures, appellans eosdem quotidianorum scelerum reos. & damnans acerrime, ac solos hostes, inimicosq; Reip. uocans. Eum notarium, qui falsum causae breuem in consilio imperatorio retulisset, incisus digitorum

rum neruis, ita ut nunquam posset scribere, deportauit. Cum quidam ex honoratis uita sordida, & aliquando furtorum reus per ambitionem nimiam admilitiam aspirasset, iccirco, quod per rege amicos ambierat, admissus statim in furto presentibus patronis detectus est, iussusq; à regibus audiri damnatus esse probata. Et cum quaereretur à regibus, quid apud eos paterentur fures, illi responderunt. Crucem. Ad eorum responsum in crucem sublatus est, ita & patronis authoribus damnatus ambitor est, & Alexandria quam praecipue tuebatur, seruata clementia est. Statuas colossas, uel pedestres nudas, uel equestres D. imperatoribus in foro D. Neruae, quod transitorium dicitur, locauit omnibus cum titulis, & columnis aereis, quae gestorum ordinem continerent exemplo Augusti, qui summorum uirorum statuas in foro suo è marmore collocauit additis gestis. Volebat uideri originem de Romanorum gente trahere, quia enim pudebat Syrum dici, maxime, qd quodam tempore festo, ut solent Antiochenses, Aegyptij, Alexandrini, lacestus erat conuiciolis, & Syrum archisynagogum eum uocantes, & archiereum. Ante qd de bellis eius & expeditionibus, et uictorijs loquar, de uita quotidiana, et domestica pauca differam, usus uiuendi eidem hic fuit, primum, ut si facultas esset, idest si non cum uxore cubuisset. matutinis horis in Larario suo, in quo & D. principes sed optimos electos & aias sanctiores, in queis & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham, et Orpheum, & huiusce deos habebat ad maiorum effigies rem diuinam faciebat.

Si id non poterat pro loci qualitate uel uectabatur uel piscabatur, uel deambulabat, uel uenabatur. Dehinc si hora permitteret, actibus publicis post multam operam dabat, iccirco quod & res bellicae, & res civiles, ut superius dictum est, per amicos tractabantur sed sanctos & fideles, & nunquam uenales, & tractatae firmabantur, nisi quid noui etiam ipsi placeret. Sane si necessitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat, neque unquam tediauit, aut morosus, aut iratus resedit, fronte semper pari, & letus ad omnia. Erat enim ingentis prudentiae, & cui nemo posset imponere. Et quem si aliquis urbane tetare uoluit intellectus tulit poenas. Post actus publicos, seu bellicos, seu civiles lectioni graecae operam maiorem dabat de Rep. libros Platonis legens. Latina cum legeret, non alia magis legebat, quam de officijs Ciceronis & de Rep. nonnumquam et oratores, & poetas, in quibus Serenium Ammonicum, quem ipse nouerat, & dilexerat, & Horatium. Legit & uitam Alexandri, quem praecipue imitatus est, & si in eo condemnabat ebrietatem, & crudelitatem in amicos, quamuis utrumque defendatur a bonis scriptoribus, quibus saepius ille credebat. Post lectionem operam palaestrae, aut sphaeristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lauabatur, ita ut caldarijs uel nunquam uel raro piscinis semper uteretur, in eaque una hora propere maneret. Biberet etiam frigidam claudiam ieiunus ad unum propere sextarium. Egressus balneas multum lactis, et panis sumebat, oua, deinde mulsam, atque his relictus alii

quando prandium inibat, aliquando cibum usque ad cenam differebat, prandit tamen saepius. Ususque est Adriani tetrapharmaco frequenter, de quo in libris suis Marius Maximus loquitur, cum Adriani disserit uitam. Post meridianas horas subscriptioni, & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, & libellis, & a memoria semper assisterent. Nonnunquam etiam si stare per ualitudinem non possent, sederent relegentibus cuncta librarijs, & ijs, qui scrinium gerebant, ita ut Alexander sua manu adderet, siquid esset addendum, sed ex eius sententia, quae disertior habebatur. Post epistolas, omnes amicos simul admisit, cum omnibus pariter est locutus, neque unquam solum quemquam nisi praefectum suum uidit. Et quidem Ulpianum, & assessores semper suos causa iustitiae singularis. Cum autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari iussit. Virgilium autem Platonem poetarum uocabat, eiusque imaginem cum Ciceronis simulachro in secundo larario habuit, ubi & Achillis, & magnorum uirorum. Alexandrum uero magnum inter diuos, & optimos in larario maiore consecrauit. Iniuriam nulli unquam amicorum, comitum uel fecit, nec magistris quidem, aut principibus officiorum. Praefectis autem semper detulit, asserens eum, qui mereatur iniuriam pati, ab imperatore damnandum esse non dimittendum. Si unquam alicui praesentium successorem dedit, semper illud addidit, gratias tibi agit Respublica eumque numeratus est ita, ut priuatus pro loco suo posset honeste uiuere. His quidem numeribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro

impendijs ad faciendam domū marmoribus, ad ornandum & operis, quas ratio fabricæ req̄rebat. Aurum, & argentum raro uiquam, nisi militi diuisit, nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas, & suorū conuerteret id, quod provinciales dedissent. Aurum negotiatorium, & coronariū Romæ remisit. Fecit Romæ curatores urbis XIII, sed ex COSS. ueros, quos audire negotia urbana cū præfecto urbis iussit, ita ut oēs aut magna pars adessent, cum acta fierent. Corpora omnium constituit uinariorum, lupanariorū, caligariorū, & omnino omnium artium. Hisq; ex sese defensores dedit, & iussit quid ad quos iudices pertineret. Scenicis nunquam aurū, nunquam argentum, uix pecuniam donauit. Pretiosas uestes, quas Helio gabalus dederat, etiam sustulit. Milites, quos ostensionales uocant, nō pretiosis, sed speciosis claris uestibus ornabat, nec multum insignibus aut ad apparatus regium auri, & serici deputabat, dicens imperium in uirtute esse nō in decore, Chlamydes hirtas Seueri, & tunicas a semas uel machrocheras ex purpura nō magna ad usum reuocauit suū. In cōuiuio aurum nescit, pocula mediocria, sed nitida semp̄ habuit. ducentarū librarū argenti pōdus ministerium eius nunquā transijt. Nanos, & nanas, & moriones, & uocales exoletos & omnia acroamata & pantomimos populo donauit, q̄ aut usui nō erant singulis ciuitatibus putauit alendos singulos, ne grauarientur specie mendicorū. Eunuchos, quos Helio gabalus & in consilijs turpibus habebat, & promouebat, donauit amicis addito elogio, ut si nō redijissent

<sup>A</sup> unicolores,  
<sup>A</sup> manicatas

ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine authoritate iudicij. Mulieres infames, quarū infinitum numerum deprehenderat, publicari iussit exoletis omnibus deportatis, aliquibus ēt naufragio mersis, cum quibus illa clades cōsuetudinem habuerat funestissimā. Auratam uestem ministroꝝ uel in publico conuiuio nullus habuit. Cum inter suos conuiuaretur, aut Vlpianum, aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas litteratas, quibus se recreari dicebat, & pasci. Habebat cum priuatim conuiuaretur, & librum in mensa, & legebat, sed græca magis. Latinos aut̄ poetas lectitabat. publico conuiuio ea simplicitate egit, qua priuata, nisi cū numerus accubantiū crescebat, & multitudo cōuiuariū, qua ille offendebar, dicens se in theatro, & circo manducare. Oratores, et̄ poetas nō sibi panegyricos dicentes, quod exēplo Nigri Pescennij stultum dicebat, sed aut orationes recitantes, aut facta ueterū, quos ante retuli, libenter audiuit libentius tñ, si quis ei recitauit Alexandri Magni laudes, aut meliorū retro principum, aut magnorū urbis Romæ uiroꝝ ad Athenæum audiendorū & græcorū & latinorū rhetorum, uel poetarum causa frequenter processit. Audiuit aut̄ etiam forenses oratores causas recitantes, quas uel apud ipsum, uel apud præfectos urbis egerant. Agoni præsedit, & maxime herculeo in honorē Magni Alexandri. Solus post meridiē, uel matutinis horis iccirco nūq̄ aliquos uidebat, qđ ementitos de se multa cognouerat. Speciatim Vetrioniū Turinū, quem cum familiarem habuisset, ille oīa uel fingēdo sic uēdiderat, ut alexandri quasi stultū



## ALEXANDER

hominis, & quē ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium, sicq; omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Deniq; hac illum arte deprehendit, ut quendam immitteret, qui à se quiddam publice peteret, ab illo autem occulte quasi praesidium postularet, ut pro eo Alexandro secreto suggereret. Quod cū factum esset, et Turinus suffragium promississet, dixissetq; se quaedam imperatori dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere, ut adhuc impetraret euentum uendens, cumq; iterum iussisset Alexander interpellari, & Turinus quasi a gens aliud nutibus annuisset, neq; tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem eēt quod petebatur, Turinusq; ab illo, qui meruerat fumi uenditor ingentia praemia percepisset, accusari eum Alexander iussit, probatisq; per testes omnibus, & quibus praesentibus, quid accepisset, & quibus audientibus quid promississet, in foro transitorio ad stipitem illum ligari praecipit, & fumo apposito, quem ex stipulis, atq; humidis lignis fieri iusserat, necauit praecone dicente. Fumo punitur, qui uendidit fumum. Ac ne in una tantum causa uideretur crudelior fuisse, q̄s uit diligentissime ante quam eum damnaret, & inuenit Turinum saepe, & in causis ab utraq; parte accepisse, cum euentus uenderet, & ab omnibus, q̄ aut praepositoras, aut provincias acceperant. Spectacula frequentauit cum summa donandi parsimonia, dicēs & scenicos, & uenatores, & aurigas sic alēdos, quasi seruos nostros, ac uenatores, aut miliones, aut uoluptarios. conuiuium neq; opimum, neq; nimis parcū,

## SEVERVS

125

sed nitoris summi fuit, ita tamen ut pura mantilia mitterentur. Saepius cocco clamata, aurata uero nūquā, cum haec habere Helio gabalusiā recepisset, & ante, ut quidam praedicant, Adrianus habuisset. Usus conuiuij diurnus hic fuit. Vini ad totum diem sextarij XXX panis mundi P. XXX, panis sequentis ad donandum P. L. Nam semper de manu sua ministris conuiuij, & panem, & partes aut olerum, aut carnis, aut leguminum dabat senili prorsus maturitate patrem familias agens. Erant decreta & carnis diuersae P. XXX. erant, & gallinae, oua, adhibebatur & anser diebus festis. Calendis autem Ianuarijs, & hilarijs matris deum, & ludis apollinaribus, et Iouis epulo, & Saturnalibus, & huiusmodi festis diebus phasianus, ita ut aliquando & duo ponerentur additis gallinaceis duobus, leporem quotidie habuisset. Venationem frequentem, sed eam cum amicis diuidebat, & ijs maxime, quos sciebat per se non habere. Nec diuitibus quicquam talium munerum misit, sed ab his semper accepit, habuit quotidie Milij sine pipere sextarios III, cum pipere duo, & ne sit longum omnia inferere, quae Gargilius Martialis eius temporibus scriptor singulatim persecutus est, omnia illi ad modum, & rationem sunt praebita. Pomis uerbementem indulgit, ita ut secunda mensa illi saepius poneretur, unde etiam iocus extitit. Non secundam Alexandrum habere, sed secundum. Ipse cibo plurimo reficiebatur, uino neq; parce, neq; copiose, assatim tamen. Frigida semper pura usus, & astate uino cum rosa condito, quidem solum ex diuerso genere

Helio gabali tenuer at. Et quoniam de lepusculis facta est mentio, quod ille leporem quotidie haberet, iocus poeticus emerfit, iccirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporē comederint, ut Martialis coci epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit huiusmodi.

• Cum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas

• Septem formosus Marce diebus eris.

• Si uerum dicis, si uerum Gellia mandas,

• Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Sed hos uersus Martialis in eam, quæ deformis esset, composuit. Poeta uero temporum Alexandri hæc in eum dixit.

• Pulchrum quod uides esse nostrum regem,

• Quem syrum sua detulit propago,

• Venatus fecit, & lepus comesus,

• Ex quo continuum capit leporem.

Hos uersus cum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur græcis uersibus in hæc sententiam.

• Pulchrum quod putas esse uestrum regem

• Vulgari miserande de fabella,

• Si uerum putas esse, non irascor,

• Tantum tu comedas uelim lepusculos,

• Ut fias, animi malis repulsis,

• Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Cum amicos militares habuisset, ut usum Traiani, quem ille post secundam mensam potandi usque ad pocula instituerat, reseruaret, unum tantum poculū amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni, id

autem breuius, nisi siquis, quod licebat, maius habere postulasset. Vsus Veneris in eo moderatus fuit. Exoletorum ita expers, ut, quemadmodum, supra diximus, legem de his auferendis ferre ucluerit. Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ij, qui priuatas custodias non haberent. Balnea omnibus regionibus addidit, quæ forte non habebant. Nam hodieq; multa dicuntur Alexandri. Fecit & domos pulcherrimas, easdemq; amicis suis maxime integris uiris donauit. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui X aureos sub Helio gabalo præstirrat, tertiam partem auri præstarent, hoc est tricesimam partem. Tuncq; primum semisses aureorum formati sunt. Tunc etiam cum ad tertiam partem auri uectigal decidisset, tremisses dicente Alexandro etiã quartarios futuros, quod minus non posset. Quos quidem iam formatos in moneta detinuit expectans, ut si uectigal contrahere potuisset, et eosdem ederet. Sed cū non potuisset per publicas necessitates, constari eos iussit. Et tremisses tantum, solidosq; formari. formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atq; amplius usque ad bilibres quoque & centenas. quas Helio gabalus inuenerat, resolui præcepit, neq; in usu cuiusquam uersari, atque ex eo his materie nomen inditum est, cum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si cum multis solidos minores dare possit dans X, uel amplius una forma XXX & L & C dare cogeretur. Vestes sericas ipseras habuit, holosericas nunquam induit, subsericam nunquam donauit. Diuitijs nullius inuidit. Pauper

res iuuit honoratos, quos pauperes uere non per luxuriam, aut simulationem uidit, semper multis commodis auxit, agris, seruis, animalibus, gregibus ferramentis rusticis. In thesauris uestem nunquam nisi aurum esse passus est, eamque statim expendi iussit. Omnem uestem, quam donauit, ipse prospexit. Omne aurum, omne argentum, idque frequenter appendit. Donauit et ocreas, et braccas, et calciamenta inter uestimenta militaria. Purpura clarissima non ad usum suum, sed ad matronarum, si quae aut possent, aut uellent. certe ad uendendum grauissimus ex actor fuit, ita ut alexandrina purpura, hodieque dicatur, quae uulgo probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus Bapheus praeposuit id genus nuricis reperisset. Usus est ipse chlamyde coccinea saepe. In urbe tamen semper togatus fuit, et in Italiae urbibus. Praetextam, et pictatogam nunquam nisi COS. accepit. Et eam quidem, quam de Iouis templo sumptam alij quoque accipiebant, aut PRÆT. aut COS. Accepit praetextam et cum sacra faceret, sed loco PONT. MAX. non Imperatoris. boni linteaminis appetitor fuit, et quidem puri dicens si lintea idcirco sunt, ut nihil asperum habeant, quid opus est purpura? in linea aurum autem mitti etiam dementiam iudicabat, cum asperitati adderetur rigor. Fasces semper usus est. Baccas albas habuit non coccineas, ut prius solebant. Gemmarum quod fuit uendit, et aurum in aerarium contulit, dicens gemmas uiris usui non esse. Matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo, atque in auribus, et baccato monili, et corona, cum qua sacrifici

um facerent, et unico pallio auro sparsa, et cyclade, quae sex uncias auri plus non haberet. Prorsus censuram suis temporibus de proprijs meritis gessit. Imitati sunt eum magni uiri, et uxorem eius matronae pernobiles. Aulicum ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officijs, quot necessitas postularet. Ita ut annonas non dignitatem acciperent fullones, et uestitores et pictores et pincernae, omnes castrenses ministri, quemadmodum pestis illa instituerat, sed annonas singulas uix binas. Et cum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet, nec plures ministros, argentum, et ministros antea quando poscebat, accipiebat ab amicis, quod hodieque fit, si praestatur a praefectis absente imperatore. Voluptates scenicas in conuiuio nunquam habuit, sed summa illa oblectatio fuit, ut catuli, cum procellulis luderent, aut perdices inter se pugnarent, aut aues paruulae sursum, et deorsum uolitarent. Habuit sane in palatio unum genus uoluptatis, quo maxime delectatus est, et quo solitudines publicas subleuaret. Nam auisaria instituerat pannonum, phasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam, usque uehementer oblectabatur, maxime palumborum, quos habuisse ad XX dicitur, et ne eorum pastus graualet annonam, seruos habuit uectigales, qui eos ex ouis, ac pullicenis, ac pipionibus alerent. Thermis et suis et ueterum frequenter cum populo usus est. Et aestate maxime balnari ueste ad palatium reuertens hoc solum imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat. cursorem nunquam nisi seruum suum



dicens ingenium currere nisi in sacro certamine non debere. Cocos piscatores, fullones, & balneatores non nisi seruos suos habuit. Ita ut si quis deesset, emeret. Medicus sub eo unus palatinus salarium accepit, ceterique omnes usque ad sex fuerunt, qui annonas binas, aut ternas accipiebant, ita ut mundas singulas consequeretur. alias iudices cum promoueret exemplo ueterum, ut & Cicero docet, et argento, et necessarijs instruebat, ita ut praesides prouinciarum acciperent argenti P, uicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, uestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos cetenos, Cocos singulos. Et si uxores non haberent, singulas concubinas, quod sine his esse non possent, reddituri deposita administratione, mulas, mulos, equos miliones, & Cocos, cetera sibi habituri, si bene egissent, in quadruplum reddituri, si male. praetor condemnationem, aut peculatus aut re petundarum leges innumeras sanxit. Carrucas Romae, & rhedas senatoribus omnibus, ut argentatas haberent, permisit, interesse Romanae dignitatis putans, ut his tantae urbis senatores uterentur. COSS. quoscunque uel ordinarios, uel suffectos creauit, ex senatus sententia nominauit sumptum eorum contrahens, & mundina uetera ex ordine instituit, uel dies uel tempora. Quaestores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ut post quaesturam praeturas acciperent, & inde prouincias regerent. aerarios uero instituit, qui de aera fisci ederent munera, eademque parciora. Habuit in animo ut munera per totum annum dispergeret, ut per XXX. die

es munus populo daretur. Sed cur id non fecerit, in occulto habetur. Capitolium septimo die, cum in urbe esset, ascendit. templa frequentauit. Christo templum facere uoluit, eumque iter deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulachris iusserat fieri, quae hodie iccirco, quia non habent numina, dicuntur Adriani. quae ille ad hoc parasse dicebatur, sed prohibitus est ab ijs, qui consulentes sacra repererant omnes Christianos futuros, si id optate euenisset, & templareliqua deserenda. In Iocis Alexander dulcissimus fuit, in fabulis amabilis, in conuiujs comis ita, ut quisque posceret, quod uellet. Ad aurum colligendum attentus, ad seruandum cautus, ad inueniendum sollicitus, sed sine cuiusquam excidio. Syrum se dici uolebat, sed à maioribus Romanum. Et stemma generis depinxerat, quo ostendebatur genus eius à Metellis descendere. Rhetoribus, grammaticis, medicis, aruspiciibus, mathematicis, mechanicis, architectis salaria instituit. Et auditoria decreuit, & discipulos cum annonis pauperum filios modo ingenuos dari iussit. Etiam in prouincijs oratoribus forensibus multum detulit plerisque etiam annonas dedit, quos constitisset gratis agere. Leges in annos firmavit, easque etiam ipse diligentissime seruauit. Theatralia spectacula saepe obiit. Theatrum Marcelli reficere uoluit, multis ciuitatibus, quae post terrae motus deformes erant, ad instauracionum operum, & publicorum, & priuatorum pecuniam ex uectigalibus dedit. In templis sanè nunquam praeter quatuor, aut quinque argenti

libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posu-  
it susurrans uersum Persi,

• In sanctis quid facit aurum?

Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine suo edis-  
seram. Primum tamen eius consuetudinem dicam de  
rebus uel tacendis, uel prodendis. Tacebantur secre-  
ta bellorum itinerum autem dies publice proponebā-  
tur, ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo  
scriptum esset illa die, illa hora ab urbe sum exiturus,  
& si dii uoluerint, in prima mansione mansurus. De-  
inde per ordinem mansiones, deinde statiuæ, deinde  
ubi Annona esset accipienda. Et id quidem eo usque  
quandiu ad fines Barbaricos ueniretur. Et iam enim  
tacebatur, & omnes ambulabant, ita ne dispositionē  
Romanam Barbari scirent. Certum est autem eum  
nunquam id, quod proposuerat, se fessisse, cum dice-  
ret. Nolle ab amicis suas uendi dispositiones, quod fa-  
ctum fuerat sub Helio gubalo, cum ab eunuchis oīa  
uenderentur. Quod genus hominum iccirco secreta  
omnia in aula esse cupiunt, ut soli aliquid scire uide-  
antur. Et habent unde uel gratiam, uel pecuniam re-  
quirant. Et quia de publicanis dispositionibus mentio  
contingit, ubi aliquos uoluisset, uel Rhetores provin-  
cijs dare, uel prepositos facere procuratores, id est ra-  
tionales ordinare. Nomina eorum proponebat hortās  
populum, ut si quis, quid haberet criminis, proba-  
ret manifestis rebus, si non probasset, subiret pœnam  
capitis. Dicebatq; graue esse, cum id Christiani, &  
Iudæi facerent in predicandis sacerdotibus, qui ordi-  
nandi sunt, nō fieri in prouinciarum rectoribus, quibus

& fortunæ

& fortunæ hominum cōmitterentur. & capita. As-  
sessoribus solaria instituit, quāuis sæpe dixerit eos eē  
promouendos, qui per se Remp. gerere possent, non  
per assessores, addens militares habere suas admini-  
strationes, habere litteratos. Et ideo unumquēq; hoc  
agere debere, quod nosset. thesauros repertos ijs, qui  
reperāt donauit, et si multi eēnt, addidit ijs eos, quos  
in suis habebat officijs. cogitabat secum, & descri-  
ptum habebat, cui quid prestisset, & si quos sciret,  
uel nihil petisse, uel non multum, unde sumptus suos  
augerent, uocabat eos, & dicebat. Quid est, cur ni-  
hil petis? an me tibi uis fieri debitorem, pete, ne priua-  
tus de me queraris. Dabat autem hæc in beneficijs,  
quæ fama eius non læderent bona punitorum. Sed nū-  
quam cum auro, argento, uel gemmis, nam id omne  
in ærarium reponebat. Dabat preposituras locorum  
civilium non militum, dabat eas administrationes,  
quæ ad procuraciones pertinerent. Rationales cito mu-  
tabat, ita ut nemo nisi annum compleret, eosq; si boni  
essent, oderat, malum necessarium uocans, præsides  
uero proconsules, & legatos nunquam fecit ad bene-  
ficium, sed ad iudicium uel suum, uel senatus. Milites  
expeditionis tempore sic disposuit, ut mansionibus  
annonas acciperent, nec portarent cibaria X & VII  
ut solent, dierum nisi in Barbarico, quamuis & illic  
mulis eosdem, atq; Camelis adiuuerit, dicens milites  
se magis seruare, q̄ seipsum, quod solus publica in his  
esset. Aegrotantes ipse uisitauit per tentoria, milites eēt  
multos & carpentis uexit. omnibus necessarijs adiu-  
uit. Et, si forte grauius laborassent, per ciuitates, &

agros patribus familias hominibus, & sanctioribus matronis eos distribuebat, reddens impendia, quæ fecissent, siue conualuissent illi, seu perissent. Cum quidam Ouinius Camillus senator antiquæ familiæ delicatissimus rebellare uoluisset tyrānidem affectās, eiq; nuntiatum esset, ac statim probatū, ad palatiū eū rogauit, eiq; gratias egit, quod curam Reip. quæ recusantibus bonis imponeretur, sponte reciperet. Deinde ad senatum processit, & timentem, ac tantæ conscientie tabe confectum participem imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus, & melioribus quàm ipse utebatur, affectit. Et, cum expeditio barbarica esset nuntiata, uel ipsum, si uellet ire, uel ut secum proficisceretur, hortatus est. Et cum ipse pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborē, quem post quinq; millia cunctantem equo sedere iussit. Cumq; post duas mansiones equo etiā fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoq; seu timore, seu uerere respicientem abdicantem quin etiam imperium, & mori paratum dimisit, commendatumq; militibus, à quibus Alexander unice amabatur, tutum ad uillas suas ire præcepit, in quibus diu uixit. sed post iussu imperatoris occisus est, quod ille militaris esset, et à militibus amatus. Scio uulgum hanc rem, quam contextui, Traiani putare, sed neq; in uita eius id Marius Maximus ita exposuit, neq; Fabius Marcellinus. neq; Aurelius Verus, neq; Statius Valens, qui omnem eius uitā in litteras miserunt. Contra autem & Septimius, & Acolius, et Encolpius uitæ scriptores, ceteriq; de hoc talia prædicarūt, quod ideo addidi, nequis uulgi ma-

gis famam sequeretur, quæ historiam quæ timore utiq; uulgi uerior reperitur. honorem iuris, & gladij nunquam uendi passus est, dicens, necesse est, ut qui emit, uendat. ego non patiar mercatores potestatum. quos si patiar, damnare non possim. Erubesco. n. punire illum hominē, quæ emit, & uendit. Pontificatus, & XV uiratus, & auguratus codicillares fecit, ita, ut in senatu allegarentur. Desippus dixit uxorem eum cuiusdam Martiani filiam duxisse, eundēq; ab eo Casarē nuncupatum. Verum cum uellet isidijs occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, & ipsum interemptum, & uxorem abiectam. Idem dicit fuisse patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri non uxoris sororis eiusdem filium. Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarij dicerent sibi eum deberi, rescripsit melius esse, ut quomodocūq; illic deus colatur, quàm popinarijs dedatur. Cū igitur tātus, ac talis imperator domi, ac foris eēt, inijt parthicā expeditionem, quā tanta disciplina, tanta reuerentia sui egit, non ut milites, sed senatores transire diceretur. Quacunq; iter legiones faciebant, Tribuni accincti, Centuriōes uerecundi, milites amabiles erant. Ipsum uero ob hoc tot, & tanta bonā prouinciales, ut deum suscipiebant. Iam uero ipsi milites iuuenem imperatorem sic amabant, ut fratrem, ut filiū, ut parentem, uestiti honeste, calciati etiam ad decorē, armati nobiliter, equis eēt instructi, & ephippijs, ac frenis dacentibus, prorsus, ut Romanam Rēp. intelligeret, quicūq; Alexandri uidisset exercitum. Elaborabat deniq; ut dignus illo noīe uideretur im-



mo ut Macedonem illum uinceret, dicebatq; iter Romanum Alexandrum, & Macedonem nullum interesse debere. Fecerat deniq; sibi argyraspidas, & chrysoaspidas. fecerat, & phalangem XXX hominum, quos phalangarios uocari iusserat, & cum quibus nullum fecit in Perside, quæ quidem erat ex sex Legionibus similiũ armorum, stipendiõrum uero post Persicum bellum maiorum. dona regia in templis posuit, gemmas sibi oblatas uendidit, muliebri esse existimans gemmas possidere, quæ neq; militi dari possint, neq; à uiro haberi. Cum quidã legatus unio nes duos uxori eius per ipsum obtulisset magni ponderis, & inusitata mensuræ, uendi eos iussit, qui, cū pretium non inuenirent, ne exemplum malum à regina nasceretur, si eo uteretur, quod emã non posset, inauribus Veneris eos dicauit. Vlpianum pro tutore habuit primum repugnante matre, deinde gratias a gente, quem sæpe à militũ ira obiectu purpuræ summe defendit, atq; ideo summus imperator fuit, quod eius consilijs præcipue Remp. rexit. In procinctu, atq; in expeditionibus apertis papilionibus prandit, satq; cœnauit, cum militarem cibum cunctis uidetibus, atq; gaudentibus sumeret, circumiret propè tota tentoria, à signis abesse neminem pateretur. Siq; de uia in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subijciebatur in conspectu eius, aut uirgis, aut condemnationi, aut si hæc omnia transiret dignitas hominis, grauissimis cõtumelijs, cum diceret, uis ne hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis? clamabatq; sæpius quod à quibusdã siue Iudæis, siue Chri-

stianis audierat, & tenebat, idq; per præconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat. Quod tibi non uis, alteri ne feceris. Quam sententiam usq; adeo dilexit, ut & in palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. Idem cum quandam aniculam affectam iniurijs à milite audisset, ex auctoratum eũ militia, seruum ei dedit, quod artifex carpentarius esset, ut eã pasceret. Et cum dolerent hoc milites factum, persuasit omnibus, ut modeste ferrent, & eos terruit. à uoι ματοϋ imperiũ eius cum fuerit, durus, & tetricus. iccirco uocatus est, quod senatorem nullum occiderit, ut Herodianus græcus scriptor refert in libris temporum suorum. Seueritatis autem tantæ fuit in milites, ut sæpe legiones integras ex auctorauerit ex militibus quirites appellans, nec exercitum unquam timuerit, iccirco quod in uitam suam dici nihil posset, quã unquã tribuni, uel duces de stipendijs militum quicquã accepissent, dicēs, Miles non timet nisi uestitus, armatus, calciatus, & satur, & habens aliquid in zona, iccirco quod mendicitas militaris ad omnẽ desperationem uocaret armatum. Apparitores denique nullos esse passus est. tribunis, aut ducibus nisi milites anteire uoluit. Iussitq; ut ante tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem sex, ante legatum decem. Hiq; ad domos suas reciperentur, & ut seueritas eius agnosci posset, unam concionem militarem uidentum putauit, quæ illius in rem militarem mores ostenderet. Nã cum Antiochiam uenisset, ac milites lauacris muliebribus, & delitijs uacarent, eiq; nuntiatum esset, oēs eos comprehendi iussit. & in uincis

la conijci. Quod ubi compertum est, mota seditio est à  
 legione, cuius scij erant in uincula coniecti. Tñ ille  
 tribunal ascendit, uinctisq; omnibus ad tribunal ad-  
 ductis circũstantibus etiam militibus, & quidem ar-  
 • matis, ita cœpit. Cõmiliones (si tñ ista uobis, quæ à  
 • uestris facta sunt, displicent) disciplina maiorẽ Rẽp.  
 • tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum, et imp-  
 • perium amittemus. Neq; enim sub nobis ista faciẽda  
 • sunt, quæ sub impura illa bestia nuper facta sunt. Mili-  
 • tes Romani uestri socij, mei contubernales, & cõmili-  
 • tones amant, potant, lauunt græcorũ more, & qdem  
 • se instituant. Hoc ego diutius feram? & non eos capi-  
 • tali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus ẽ, atq;  
 • iterum, qui in concione estis; uocem in bello contra  
 • hostem, non contra imperatorem uestrum necessariã  
 • emittite. certe campi ductores uestri hanc uos docuer-  
 • runt contra Sarmatas, & Germanos, ac Persas emitti-  
 • tere, non cõtra eum, qui acceptam à prouincialibus  
 • ammonam, qui uestem, qui stipendia uobis attribuit.  
 • Continete igitur uocem truculentam, & cãpo, ac bel-  
 • lis necessariam, ne uos hodie omnes uno ore, atq; una  
 • uoce quirites dimittam, & incertum, an quirites. Nõ  
 • enim digni estis, q uel Romana plebis sitis, si ius Ro-  
 • manum non agnoscitis. Et cum uehementius fremen-  
 • rent, ac ferro quoq; minarentur, deponite inq; dext-  
 • • tras contra hostem erigendas, si fortes estis, me. n. ista  
 • non terrent. Si. n. unum hominem occideritis, non no-  
 • • bis deerit Resp. nõ senatus nõ Po. Ro. q de uobis uini-  
 • • dicet. Cum nihilo minus post ista fremerẽt, exclama-  
 • • uit. Quirites discedite atq; arma deponite. Mirando

exemplo depositis armis, depositis ẽt sagulis militari-  
 ribus, oēs non ad castra, sed ad diuersoria uaria recess-  
 serunt. Tuncq; primum intellectum est, quantũ eius  
 seueritas posset. Deniq; ẽt signa stipatores, & ij, q imp-  
 peratorem circũdederant, in castra retulerunt, arma  
 collecta populus ad palatium tulit, eam tñ legionem  
 quam exauctorauit, rogatus per dies XXX prius q  
 ad expeditionem persicam proficisceretur, loco suo re-  
 stituit, eaq; pugnate maxime uicit. Cum tñ tribunos  
 eius capitali affecerit supplicio, quod per negligentia  
 illoꝝ milites apud Daphnem luxuriati essent, uel per  
 conuiuentiam seditionem fecissent exercitus. Magna  
 igitur apparatus inde in Persas profectus, Artaxerx ẽ  
 regem potentissimum uicit, cum ipse Alexander cor-  
 • • nua adiret, milites admoneret, sub iectus teli uersaretur,  
 • • manu plurimum faceret, singulos quosq; milites  
 • • ad laudẽ uerbis adduceret. Fuso deniq; fugatoq; tã-  
 • • to rege, q cum septingentis elephantis, falcatisq; mille  
 • • & octingentis curribus ad bellum uenerat equitum  
 • • multis millibus statim Antiochia redijt, & de pda,  
 • • quam Persis diripuit, suum ditauit exercitum, cũ  
 • • tribunos ea, quæ per uicos diripuerant, & duces, &  
 • • ipsos milites habere iussisset. Tumq; primum Persæ  
 • • serui apud Romanos fuerunt, quos quidem, quia in-  
 • • digne ferunt Persarum reges quempiam suorũ alicui  
 • • bi seruire, acceptis pretijs reddidit, pretiumq; uel ijs,  
 • • qui manu ceperant, seruos dedit, uel in ærarium cõ-  
 • • tulit. Post hoc Romam uenit, triumphoq; pulcherrã  
 • • mo actõ, apud senatum primum hæc uerba habuit ex-  
 • • actis senatus die VII Calendas octobres. Persas P. C.

## ALEXANDER

• uicimus, longa eloquentiæ opus non est, tantum sciri  
 • re debetis, quæ illorum arma fuerint, qui apparatus,  
 • Iam primum elephanti septingenti, idemq; turritici  
 • sagittarijs, & onere sagittarum. Ex his trecentos ce-  
 • pinus, ducenti interfecti iacent. Decem & octo per-  
 • duximus. Falcati currus mille, sed adducere interfe-  
 • ctorum animalium currus ducetos potuimus, sed id  
 • quia & fingi poterat, facere supersedimus, C XX  
 • equitum eorum fudimus, cataphractarios, quos illi  
 • clibanarios uocant, X in bello intereminimus, eorum  
 • armis nostros armauimus. Multos Persarum accep-  
 • mus, eosdēq; uēdidimus. Terras Interamnans Mer-  
 • sopotamiæ scilicet neglectas ab impura illa bellua re-  
 • cepimus. Artaxerxem potentissimum regem tam re,  
 • quam nomine fuissem fugauimus, ita ut eū terra Per-  
 • sarum fugientem uideret, & quæ ducta fuerant quō-  
 • dam signa nostrorum, ea rex ipse signis effugit reli-  
 • ctis. Hac sunt P. C. gesta, eloquentia opus non ē, mi-  
 • lites diuites redeunt, laborem in uictoria nemo sentit.  
 • Vestrum est supplicationem decernere, ne dijs uideamur  
 • ingrati. Acclamatio senatus. Alexander Augu-  
 • ste dij te seruent. Persice maxime dij te seruent. Vere  
 • Parthicus, uere Persicus. trophæa tua & nos uide-  
 • mus, uictorias & nos uidemus. Iuueni imperatori  
 • patri patriæ, PONT. MAX. per te uictoriam  
 • undiq; præsumimus, ille uincit qui milites regit, di-  
 • ues senatus, diues miles, diues. Po. Ro. Dimisso senatu,  
 • Capitolium ascendit, atq; inde re diuina facta, & tu-  
 • nicis persicis in templo locatis concionem huiusmodi  
 • habuit. Quirites uicimus Persas, milites diuites redu-

## SEVERVS

133

• ximus, uobis congiarium pollicemur, cras ludos cir-  
 • censes persicos dabimus. Hæc nos & in annalibus, et  
 • apud multos reperimus. Sed quidam dicunt à suo eū  
 • proditum non uicisse regem, sed ne uinceretur, fugisse.  
 • Quod contra multorum opinionem dici non dubi-  
 • um est ijs, qui plurimos legerint. Nam & amisisse il-  
 • lum exercitum dicunt fame, frigore, ac morbo, ut He-  
 • rodotianus author est contra multorum opinionem.  
 • Post hoc cum ingenti gloria comitate senatu equestri  
 • ordine, atq; omni populo, circumfususq; undiq; mu-  
 • lieribus, & infantibus maxime militum coniugibus  
 • pedes palatium conscendit, cum retro currus trium-  
 • phalis à quatuor elephantis traheretur. Leuabatur  
 • manibus omnium Alexander, uixq; illi per horas  
 • quatuor ambulare permissum est undiq; omnibus  
 • clamantibus. Salua Roma, quia saluus est Alexan-  
 • der. Alia die actis circensibus, & item ludis scenicis,  
 • deinceps congiarium Populo Romano dedit. Puellas,  
 • & pueros quemadmodum Antoninus Faustinianas  
 • instituerat, Mammeanas, & Mameanos instituit.  
 • Actæ sunt res feliciter & in Mauritania Tingitana  
 • per Furium Celsum, & in Illyrico per Varium  
 • Macrinum affinem eius, & in Armenia per Iuniū  
 • Palmatum, atq; ex omnibus locis ei tabellæ laurea-  
 • tæ sunt delatæ, quibus in senatu & apud populum lectis  
 • omnibus nominibus est adornatus. His uero, qui  
 • Remp. bene gesserant, consularia ornamenta decre-  
 • ta sunt additis etiam sacerdotijs, & agrorum posses-  
 • sionibus ijs, qui erant pauperes, et æuo iam grames.  
 • Captiuos diuersarum nationū amicis donauit, si ætas



## ALEXANDER

puerilis, aut iuuenilis permisit. Siqui tamē regū, aut nobiliores fuerint, eos militiæ non tamen magnæ deputauit. Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus, & militibus donauit, ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Addidit sanè his et animalia, & seruos, ut possent colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, uel per senectutem possidentium desererentur rura uicina Barbariæ, quod turpissimum ille ducebat. Post hæc cum ingenti amore apud populum, & senatam uiueret, & sperantibus uictoriã cunctis, & inuitis eum dimittentibus ad Germanicum bellum profectus est. Deducentibus cunctis per C & L millia. Erat autem grauissimum Reipub. atq; ipsi, quod Germanorū uastationibus Gallia diripiiebatur. Pudoremq; agebat, quod uictis iã Parthis ea ratio imminebat Reipub. ceruicibus, quæ semper etiam minusculis imperatoribus subiecta uidebatur. Magnis igitur itineribus lætis militibus contēdit. Sed cum ibi quoq; seditiosas legiones comperisset, abiici eas præcepit. Verum gallicanæ mentes, ut sese habent duræ, ac retrogradæ, & sæpe impatoribus graues, seueritatem hominis nimiam, & longe maiore post Helio gabalium non tulerunt. Deniq; agentem eum cum paucis in Britania, ut alij uolunt, in Gallia in uico, cui Sicilia nomen est, non ex omnium sententia, sed latrocinantium modo quidam milites, & hi præcipue, qui Helio gabali præmijs effloruerant, eum cum Seuerum principem pati non possent, occi-

## SEVERVS

134

derunt. Multi dicunt à Maximino immisos tirones, q̄ ei ad exercendum dati fuerant, eum occidisse. Multi aliter. A militibus tamen constat, cum iniuriose quasi in puerum eundem, & matrem eius amaram, & cupidam multa dixissent. Imperauit annis. XIII. D. IX. VIX. ANN. XXIX. MESS. III. D. VII. Egit omnia ex consilio matris. cum qua occisus est. Omina mortis hæc fuerunt. Cum natalem diem commendareret, hostia cruenta effugit, & ut se civiliter gerebat, ac permistus populo erat, albam eius uestem, cū qua constiterat, cruentauit. Laurus in palatio cuiusdã ciuitatis, à qua proficiscebatur ad bellum, ingens, & antiqua tota subito decidit. Arbores fici tres, quæ ficuse eas ferrent, quibus Alexandrinarum nomen est, subito ante illius tentorium deciderunt, cum tentoria imperatoria his adnexa essent. Mulier Druyas eunt exclaimauit gallico sermone. Vadas, nec uictoriam speres, ne militi tuo credas. Tribunal ascendit, ut concionaretur, & faustum aliquid diceret. Ita cepit. Occiso imperatore Helio gabalo. hoc tamen omni fuit, quod iurus ad bellum milites alloqui minus fausta oratione ceptauit erat. Sed hæc omnia uehementissime contempsit. Profectusq; ad bellum in loco supradicto ita occisus est. Pranderat forte publico, ut solebat, conuiuio, idest aperis papilionibus cibo militari accepto, neque enim aliud à discumbentibus militibus in tentorijs est repertum. Et cum dormiret, post conuiuium hora diei ferè septima, Unus ex Germanis, qui scurrarum officium sustinebat, ingressus dormientibus cunctis solo tamen impatore in-

## ALEXANDER

teruigilante uisus est. cui Alexander, quid est hic inquit, contubernalis? Num aliquid de hostibus nuntias? At ille metu perterritus, & sperans non posse eua- dere, quod in tentorium principis irruisset, ad contu- bernaes suos uenit, eosque ad durum principem inter- rimendum exhortatus est, qui subito plures, armati- que ingressi inermes, & obsistentes contruncauerunt, ip- sumque plurimis ictibus confoderunt. Aliqui dicunt omnino nihil dictum, sed tantum a militibus clama- tum. Exi, recede, atque ita obtruncatum iuuenem opti- mum. Sed omnis apparatus militaris, qui postea est ductus in Germaniam a Maximino Alexandri fuit, & potentissimus quidem per Armenios, & Osdroe- nos, & Parthos, & omnis generis hominum. Con- tempisse Alexandrum mortem cum ferocitas mentis, qua militem semper Attriuuit, tum etiam illa declarat. Thrasibulus mathematicus illi amicissimus fuit, qui, cum ei dixisset necessitatem esse, ut gladio Barbarico periret. Primo latatus est, quod sibi mortem bellicam, & imperatoriam crederet imminere. Deinde dispu- tauit, ostenditque optimos quosque uiolenta morte assum- ptos. Cum diceret ipsum Alexandrum, cuius nomen teneret, Pompeium, Caesarem, Demosthenem, Tulli- um, & ceteros insignes uiros non quieta morte oppe- tisse. Tantumque animi habuit, ut putaret se dijs com- parandum, si in bello periret, sed res eum sefellit. Nam & gladio barbarico, & scurræ barbari manu, uerum non in bello, sed belli tempore perijt. Mortem eius mi- lites, & qui ex authorati ab eo quodam fuerant, gra- uissime tulerunt, atque authores cædis trucidarunt. Pot-

## SEVERVS

135

pulus uero Romanus, senatusque omnis cum provinci- alibus cunctis, neque tristius unquam, neque asperius ac- ceperunt, simul quod successoris asperitas, atque rustici- tas Maximini, utpote hominis militaris, cui cum fi- lio post eum imperium delatum est, grauiorem fati necessitatem uidebatur ostendere. Senatus eum in de- os retulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruit. Dati sunt & sodales, qui Alexan- drini appellati sunt, addita & festiuitas matris no- mine, atque ipsius, quæ hodieque Romæ religiosissime celebratur natali eius die. Causa occidendi eius ab alijs hæc fuisse perhibetur, quod mater eius relicto bel- lo Germanico orientem ad iactantiam sui uellet redi- re, atque ob hoc esset iratus exercitus. sed hæc ab ama- toribus Maximini ficta sunt, qui uideri noluerunt im- peratorem optimum ab amico suo interfectum contra iura humana, atque diuina. Hactenus imperium Po- Ro. eum principem habuit, qui diutius imperaret. Post eum certatim irruentibus, & alijs semestribus, alijs annuis, plerisque per biennium ad summum per triennium imperantibus usque ad eos principes, qui la- tius imperium tetenderunt, Aurelianum dico, & dein- cept, de quibus si uita suppeditauerit, ea, quæ comper- ta fuerint, publicabimus. Reprehensa sunt in Alexan- dro hæc, quod Syrus esse nolebat, quod aurum ama- bat, quod suspiciosissimus erat, quod uectigalia mult- ta inueniebat, quod se magnam Alexandrum uideri uolebat, quod niens Seuerus in milites erat, quod curas priuatas agebat, quæ omnia in Rep. instituerat. Scio sanè plerosque negare hunc a senatu Caesarem

appellatum esse, sed à militibus, qui uerum prorsus ignorant, dicere prætere a non hunc fuisse consobrinn̄ Helio gabali, qui ut nos sequantur, historicos eius temporis legant, & maxime Acolium, qui & itinera huius principis scripsit. Soles quærere Constantine Maxime, quid sit, quod hominem Syrum, & alienigenam talem principem fecerint, cum tot Romani generis, tot aliarum prouinciarum reperiantur improbi, impuri crudeles, abiecti, iniusti, libidinosi. Iam primum possum de bonorum uirorum respondere sententia, potuisse natura, quæ ubiq; una mater est, bonum principem nasci. Deinde timore, quod pessimus esset occisus, hunc optimum factum. sed quia uerum est suggerendum, clementiæ, ac pietati tuæ lecta referabo. Notum est illud pietati tuæ, quod in Mario Maximo legisse, meliorem esse Remp. & propè tutiorem, in qua princeps malus est, ea, in qua sunt amici principis mali. Siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi. Multi autem malis non possunt ab uno quamuis bono ulla ratione superari. Et id quidem ab homulo ipsi Traiano dictum est, cum ille diceret Domitianum pessimum fuisse, amicos autem bonos habuisse, atq; ideo illum magis odio fuisse, qui Remp. peioris uitæ hominibus commendauerat, quia melius est, unum malum pati, q̄ multos. Et, ut ad rem redeam, Alexander quidem & ipse optimus fuit. Nam hoc nemo uult nisi bonus, & optimæ matris consilijs usus est, ac tamen amicos sanctos, & uenerabiles habuit, non malitiosos, non furaces, non factiosos, non callidos, non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libi-

ditiosos, non crudeles, non circumuectores sui, non irrisores, non qui illum quasi fatuum circumducerent. Sed sanctos uenerabiles, uenientes, religiosos, amantes principis sui, & qui de illo nec ipsi riderent, nec risum esse uellent, qui nihil uenderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent existimationem principis sui, sed amarent. Huic accedit, quod eunuchos nec in consilijs, nec in ministerijs habuit. Qui soli principes perdunt, dum eos more gentium, aut regum Persarum uolunt uiuere, qui eos à populo, & amicis et amicissimum principem mouent, q̄ inter nuntij sunt, aliud q̄ respondetur sæpe referentes, claudentes principem suum, & agentes ante omnia, ne quid sciat, q̄, cum empti sint, & prauifuerint, quid tandem possunt boni sapere? Erat deniq; eius ipsius sententia. Ego de præfectorum, & consulum, & senatorum capitibus mancipia ære empti iudicare non patiar. Scio imperator Constantine quo periculo ista dicantur apud imperatorem, qui talibus seruit, sed salua Rep. posteaq; intellexisti, quid mali clades istæ habeant, & quem admodum principes circumueniant, & tu eos eo loci habes, ut nec chlamyde, uti iusseris. sed necessitatibus domesticis delegaris. iam illud insigne, quod solū intra palatium præter præfectum, & Vlpianum quidem neminem uidit. Nec dedit alicui facultatem uel summorum uendendorum de se, uel sibi de alijs male loquendi maxime occiso Turino, qui illum quasi fatuum, et uerorem sæpe uendiderat. His accessit, quod amicos, & parètes Alexander si malos reperit, aut puniuit aut si uerus uel amicitia, uel necessitudo nõ fuit, pu-



• *niri, dimisit à se dicens, his carior est mihi tota Resp.*  
 • *Et ut scias, qui uiri in eius consilio fuerint. Fabius Sa-*  
*binus Sabini iſignis uiri filius. Cato temporis ſui. Dor-*  
*mitius Vlpianus iuris peritiſſimus. Ælius Gordia-*  
*nus Gordiani imperatoris pater, & ipſe re uera uir*  
*iſignis. Iulius Paulus iuriſperitiſſimus. Claudius Ve-*  
*natus orator ampliſſimus. Pomponius legum peritiſ-*  
*ſimus, Alphenus, Africanus. Florētinus, Martianus,*  
*Calliſtratus, Hermogenes Venuleius, Tryphonius,*  
*Metianus, Celfus, proculus, Modestiſtus. Hi omnes iu-*  
*ris profeſſores diſcipuli fuere ſpendidiſſimi Papiani,*  
*& Alexandri imperatoris familiares, et ſeci, ut ſcri-*  
*bit Acolius, et Marius Maximus. Catilius Seuerus*  
*cognatus eius uir omnium doctiſſimus, Ælius Sere-*  
*nianus omnium uir ſanctiſſimus. Quintilius Caius*  
*Marcellus, quo meliorem ne hiftoriae quidem conti-*  
*nent. His tot, atq; alijs talibus uiris, quid mali potuit*  
*ocgitari, uel fieri, cum ad bonum conſentirent? Et eos*  
*quidem malorum cohors depulerat, qui circumuene-*  
*rant Alexandrum primis diebus, ſed prudentia iuue-*  
*nis his malis occiſis, atq; depulſis amicitia iſta ſancta*  
*conualuit. Iſti ſunt, qui bonum principem ſuum fece-*  
*runt. Et iterum amici mali, qui Romanos peſſimos*  
*etiam poſteris tradiderunt ſuis uitijs laborantes.*

MAXIMINI

 MAXIMINI PATER, ET FI-  
 LIVS IULII CAPI-  
 TOLINI.

*E faſtidioſum eſſet clementiae tuae Con-*  
*ſtantine Maxime ſingulos quoſq; prin-*  
*n cipes, uel principum liberos per libros*  
*ſingulos legere, adhibui moderationē,*  
*qua in unum uolumen duos Maximini-*  
*nos patrem, filiumq; congererem. Seruaui deinceps*  
*hunc ordinem, quem pietas tua etiam à Tatio Cyril-*  
*lo clariffimo uiro, qui graeca in Latinum uertit, ſerua-*  
*ri uoluit, qđ quidem non in uno tantum libro, ſed etiā*  
*in plurimis deinceps reſeruabo. Exceptis magnis im-*  
*peratoribus, quorum res geſtae plures, atq; clariores*  
*longiorem deſyderant textum. Maximinus ſenior ſub*  
*Alexandro imperatore enituit. Militare autem ſub*  
*Seuero coepit. Hic de uico Thraciae uicino Barbaris*  
*Barbaro etiam patre, & matre genitus, quoru alter*  
*è Gothia, alter ex Alanis genitus eſſe perhibetur. Et*  
*patri quidem nomen Micca, matri Ababa fuiſſe dici-*  
*tur, ſed haec nomina Maximinus primis temporibus*  
*ipſe prodidit. Poſtea uero ubi ad imperium uenit. oc-*  
*culi praecipit, ne utroq; parente barbaro genitus im-*  
*perator eſſe uideretur. Et in prima quidem pueritia ſu-*  
*it paſtor, nonnunquā pro\*cer, qui latronibus inſidia-*  
*retur, & ſuos ab incuſionibus uindicaret. Prima ſti-*  
*pendia equeſtria huic fuere. Erat. n. magnitudine cor-*  
*poris conſpicuus, uirtute inter omnes milites clarus,*  
*forma uirili decorus, ferus moribus, aſper, ſuperbus*

contemptor, sæpe tamen iustus. Innotescendi sub Seue-  
ro imperatore prima hæc fuit causa. Natali Getæ filij  
minoris Severus militares dabat ludos propositis præ-  
mijs argenteis idest armillis, torquibus & balteolis.  
Hic adolescens, & semibarbarus, & uix adhuc lati-  
na lingua propè threicia imperatorē publice petijt,  
ut sibi daret licentiam contendendi cum ijs, qui iam  
non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis  
Severus miratus primum eum, cum lixis compo-  
suit, sed fortissimis, quibus nec disciplinam militarem  
corrumpere. Tunc Maximinus XVI. lixas uno su-  
dore deiecit. XVI. acceptis præmijs minisculis non  
militaribus, iussusq; militare. Tertia forte die, cū pro-  
cessisset Severus ad campum in turba exultantem mo-  
re barbarico Maximinum uidit, iussitq; statim tribu-  
no, ut eum coereret, ac Romanam disciplinam im-  
bueret. Tunc ille, ubi de se intellexit imperatorem lo-  
cutum, suspicatus barbarus, & notum se esse principi,  
& inter multos conspicuum, ad pedes imperatoris  
equitantis accessit. Tum uolens Severus explorare  
quantus incurrendo esset, equum admisit multis cir-  
cutionibus, & cum imperator laborasset, neq; ille ac-  
currendo per multa spatia desisset, ait ei, qd uis Thre-  
cisse? nunquid delectat luctari post cursum? Tum quā-  
tumlibet, iquit imperator. Post hoc ex equo Severus  
descendit, & recentissimos quosq; ac fortissimos mi-  
lites ei comparari iussit. Tum ille more solito VII.  
fortissimos uno sudore uicit, solusq; omnium à Seue-  
ro post argentea præmia torq; aureo donatus est, iussusq;  
inter stipatores corporis sui semper in aula consiste-

re. Hinc igitur factus conspicuus inter milites clarus  
amari à tribunis, à cōmilitonibus suscipi impetrare  
ab imperatore qd uellet, locis et militiæ à Seue-  
ro adiutus, cum eēt adolescens, longitudine autē corporis,  
& uastitate, & forma, atq; oculorū magnitudine, et  
candore inter oēs excelleret. Bibisse aut illum sæpe in  
die uini capitulinam amphorā constat, comedisse &  
XL libras carnis. Ut autem Cordus dicit, eēt LX. qd  
satis constat. oleribus semp abstinuit, à frigidis propè  
semper, nisi cum illi potandi necessitas esset. Sudores  
sæpe suos excipiebat, et in calices, uel in uasculū mit-  
tebat, ita ut duos uel tres sextarios sui sudoris ostender-  
ret. Hic diu sub Antonino Caracalla ordines duxit  
centuriatos, & cæteras militares dignitates sæpe tra-  
ctauit. sub Macrino, qd eum, qui imperatoris sui filiū  
occiderat, uehementer odisset, à militia desijt, & in  
Thracia in uico, ubi genitus fuerat, possessiones com-  
parauit, ac semp cū Gothis cōmercia exercuit. Ama-  
tus est autem unice à Getis quasi eorum ciuis. Alani,  
quicumq; ad ripam uenerunt, amicum eum donis ui-  
cissim recurrentibus approbant. Sed occiso Macrino  
cum filio suo, ubi Helio gabalium quasi Antonini filiū  
imperatorem comperit iam maturæ ætatis, ad eum  
uenit, petijtq; ut quod amicus eius Severus iudicij cir-  
ca se habuerat, & ipse haberet. Sed apud impurū ho-  
minem ualere nihil potuit. Nam dicitur cum eo ioca-  
tus esse Helio gabalus turpissime dicens Maximine.  
XVI. & XX. & XXX. milites diceris aliquñ lassas-  
se, potes tricies cum muliere p̄ficere. Tū ille, ubi uidit  
in famem principem sic exosum, à militia discessit,

Et tamen retentus est per amicos Heliogabali, ne hoc quoque illius fame accederet, quod uirum temporis sui fortissimum, et quem alij Herculem, alij Achillem, alij Aiacem uocabant, a suo exercitu dimoueret. Fuit igitur Maximinus sub homine impurissimo tantum honore praeditus tribunatus, sed nunquam ad manum eius accessit, nunquam illum salutauit, per totum triennium huc, atque illuc discurrens modo agris, modo otio, modo fictis langoribus occupatus est. Vbi uero Maximinus comperit Alexandrum principem nominatum Romam contedit, quem Alexander miro, cum gaudio, et gratulatione suscepit, ut in senatu uerba faceret talia. Maximinus P. C. Tribunus, cui ego latum clauum addidi, ad me confugit, qui sub impura illa belua militare non potuit, qui apud D. parentem meum Seuerum tantus fuit quantum illum fama comperitis. Statim denique illum tribunum legionis quartae, ex tironibus quam ipse composuerat, dedit, et eum in hac uerba pronexit. Veteres milites tibi Maximine mi carissime, atque amantissime iccirco non credidi, quod ueritus sum, ne uitia eorum sub alijs inolescentia emendare non posses. Habes Tirones ad tuos mores, ad tuam uirtutem, ad tuum laborem. eos fac militiam addiscere, ut mihi multos Maximinos Reip. optabiles solus efficias. Accepta igitur legione, statim eam exercere cepit. Quinta quoque die iubebat milites decurrere, in se simulachra bellorum agere, gladios, loricas, galeas, scuta, tunicas, et omnia arma illorum quotidie circumspicere, calciamenta quinetiam ipse prospiciebat prorsus, ut se parem militibus praerberet, sed cum eum quidam

tribuni reprehenderent dicentes. Quid tamen laboras? cum eius loci iam sis, ut ducatum possis accipere, dixisse fertur. Ego uero quo maior fuero, tanto plus laborabo. Exercebat cum milibus ipse luctantiam, quos senos, et septenos iam grandaeuus ad terram prosterrens. Denique inuidentibus cunctis, cum quidam Tribunus superbior magni corporis uirutis notae, atque ideo ferocior ei dixisset, non magnam rem facis, si Tribunus tuos milites uincis, ille ait, uis ne congre diamur? Cumque aduersarius aduisset, uenientem contra se palma inpectus percussum supinum reiecit, et continuo dixit date alium, sed tribunum. Erat praeterea, ut refert Cordus, magnitudine tanta, ut octo pedes digito uideretur egressus. pollice ita uasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. Iam illa prope in uulgi ore sunt posita, quod amaxas manibus attraheret rhedam onustam solus moueret, equo si pugnum edidisset, dentes solueret, si calcem, crura frangeret. Lapidem tophiceos fricaret. Arbores teneriores scinderet. Alij denique eum Crotoniatem Milonem, alij Herculem, Antaeum alij uocant. His rebus conspicuum uix Alexander magnorum meritorum iudex in suam perniciem omni exercitum profecit gaudentibus cunctis ubique tribunis, ducibus, et militibus. Denique totum eius exercitum, quod sub Heliogabalo magna ex parte torpuerat, ad suam militarem disciplinam retraxit. Quod Alexandro, ut diximus, optimo quidem imperatori, sed tamen cuius aetas ab initio contemni potuerit grauissimum fuit, nam cum in Gallia esset, et non longe ab urbe quadam castra posuisset, subito immissis militibus, ut quidam dicunt,



ab ipso, ut alij, à tribunis barbaris, Alexāder ad matrem fugiens interemptus est Maximino iam imperatore appellato. Et causam quidem Alexandri interimendi alij aliam fuisse dicūt. Quidam enim Mameam dicunt authorem fuisse, ut filius deserto bello Germanico orientem peteret, atque ideo milites in seditionem prorupisse. Quidam quod ille nimis seuerus esset, & uoluisset, ita in Gallia legiones exauthorare, ut exauthorauerat in oriente. Sed occiso Alexandro, Maximinus primum è corpore militari, et nondum senator sine decreto senatus Augustus ab exercitu appellatus est filio sibi in participatum dato, de quo pauca, quae nobis sunt cognita, mox dicamus. Maximinus autem solum fuit semper astutia, ut milites non uirtute ea regeret, sed etiam praemijs, & lucris sui amantissimos redderet. Nunquam annonam cuiuspiam tulit, Nunquam fuit, quin in exercitu faber aut alterius rei, ut pleriq; sunt, artifex esset. Solis uenationibus legiones frequenter exercens. Sed inter has uirtutes tam crudelis fuit, ut illum alij Cyclopē, alij Busiridem, alij Scirronem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, uel Gygem uocarent. Senatus eum tantum timuit, ut uota in templis publice, priuatimq; mulieres etiam cū suis liberis facerent, ne ille unquā urbem Romam uideret. Audiebat enim alios in crucem sublato, alios animalibus nuper occisis inclusos alios feris obiectos, alios fustibus elisos. atque omnia haec sine delectu dignitatis, cum uideretur disciplinā uelle regere militarem, cuius exemplo ciuilia etiā corrigere uoluit, quod non conuenit principi, qui uelit

diligi. Erat enim ei persuasum, nisi crudelitate imperium non teneri. Simul & uerebatur, ne propter humilitatem generis barbarica nouitate contemneretur. Meminerat praeterea se Romae etiam à seruis nobiliū contemptum esse, ita ut ne à procuratoribus quidē eorum uideretur. Et, ut se habent stultae opinionones, tales eos contra sperabat futuros, cum iam imperator esset, tantum ualeat conscientia de generis animi. Nam ignobilitatis tegendae causa omnes conscios generis suū interemit. Nonnullos etiam amicos, qui saepe misericordia, ac pietatis causa pleraq; donauerant. Neq; n. fuit crudelius animal in terris. Omnia sic in uiribus suis ponens quasi non posset occidi. Deniq; cum imortalem se propè crederet ob magnitudinem corporis sui, uirtutisq; minus, quidam in theatro praesente illo dicitur uersus graecos dixisse, quorum haec erat latina sententia

- Et qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur.
- Elephas grandis est, & occiditur,
- Leo fortis est, & occiditur.
- Tigris fortis est, & occiditur.
- Caue multos, si singulos non times.

Et haec imperatore ipso praesente iam dicta sunt. Sed cum Maximinus interrogaret amicos, quid minus scurra dixisset, dictum est eī, quod antiquos uersus cantaret contra homines asperos scriptor, & ille, ut erat Thrax, & barbarus credidit. Nobilem circa se neminem passus est. Prorsus ut Spartaci, aut Athenionis exemplo impabat. Praeterea oēs Alexādi ministros uarijs modis interemit. Dispositionibus eius inuidit.

Et dum suspectos habet amicos, ac ministros eius, crudelior factus est. Cum esset ita moratus, ut ferarum more uiueret, tristior & immanior factus est factione Magni cuiusdam consularis uiri contra se parata, quae cum multis militibus, & centurionibus ad eum confodiendum consilium inierant, cum in se imperium transferre uiperet. Et genus factionis fuit tale, cum ponte iuncto in Germanos transire Maximinus uellet, placuerat ut contrarii cum eo transirent. Pons postea solueretur, ille in barbarico solo circumuentus occideretur, imperium Magnus arriperet. Nam omnia coeperat agere, et quidem fortissime statim, ut factus imperator, peritus utpote rei militaris uolens existimationem de se habitam tenere, & ante omnes Alexandri gloriam, quem ipse occiderat, uincere. quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat. Eratque in armis ipse magnus exercitio, & corpore multa semper ostendens, & istam quidem factionem Maximinus ipse finxisse perhibetur, ut materiam crudelitatis augeret. Denique sine iudicio, sine accusatioe, sine delatore, sine defensione omnes interemit. omnium bona sustulit. & plus IIII millibus hominum occisis, se satiare non potuit. Fuit etiam sub eodem factio desciscens sagittarijs Osdroenis ab eodem ob amorem Alexandri, & desiderium. quem a Maximino apud eos occisum esse constabat, nec aliud persuaderi poterat. Denique etiam ipsi Tyicum unum ex suis sibi ducem, atque imperatorem fecerunt, quem Maximinus priuatum iam dimiserat, quem quidem et purpura circumdederunt, regioque apparatus ornarunt, &

quasi sui milites obseperunt, & inuitum quidem. Sed hic Tyicus dormiens domi suae ab uno ex amicis suis interfectus est, qui sibi doluit illum esse praepositum Macedonio nomine, qui eum Maximino prodidit, quiq; caput eius ad imperatorem detulit. Sed Maximinus primo ei gratias egit, postea tamen ut proditorem odio habuit, & occidit. His rebus in dies immemorior fiebat ferarum more, quae uulnerata magis exulcerantur. Post haec transit in Germaniam, cum omni exercitu & Mauris, & Osdroenis, & Parthis, & omnibus, quos secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maxime orientalia secum traherat auxilia, quod nulli magis contra Germanos, quam expediti sagittarij ualent. Mirandum autem apparatus belli Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidisse. Ingressus igitur Germaniam transrhenanam per CCC. uel CCCC millia barbarici soli uicos incedit, greges abegit, praedas sustulit, barbarorum plurimos interemit, militem diuitem reduxit, cepit innumeros & nisi Germani per annes, & paludes, & syluas confugissent, omnem Germaniam in Romanam ditionem redegisset. ipse praeterea manu sua multa faciebat, cum etiam paludem ingressus circumuentus est a Germanis, nisi eum equo inhaerentem sui liberaissent. Habuit enim hoc Barbaricae temeritatis, ut putaret imperatorem manu etiam sua semper uti debere. Denique quasi aulae quoddam praedium in palude fecit, plurimosque illic interemit. Victa igitur Germania litteras Romam ad senatum, & populum misit se distante conscriptas, quarum sententia haec fuit. Non

• possumus tantum Patres Conscripti loqui, quantum  
 • fecimus per CCCC millia Germanorum uicos incen-  
 • dimus, greges abduximus, captiuos abstraximus, ar-  
 • matos occidimus, in palude pugnauimus. Peruenisse  
 • semus, ad syluas, nisi altitudo paludum nos transire  
 • non permisisset. Aelius Cordus dicit hanc omnino ip-  
 • sus orationem fuisse, quod credibile est. Quid enim  
 in hac est, quod non posset Barbarus miles? qui pari  
 sententia, & ad populum scripsit, sed maiore reueren-  
 tia, iccirco, quod senatum oderat, a quo se p̄temni mul-  
 tū credebat. Iussit pr̄terea tabulas pingi, ita ut erat  
 bellum ipsum gestum, & ante curiam proponi, ut fa-  
 cta eius pictura loqueretur. Quas quidem tabulas post  
 mortem eius senatus, & depōni iussit, & exuri. Fue-  
 runt & alia sub eo bella plurima, ex quibus semper  
 primus uictor reuertit, & cū ingentibus spolijs, atq;  
 captiuis. Extat oratio eiusdem missa ad senatum, cui-  
 • us hoc exemplum est. Breui tempore P. C. tot bella  
 • gessi, quot nemo ueterum. tantum pr̄dæ in Roma-  
 • num solum attuli, quantum sperari non potuit. Tā-  
 • tum captiuorum abduxi, ut uix sola Romana sufficiat  
 ant. reliqua orationis uerba non sunt ad rem necessa-  
 ria. Pacata Germania, Syrmium uenit Sarmatis in-  
 ferre bellum parans, atq; animo habens concupiens  
 usq; ad oceanum septentrionales partes in Romanā  
 diuionem redigere, quod fecisset, si uixisset, ut Herodit-  
 anus dicit græcus scriptor, qui ei quantum uidentur  
 in odium Alexandri plurimum fuit. Sed cum Ro-  
 mani eius crudelitatem ferre non possent, quod delato-  
 res euocaret, accusatores immitteret, crimina fuger-

ret, innocentes occideret, damnaret omnes quicumq;  
 in iudicium uenissent, ex ditissimis hominibus pau-  
 perrimos faceret, nec aliunde nisi malo alieno pecu-  
 niam quæreret, deinde sine delicto consulares uiros,  
 & duces multos interimeret, alios scythicis uehicus-  
 lis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil deniq;  
 pratermitteret, qđ ad crudelitatem uideretur opera-  
 ri, contra eum defectionē pararunt, nec se lū Romanū  
 sed qđ & in milites seuebat exercitus, qđ in Africa  
 erat, subita, & in genti seditione Gordianum senē uē-  
 rum grauissimum, qui erat proconsul, imperatorem  
 fecerunt, cuius factionis hic ordo fuit. Erat fisci procu-  
 rator in Libya, qui oēs Maximini studio spoliauerat,  
 hic per rusticanam plebem, deinde & quosdam mī-  
 lites interemptus est per eos, qui Rationalem in hono-  
 rē Maximini defendebant. Sed cū uiderent authores  
 cædis eius acrioribus remedijs sibi subueniendū esse,  
 Gordianum proconsulem uirum (ut diximus) uener-  
 rabilem, nam grandioreni, omni uirtutem genere flo-  
 rentem, ab Alexandro ex S. C. in Africam missum  
 reclamantem, & se terræ affligentem opertum pur-  
 pura impar e coegerunt, instantes cū gladijs, et cum  
 omni genere telorū. Et primo quidem inuitus Gordia-  
 nus purpuram sumpserat. Postea uero, cū uidit neq;  
 filio, neq; familiæ suæ tutum id esse, uolens suscepit im-  
 perium, & appellatus ab omnibus Afris, Augustus  
 cū filio apud oppidū Tisdrum. Inde Carthaginē uer-  
 nit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus  
 laureatis, unde Romam ad senatum litteras misit, qđ  
 occiso Valeriano duce militum prætorianorū in odiū



Maximini gratanter acceptæ sunt. Appellati etiam Gordianus senex, & Gordianus iuuenis à senatu Augusti. Interfecti deinde omnes delatores, omnes accusatores, omnes amici Maximini occisi sunt. Interfectus est Sabinus præfectus urbis percussus in populo. Vbi hæc gesta sunt senatus magis timens Maximinum, aperte, ac libere hostes appellat Maximinum, & eius filium. Litteras deinde mittit ad omnes provincias, ut communi saluti, libertatiq; subueniant, quæ audita sunt ab omnibus. Deniq; ubiq; amici, & administratores, & duces, tribuni & milites Maximini interfecti sunt. Paucae ciuitates fidem hosti publico seruauerunt, quæ proditis ijs, qui missi ad eos fuerant, ad Maximinum cito per indices demulerunt. Litterarum senatus exemplum hoc fuit. S. P. Q. R. per Gordianos principes ab illa tristissima bellua liberari ceptus proconsulibus, præsidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, ac singulis ciuitatibus, & municipijs, & oppidis & vicis & castellis salutem quam nunc primum recipere ceptit, dicit. Dijs fauentibus Gordianum proconsulem uirum sanctissimum, & grauissimum senatorem principem meruimus, Augustum appellauimus. Nec solum illum, sed etiam in subsidium Reip. obtinendæ, & ad scelera defendenda, & ad illam belluam Maximinum, atq; illius amicos ubicunq; fuerint persequendos. A nobis est Maximinus, cum filio suo hostis est iudicatus. S. C. autem hoc fuit exemplum, cum uentum esset in ædē Castoræ. VI. Calendas iurias acceptas litteras Iulius Syllanus COS. Africæ Gordiani impatoris patris

patriæ proconsulis recitauit. Inuitum me P. C. iuuenes, quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium uocant. Sed intuitu uestri necessitatē libens sustineo. Vestrum est aestimare, quid uelitis. Nam ego usq; ad senatus iudicium incertus, & uariis fluctuabo. Lectis litteris, statim senatus acclamauit. Gordiane Auguste dij te seruent, felix imperes, tu nos liberasti, saluus imperes, tu nos liberasti, per te salua Respub. omnes tibi gratias agimus. Item COS. reuoluit P. C. De Maximinis quid placet? Responsum est, hostes, hostes. Qui eos occiderit, præmium merebitur. Item COS. dixit, de amicis Maximini quid uideatur? Acclamatum est, hostes, hostes qui eos occiderit, præmium merebitur. Ita acclamatum est, inimicus senatus in crucem tollatur. Hostis senatus ubicunq; feriat, inimici senatus uiuere exurantur. Gordiani Augusti dij uos seruent. Ambo feliciter agatis, ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani præturam decernimus, nepoti Gordiani consularium spondemus. Nepos Gordiani Caesar appellatur. Tertius Gordianus præturam accipiat. Vbi hoc S. C. Maximinus accepit homo natura ferus sic exarsit, ut non hominem, sed belluam putares. Iaciebat se in parietes, nonnunquam terra se prosternebat. Exclamabat incondite, arripiebat gladium, quasi senatum posset occidere, conscindebat uestem regiam, alios uerberibus afficiebat, & nisi de medio recessisset, ut quidam sunt authores, oculos filio adolescentulo sustulisset. Causa autem iracundiæ contra filium hæc fuit, quod eum Romam ire iusserat, cum primum imperator factus est, & ille patris nimio amore negle-

xerit putabat at, qd si ille romae fuisset, nihil ausurus  
 esset senatus. Ardentem igitur Maximinum iracundia  
 amici intra cubiculum receperunt. Sed cum furorem  
 suum tenere non posset, ut oblivionem cogitationis ac  
 ciperet, uino se primo die obruisse dicitur eo usq; ut qd  
 gestum esset, ignoraret. Alia die admissis<sup>9</sup> amicis, qui  
 eum audire non poterant, sed tacebant, & qui factum  
 senatus tacite laudabant, consilium habuit, quid factu  
 opus esset, sed consilio ad concionem processit, in  
 qua concione multa in Afros, multa in Gordianum,  
 plura in senatum dixit, cohortatusq; milites ad com  
 munes iniurias uindicandas, concio deniq; omnis mi  
 litaris fuit, cuius hoc exemplum est. Commilitones  
 rem notam uobis proferimus. Afri fidem fregerunt,  
 quid dicam fregerunt? nam quando tenuerunt? Gor  
 dianus senex debilis, & morti uicinus sumpsit imper  
 rium. Sanctissimi autem P. C. illi, qui & Romulum,  
 & Caesarem occiderunt, me hostem indicauerunt, cum  
 pro his pugnarem, & ipsis uincerem, nec solum me,  
 sed etiam uos, & omnes, qui mecum sentiunt, & Gor  
 dianum patrem, & filium Augustos uocauerunt. Er  
 go si uiri estis, si uires habetis, eamus contra senatum,  
 & Afros, quorum omnium bona uos habebitis. Da  
 to igitur stipendio, & quidem ingenti, Romam uer  
 sus cum exercitu proficisci cepit, sed Gordianus in  
 Africa primum a Capeliano quodam agitari cepit,  
 cui Matros regni successorem dederat. Contra quem  
 filium iuuenem cum misisset, acerrima pugna inter  
 fecto filio, ipse laqueo uitam finivit sciens, & in Ma  
 ximino nullum esse roboris, & Afri nihil uirium

multum quinimmo perfidia. Tunc Capelianus uir  
 etor pro Maximino omnes Gordiani partium motu  
 partium in Africa interemit, atq; proscripsit. Nec cui  
 quam pepercit prorsus, ut ex animo Maximini uide  
 retur haec facere. Ciuitates deniq; subuertit, fana diru  
 puit, donaria militibus diuisit, plebem, & principes,  
 & ciuitatem concidit. Ipse praeterea militum animos  
 sibiconciliabat proludens ad imperium, si Maximus  
 perisset. Haec ubi Romam nuntiata sunt, senatus  
 Maximini & naturalem, & iam necessariam cru  
 delitatem timens mortuis duobus Gordianis, Maxi  
 mum Pupienum ex praefectis urbi, & qui plurimas  
 dignitates praecipue gessisset ignobilem genere, sed  
 uirtutibus clarum, & Clodium Balbinum moribus  
 deliciae imperatores creauit. Quibus a populo  
 Augustis appellatis, per milites, & eundem populum  
 etiam paruulus nepos Gordiani Caesar est dictus. Tri  
 bus igitur imperatoribus contra Maximinum fulta Resp.  
 est. Horum tamen Maximus uita seuerior, prudentia  
 grauior, uirtute constantior. Deniq; ipsi contra Maxi  
 minum, & senatus & Balbinus bellum tradiderunt.  
 Profecto igitur ad bellum Maximo contra Maximu  
 num, Balbinus Romae bellis intestinis, & domesticis  
 seditionibus urgebatur occisis praecipue per populum  
 Gallicano, & Maccenate, quod populus a praetoria  
 nis laniatus est, cum Balbinus resistere seditionibus  
 non satis posset, deniq; magna pars urbis incensa e.  
 Et recreatus qdē impator fuerat Maximinus audita  
 morte Gordiani, atq; eius filij. Capeliani uictoria. Ve  
 rum ubi & aliud S. C. accepit, quo Maximus, et Bal

bimus, & Gordianus imperatores appellati sunt, intellexit senatus odia esse perpetua, & uere hostem omnium iudicio haberi. Acrior denique Italiam ingressus est. Vbi, cum comperisset Maximum contra se missum, uehementius sauiens quadrato agmine Hemonam uenit. Sed provincialium omnium consilium hoc fuit, ut sublatis omnibus, quae uictum praebere possent, intra ciuitates se reciperent, ut Maximinus cum exercitu fame urgeretur denique ubi primum castra in campo posuit, neque quicquam comneatus reperiret, incensus contra eum exercitus suus, quod fame in Italia laborasset, in qua post alpes recreari se posse credebatur, murmurare primum coepit, deinde etiam aliqua libere dicere. Haec cum uellet uindicare, multum exarsit, exercitus, & odium tacitum in tempus distulit, quod loco suo statim prodidit. Plerique sane dicunt ipsam Hemonam uacua, & desertam inuentam esse a Maximino stulte letante, quod quasi ciuitas tota cecidisset. Post hoc Aquileiam uenit, quae contra eum armatis circa muros dispositis, portas clausit, nec oppugnatio defuit Menophilo, & Crispino consularibus uiris authoribus. Cum igitur frustra obsideret Aquileiam Maximinus, legatos in eandem urbem misit. Quibus populus penes consenserat, nisi Menophilus, cum collega restitisset dicens etiam deum Bellenum per aruspices spopondisse Maximum esse uincendum. Unde et postea Maximini milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse, nec illam Maximini, aut Senatus, sed deorum fuisse uictoriam. Quod quidem iccirco ab his fictum esse dicunt, quod erubescant armatos se penes

ab inermibus

ab inermibus uictos. Ponte itaque uippis facto Maximinus flauium transiit, & de proximo Aquileiam obsidere coepit. Ingens autem oppugnatio, & discrimen tunc fuit, cum se ciues sulfure, & flammis, caeterisque huiusmodi propugnaculis a militibus defenderent, quorum alij nudabantur armis, aliorum uestes incendebantur, aliorum oculi extinguiebantur, diruebantur etiam machinamenta. Inter haec Maximinus cum filio suo adolescente, quem Caesarem appellauerat, circumire muros quantum a teli iactu satis tutus esse posset, nunc suos uerbis, nunc oppidanos rogare. Verum nihil profecit. Nam multa & in eum crudelitatis causa, & in filium, qui speciosissimus erat, probra congesta sunt. Quare Maximinus sperans suorum ignauia bellum trahi, duces suos interemit, eo tempore, quo minime oportebat. Unde sibi milites etiam iratiores reddidit. Huc accedebat, quod deficiebant comneatus, quia senatus ad omnes provincias & portuum custodes litteras dederat, ne aliquid comneatum in Maximini potestatem ueniret. Miserat praeterea per omnes ciuitates praetorios, & quaestorios uiros, quibusque custodias agerent, & omnia contra Maximum defenderent. effectum denique est, ut obsessi angustias obsidens ipse pateretur. Nuntiabatur inter haec orbem terrarum consensisse in odium Maximini. Quare timentes milites, quorum affectus in Albano monte erat, medio forte die, cum a praelio quiesceretur, & Maximum, & filium eius quiescentes in tentorio positos occiderunt. Eorumque capita praefixa contis aquiliensibus demonstrauerunt. In oppido igitur uicino statim



Maximini statuæ, atq; imagines depositæ sunt, & eius præf. præf. occisus est cum amicis clarioribus. Missa etiam Romam capita sunt eorum. Hic finis Maximinorum fuit dignus crudelitate patris, indignus bonitate filij. Quibus mortuis ingēs lætitiæ provincialium dolor grauissimus Barbarorum. Sed milites interfectis publicis hostibus, recepti sunt ab oppidanis rogantes. Et primum ita, ut ante imagines Maximi, & Balbini & Gordiani adorarent, cū omnes dicerent priores Gordianos in deos relatos. Post hoc ingens ex Agleia commeatus castra, quæ laborabant fame traductus est, fessisq; militibus alia die in concionem uentum est, & omnes in Maximi, & Balbini uerba iurauerunt, Gordianos priores Diuos appellantes. Dici uix potest quanta lætitiæ fuerit, cum Romam per Italiam caput Maximini ferretur occurrentibus cunctis ad gaudium publicum. Et Maximus quidē, quem multi Pupienum putant, apud Rauennam bellum parabat per Germanorum auxilia, qui ubi comperit consensisse exercitum sibi, & collegis suis, occisos autē esse Maximinos, statim dimissis Germanorū auxilijs, quæ sibi contra hostem parauerat Romam laureatas litteras misit, quæ in urbe in gentem lætitiā fecerunt, ita ut oēs per aras, & templa, & sacella, et loca religiosa gratias agerent. Balbinus autē homo timidior natura, & qui cum Maximini nomen audiret, et tremere, hecatomben fecit, iussitq; per oēs ciuitates pari supplicari sacrificio. Deinde Maximus Romam uenit, senatumq; ingressus actis sibi gratijs, concionem habuit, atq; inde in palatium cum Balbino,

& Gordiano uictores se receperunt. Interest scire quale S. C. fuerit, uel qui dies urbis, cum est nuntiatas interemptus Maximinus. Iam primū is nuntius, qui ex Aquiliensi urbe Romam missus fuerat, tanto impetumutatis animalibus cucurrit, ut quarta die Romam ueniret. Cum apud Rauennam Maximū reliquisset, et forte dies ludorum esset, tū subito sedente Balbino, et Gordiano theatrum nuntius ingressus est, atq; anteq̄ aliquid indicaretur, omnis populus exclamauit. Maximinus occisus est, ita ut nuntius præuentus, & imperatores, q̄ aderant, gaudium publicum nutu, et consensu indicauerint. Soluta igitur spectaculo, omnes statim ad suas religiones conuolarunt, atq; inde senatus ad principem, populus ad concionem cucurrerunt S. C. hoc fuit, recitatis in senatu per Balbinum Augustum litteris acclamauit senatus. Hostes populi Romani dii persequuntur. Iupiter optime tibi gratias, Apollo uenerabilis tibi gratias. Maxime Auguste tibi gratias. Balbine Auguste tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguste. Diuis Gordianis templa decernimus. Maximini nomen olim erasum, nunc animis eradendum, hostis publici caput in profluentem abiiciatur corpus eius nemo sepeliat. Qui senatui mortem minatus est, Qui senatui uincula minatus est, ut debebat, interemptus. Sanctissimi imperatores gratias uobis agimus. Maxime Balbine, Gordiane dii uos seruent. Victores hostium oēs desideramus. præsentiam Maximini oēs desideramus. Balbine Auguste dii te seruent. Præsentem annum consules uos ornetis, in locum Maximini Gordianus sufficiatur. Post rogatus sententiam

- Cuspidius Celerinus hæc uerba habuit. P. C. eraso
- nomine Maximinorum, appellatisq; diuis Gordiâis
- uictoriae causa principibus nostris Maximo, Balbino
- & Gordiano statuas cum elephantis decernimus, cur
- rustriumphales decernimus, statuas equestres decer
- ninus, trophæa decernimus. Post hæc misso senatu
- supplicationes per totam urbem decreta. Victores pri
- cipes in palatium se receperunt, de quorum uita in
- alio libro deinceps dicemus.

M A X I M I N U S  
I V N I O R .

- m
- M A X I M I N U S Iunior, de cuius  
genere superius dictum est, tantæ pul  
chritudinis fuit, ut passim amatus sit à  
procacioribus sceminis. Nonnullæ etiã  
optauerint de eo concipere. Procerita  
tis uidebatur posse illius esse, ut ad staturam paternã  
peruenire. Siquidem anno uigesimo, & primo periit  
in ipso flore iuuentutis, ut aliqui autem dicunt, octa  
uo decimo litteris & græcis, & latinis imbutus ad  
primam disciplinam. Nã usus è magistro græco lit  
teratore Fabilio, cuius epigrammata græca multa ex  
tant, maxime in imaginibus ipsius pueri, qui uersus  
græcos fecit ex illis latinis Virgilij, cum ipsunt puer  
rum describeret.
- Qualis ubi oceani profusus lucifer unda
  - Extulit os sacrum cælo, tenebrasq; resoluit.
  - Talis erat iuuenis primo sub nomine clarus.

Grammatico latino usus est Philemone, Iurisperito  
Modestino, oratore Tatiano filio Tatiani seniore, qui  
provinciarum libros pulcherrimos scripsit, & qui di  
ctus est Simia temporis sui, quod cuncta imitatus eēt.  
Habuit & græcum rhetorem Eugamium sui tempor  
ris clarum. Desponsata illi erat Iunia Fadilla prone  
ptis Antonini, quam postea accepit Taxotius eiusdē  
familie senator, qui periit post præturam, cuius etiam  
poemata extant. Manserunt autem apud eam aræ re  
giæ, quæ tales fuerunt, ut Iunius Cordus loquitur, ex  
ijs, qui harum rerum perscrutatores fuisse dicuntur,  
monolum de albis nouem, reticulum de prasinis un  
decim, dextrocheriũ cum costula de hyacinthis quat  
tuor, præter uestes auratas, & omnes regias, ceteraq;  
insignia sponsaliorum. Adolescens autem ipse Maxi  
minus superbia fuit insolentissimæ, ita ut etiam cum  
pater suus homo crudelissimus plerisq; honoratis as  
surgeret, ille resideret. Vitæ latioris, uini parcissimus,  
cibi auidus maxime syluestris ita, ut non nisi aprunã,  
anates, grues, & omnia captiua ederet. Infamabant  
eum ob nimiam pulchritudinem amici Maximi, &  
Balbini, & Gordiani, & maxime senatores, qui spe  
ciem illam uel diuinitus lapsam incorruptã eē nolue  
runt. Deniq; illo tempore, quo circum Aquileiam mu  
ros circũueniens cum patre deditiõem urbis petebat,  
nihil aliud ei q̄ spurcicies obiecta est, quæ lōge ab illi  
us fuit uita. Vestibus tam accuratus fuit, ut nulla mu  
lier nitidior esset in mundo. Amicis paternis imane  
quãtũ obsecutus est, sed ut donaret, ac largiretur. Nã  
in salutationibus superbissimus erat, & manũ porri

forte. aræ re

gebat, & genua sibi osculari patiebatur, nonnunquam et  
 pedes, quod nunquam passus est senior Maximinus, qui dice-  
 bat, dii prohibeant, ut quisquam in genuorum pedibus me-  
 is osculum figat. Et quoniam ad Maximinos reuertimur,  
 res iucundae praeteriunda non sunt. Nam cum esset  
 Maximinus pedum, ut diximus, octo, & prope se-  
 mis, calciamentum eius, id est campagum regium quod-  
 dam in luco, qui est inter Aquileiam, & Arziam pos-  
 fuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis uesti-  
 gio, atque mensura. Unde etiam uulgo tractum est, cum  
 de longis, & ineptis hominibus diceretur, Caliga  
 Maximini. Quod iccirco indidi, ne qui Cordum le-  
 geret, me praetermississe crederet aliquid, quod ad rem  
 pertineret. Sed redeam ad filium. De hoc adolescente  
 Alexander Aurelius ad matrem suam scribit Mat-  
 riam cupiens ei sororem suam Theocliam dare, in-  
 hac uerba. Mi mater, si Maximinus senior dux nos-  
 ter, & quidem optimus non aliquid in se barbarum  
 contineret, iam ego Maximino iuniori Theocliam tu-  
 am dedissem. Sed timeo ne soror mea graecis mundi-  
 tijs erudita, barbarum socerum ferre non possit, quam-  
 uis ipse adolescens & pulcher, & scholasticus, ad  
 graecas munditias eruditus esse uideatur. Haec quidem  
 cogito, sed te tamen consulo, Maximinum Maximini  
 filium generum uelis, an Messalam ex familia  
 nobili oratorem potentissimum, eundemque doctissi-  
 mum, & (nisi fallor) in rebus bellicis si applicetur,  
 fortem futurum. Haec Alexander de Maximino, de  
 quo nos nihil amplius habemus, quod diceremus.  
 Sane nequid praetermissum esse uideatur, etiam epi-

stolam indidi patris Maximini imperatoris iam facti  
 est, qui dicit iccirco se etiam filium suum appellasse  
 imperatorem, ut uideret uel in pictura, uel in ueritate  
 qualis esset iunior Maximinus in purpura. Fuit  
 autem talis epistola. Ego cum propter affectum, quem  
 pater filio debet, Maximinum meum imperatorem  
 appellari permisi, tum etiam ut populus Romanus,  
 & senatus ille antiquus iuraret, se nunquam pulchri-  
 oreni imperatorem habuisse. Usus est autem idem ado-  
 lescens & aurea lorica exemplo Ptolemaeorum, usus  
 est argentea. Usus & clypeo gemmato inaurato, &  
 hasta inaurata. Fecit & spatas argenteas, fecit etiam  
 aureas, & omnino quicquid eius pulchritudinem pos-  
 set iuuare. Fecit & galeas gemmatas, fecit & buccu-  
 las. Haec sunt, quae de puero sciri, & dici decuit. Re-  
 liqua qui uolet nosse de rebus ueneris, & amatoris  
 is, quibus eum Cordus aspergit, eundem legat. Nos  
 enim hoc loco finem libri faciemus ad alia, ut iube-  
 tur, uelut publico iure properantes. Omina sane imperij  
 haec fuerunt. Serpens dormienti caput circumdedit.  
 Posita ab eodem uitis intra annum ingentes uuas  
 purpureas attulit, & mirae magnitudinis facta est.  
 Scutum eius sub sole arsit. Lanceola sic fissa est ful-  
 mine, ut tota etiam per ferrum scinderetur, & du-  
 as partes faceret, unde dixerunt aruspices duos im-  
 peratores non diuturnos ex una domo iisdem nomi-  
 nibus futuros. Lorica patris eius non, ut solet, fer-  
 rugine, sed tota purpureo colore infecta a pluri-  
 mis uisa est. Filio autem haec fuerunt, cum gram-  
 matico daretur, quaedam parens sua libros Home-



ricos omnes purpureos dedit aureis litteris scriptos, ipse puerulus, cum ad cenam ab Alexandro esset rogatus in patris honorem, quod ei deesset uestis cenatoria, ipsius Alexandri accepit. Cum infans esset subito per publicum ueniente uehiculo Antonini Caracalla, quod uacuum erat, conscendit, & sedit, et uix a greq; a mulionibus carrucarijs deturbatus est. Nec defuerunt, qui cauendum infantem dicerent Caracalla. Tum ille dixit. Longe est ut mihi succedat iste. Erat enim illo tempore inter ignobiles, & nimis paruus. Mortis omnia haec fuerunt Venienti contra Maximum, & Balbinum Maximino cum filio mulier quaedam passis crinibus occurrit lugubri habitu, & exclamauit. Maximini, Maximini, Maximini, neq; quicquam amplius dixit, & mortua est. uidebatur enim dicere uoluisse, succurrite. Canes circum tentorium eius in secunda mansione ultra duodecim ulularunt, & animam quasi stendo posuerunt, ac prima luce mortui sunt deprehensi. lupi quingenti urbem simul ingressi sunt, in qua se Maximinus contulerat, Pleriq; dicunt Hemonam, alij Archimeam, certe quae deserta a ciuibus uenienti Maximino patuit. Longum est omnia persequi, quae qui scire desiderat, is uelim, ut saepe dixi, legat Cordum, qui haec omnia usq; ad fabellam scripsit. Sepulchra eorum nulla extant, in profluentem. n. cadauera missa sunt, & capita eorum in campo martio insultante populo exusta. Scribit Aelius Sabinus, quod praetermittendum non fuit, tantam pulchritudinem oris fuisse in filio, ut etiam caput eius mortui iam nigrum, iam sordens, iam maceratū de-

defluente tabo uelut umbra pulcherrimus uideretur. Deniq; cum caput Maximini pilo circumferretur, & ex hoc ingens gaudium eēt, propè par incror erat, quod & filij caput pariter portaretur. Addidit Dexippus tantum odium fuisse Maximini, ut interfectis Gordianis, uiginti uiros senatus creauerit, quos opponeret Maximino, quibus fuerunt Balbinus & Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addidit in conspectu Maximini iam deserti a militibus Anolinum praefectum praetorio ipsius, & filium eius occisum. Nec desunt historici, qui diunt ipsum Maximum, ubi desertus est, & ubi filium interemptum ante oculos suos uidit, manu sua se interfecisse, neqd ei muliebri contingeret. Praetereundum ne illud quidem est, quod tanta fide Aquilenses contra Maximum pro senatu fuerunt, ut fines de capillis mulierum facerēt, cū deessent nerui ad sagittas emittendas, quod aliquando Romae dicitur factum. Vnde in honore matronarum templum Veneri Caluae senatus dicauit. Sanè qd nullo in loco tacendum est, cū & Dexippus, & Arianus, & multi alij graeci scripserunt Maximum, et Balbinum imperatores contra Maximinum factos, Maximum autem cum exercitu missum, & apud Raenana bellum parasse. Aquileiam autem nisi uictorem non uidisse. Latini scriptores non Maximum, sed Pupienum contra Maximum apud Agleiam pugnasse dixerunt, eundemq; uicisse, qui error unde natus sit, scire non possum, nisi forte idem est Pupienus, qui & Maximus. Quod ideo testatum posui, neqs me hoc nescisse crederet qd reuera magnum stuporem, ac miraculum creat.

IVLII CAPITOLINI LIBER  
DE REBUS GESTIS  
GORDIANORVM.

Verat quidem consilium Venerabilis  
Auguste, ut singulos quosq; imperato-  
res exemplo multorum libris singulis  
ad tuam clementiam destinarem. Nā  
id multos fecisse uel ipse uideram, uel  
lectione conceperam. sed improbū uisum est, uel pier-  
tatem tuam multitudine distineret librorum, uel meū  
laborē plurimis uoluminibus occupare. Quare tres  
Gordianos hoc libro contexui consulens, & meo labo-  
ri, & lectioni tuæ, ne cogereris plurimos codices uol-  
uendo unam tamen penē historiam lectitare. Sed ne  
ego, qui longitudinem librorū fugi, multitudinemq;  
uerborum, in eam incurrisse uidear, quam me urba-  
ne declinare confingo, iam rem aggrediar. Gordiani  
non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo, sed  
tres fuerunt. Idq; docente Ariano scriptore græca hi-  
storiæ, item Dexippo græco authore ponerunt addi-  
scere. Qui etiam si breuiter, ad fidem tamen omnia p-  
secuti sunt. Horum Gordianus senior idest primus na-  
tus ex patre Metio Marullo, matre Vlbia Gordiana  
Originem paternam ex Gracchorū genere habuit, ma-  
ternam ex Traiani imperatoris, patre, auo proauo  
COSS. Socero, pro socero, & item alio pro socero, &  
duobus obsoceris consulibus. Ipse COS. ditissimus, ac  
potentissimus Romæ pompeianam domū possidens

in provincijs tantum terrarum habens, quantum ne-  
mo priuatus. Ipse ex consulatu, quem egerat cum Ale-  
xandro ad proconsulatum Africæ missus est ex S.C.  
Sed prius q̄ de imperio eius loquar, dicam pauca de  
moribus. Adolescens cum esset Gordianus, de quo ser-  
mo est poemata scripsit, quæ omnia extant, & cuncta  
illa, quæ Cicero ex Demetrio, & Aratum, & Alcio-  
nas & Vxorium, & Nilum, quæ qdem ad hoc scri-  
psit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua uiderentur.  
scripsit præterea quemadmodum Virgilius æneidos,  
& Statius Achilleidos, & multi alij Æliados, ita  
et ille Antoninados, hoc est Antoninū Pium, & An-  
toninum Marcum uersibus disertissimis libris trigin-  
ta uitam illorū, & bella et publice, priuatimq; gesta p-  
scribens. Et hæc qdem puerulus. Postea uero ubi ado-  
leuit, in Athenæo p̄trouersias declamauit audiētibus  
et imperatoribus suis. Quæsturam magnificētissime  
gessit, ædilitatis suæ tpe duodecim populi Romani  
munera. i. p̄ singulos menses singula de suo exhibuit  
ita, ut gladiatorū nonnumquam quinquagena paria  
exhiberet, nunquā minus centenis quinquagenis. Fe-  
ras libycas una die centū exhibuit. Ursos una die mil-  
le. Extat sylua eius memorabilis, quæ picta est in dor-  
mo rostrata Cn. Pompeij, quæ ipsius, & patris eius,  
& proauis fuit, quam Philippi temporibus uester fi-  
scus inuasit. In qua pictura etiam nunc continen-  
tur cerui palmati ducenti mistis Britanis. Equi feri  
XXX. oues ferè centum, Alces decem, Tauri Cybi-  
raici centum, struthiones Mauri minā<sup>ti</sup> trecenti. O-  
nagri XXX. Apri centum quinquaginta, Ibices du-

GORDIANI

centi, Damæ ducentæ. Hæc autem omnia populorap  
pienda concessit die muneris, quod sextum edebat,  
præturam nobilem gessit post iurisdictionem, Consu  
latum primum iniit cum Antonino Caracalla, secun  
dum cum Alexandro. Filios duos habuit, unum con  
sularem, qui cum ipso Augustus appellatus est, q iux  
ta Carthaginem in Africa bello absumptus est, & fi  
liam Metiam Faustianam, quæ nupta est Iunio Balbo  
consulari viro. In consularibus clarior fuit sui tempor  
ris COSS. ita ut ei Antoninus iuideret modo prætex  
tas eius modo latum clauum modo circēs ultra im  
peratorium mirans modum. Palmatam tunicam, &  
togam pictam priuus Romanorum priuatus suam  
propriam habuit, cum ante imperatores etiã de Cap  
itolio acciperent, uel de palatio, Equos siculos cent  
tum. Cappadoces centum permittentibus imperator  
ribus factionibus diuisit. Et per hæc populo satis ca  
rus, qui semper talibus commouetur. Cordus dicit in  
omnibus ciuitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Umbriæ,  
Flaminia, Piceni de proprio illum per quatrimum  
ludos scenicos, & iuuenalia edidisse. Scripsit & lau  
des soluta oratione omnium Antoninorum qui ante  
eum fuerunt. tantum autem Antoninos dilexit, ut si  
bi quoq; ut multi dicunt, Antonini, ut pleriq; autem  
asserunt, Antonij nomen ascripserit. Iam illud satis cõ  
stat, quod filium Gordianum nomine Antonini, &  
signo illustrauit, cum apud præfectum ærarij more  
Romano professus filium publicis actis eius nomen  
inserirer. Post consulatum proconsul Africæ factus  
est, & adnitentibus cunctis, qui Alexandri imperiũ

GORDIANI

151

etiam in Africa clarum per proconsulis dignitatem  
haberi, atq; eẽ uoluerunt, extat epistola ipsius Alexã  
dri, qua senatui gratias agit, quod Gordianum ad A  
fricam proconsulem destinauerit, cuius hoc exẽplum  
est. Neq; gratius mihi quicquã P. C. neq; dulcius por  
tuis efficere, quã ut Antoninum Gordianum pro  
consulem ad Africã mitteretis uirũ nobilem, & ma  
gnanimum, disertum, iustum, cõninentem, bonum, et  
reliqua. Ex quo apparet quantus uir eo tpe Gordia  
nus fuerit. amatus est ab Afris ita, ut nemo antea pro  
consulum, ita ut eum alij Scipionem, Catonem alij,  
Multi Mutium, ac Rutilium, aut Lælium dicerent.  
Extat eorum acclamatio, quæ à Iunio in litteras re  
lata est. Nam cũ quadam die factum imperatorium  
legeretur à proconsulibus Scipionibus, atq; cœpisset,  
acclamatum est, nouo Scipioni uero Scipioni Gordi  
ano proconsuli. Hæc & alia frequenter audiuit. Et  
erat quidem longitudine Romana, canicie decora,  
& pompali uultu, ruber magis quã candidus, far  
cie bene lata, oculis, ore, fronte uerendus. Corporis  
qualitate subcrassulus. Moribus ita moderatus, ut ni  
hil possis dicere, quod ille, aut cupide, aut immode  
ste, aut nimie fecerit. Affectus suos unice dilexit, filiu  
m, & nepotẽ ultra morem, filiam, & neptem reli  
giose. socero suo Annio Seuero tm̄ detulit, ut in fami  
lia eius quasi filiũ migrasse se crederet, ut nunquam  
cum eo lauerit, nunq̄ illo præsepte sederit. Ante præ  
turã COS. cum esset, aut in domo eius semp mansit,  
aut si in pompeiana domo, ad illũ uel mane, uel serõ  
processit. Vini parcus, cibi parcissimus, uestim niti



GORDIANI

dus, lauandi cupidus, ita ut & IIII & V. in die  
 lauaret astate, in hyeme secundo. Somni plurimi, ita  
 ut in triclinijs si forte apud amicos ederet, etiam sine  
 pudore dormiret, qđ uidebatur facere p naturā non p  
 ebrietatem, atq; luxuriā. Sed boni mores nihil ei pro-  
 fuerunt, hic. n. uita uenerabilis, cum Platone semper,  
 cum Aristotele, cum Tullio, cum Virgilio, ceterisq;  
 ueteribus agens, alium q̄ merebatur exitum passus  
 est. Nam cum temporibus Maximini hominis sc̄ui,  
 atq; truculenti proconsul Africam regeret, eiq; lega-  
 tus filius esset a senatu datus, cumq; quidam Rationa-  
 lis acrius contra plurimos Afrorum sc̄uiret q̄ Maxi-  
 minus ipse pateretur proscribens plurimos, interficiēs  
 multos, & sibi ultra procurationē omnia uindicans  
 retinens deinde a proconsule, atq; legato, cum nobili-  
 bus & consularibus uiris ipse minaretur, cumq; Afri-  
 tam insolentes iniurias ferre nequirent, primū ipsum  
 Rationalem adiunctis sibi plerisq; militibus occide-  
 runt. Occiso deinde eo, cum iam orbis terrarum odio  
 contra Maximinum arderet, cœperunt cogitare quē  
 admodum inter Maximinos, et rusticos uel Afros or-  
 ta inimicitia placarentur. Tunc quidam Mauritius  
 nomine potens apud Afros decurio iuxta Tysdrū no-  
 bilissima post hac oratione apud plebem in agro suo  
 uelut cōcionabundus est locutus. Gratias habeo dijs  
 immortalibus ciues, qđ occasionem dederunt, & qui-  
 dem necessariam prouidendi nobis contra hominem  
 furiosissimum Maximinum. Nos enim, qui procura-  
 torem eius moribus, & uitae consimilem occidimus,  
 nisi facto imperatore salui esse non possumus, quo cir-

GORDIANI

112

ca, si placet, quoniam non longe est nobilissimus uir  
 proconsul, cum filio consulari legato, quorum utrique  
 mortem pestis illa est minata sublata de uexillis pur-  
 pura, imperatores eos dicemus, adhibitisq; insigni-  
 bus Romano iure firmabimus. Tunc acclamatū est,  
 æquum est, iustam est. Gordiane Auguste dii te ser-  
 uēt feliciter imperator es, cū filio imperes. His actis,  
 prope reuentum est ad oppidum Tysdrū, inuētusq;  
 senex uenerabilis post iurisdictionem iacens in lecto,  
 qui circūfusus purpura humi se abiecit, ac retractans  
 eleuatus est. Et cum aliud facere nihil posset, euitandi  
 periculi gratia, qđ a Maximini fautoribus haud du-  
 bie imminebat, imperatorem se appellari passus est.  
 Erat autem iam octogenarius, & plurimis prouin-  
 cijs (ut diximus) ante p̄suerat, populo Romano ita  
 commendatus suis actibus, ut toto dignus uideretur  
 imperio. Alij quidē occiso iuene Gordiano filio suo,  
 quod Gordianus ante nescierat, sed ubi rē comperit,  
 iam morti uicinus, & filio magis timens, maluit ho-  
 nestas causas habere moriendi, q̄ dedi uinculis, et car-  
 ceri Maximini. Appellato igitur Gordiano imperato-  
 re iuuenes, q̄ authores huius facinoris erant, statuas  
 Maximini deiecerunt, imagines perfrēgerunt, nomen  
 publicitus eraserunt. ipsum etiam Gordianum Africa-  
 num appellauerunt. Addunt quidam Africani cog-  
 nomentū Gordiano iccirco inditum, non qđ in Afri-  
 ca impare cœpisset, sed qđ de Scipionum familia ori-  
 ginem traheret. In plurimis autem libris inuenio et  
 hunc Gordianum, & filiū eius pariter imperatores  
 appellatos, & Antōinos cognominatos. Alij uero Ant

GORDIANI

romios. Post hoc Carthaginem uentum cum pompa regali, & fascibus laureatis, filiusq; legatus patris exemplo Scipionum, ut Dexippus græcæ historiae author est, gladij potestate succinctus est. Missa deiceps legatio Romam est, cum litteris Gordianorum hæc. quæ gesta fuerant in Africa indicans, quæ per Valerianum principem senatus, qui postea imperauit, gratanter accepta est. Missæ sunt & ad amicos nobiles litteræ, ut homines potentes & rem probarent, & amiciores fierent ex amicis. Sed tanta gratulatione factos cōtra Maximinum imperatores senatus accepit, ut non solum gesta hæc probarent, sed etiam uiginti uiros eligerent, inter quos erat Maximus siue Puppienus, & Clodius Balbinus, qui ambo imperatores sunt creati, posteaquam Gordiani duo in Africa intercepti sunt. Illos sanè uiginti senatus ad hoc creauerat, ut diuideret his italicas regiones cōtra Maximinum pro Gordianis tuendas. Tunc legiones à Maximino Romam uenerunt abolitionem præteritorum spondentes. Sed uicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur, & in gens militibus stipendium, populo agris, atq; congiaria promissa. usque adeo autem magis Gordianis q̄ Maximinis est creditum, ut Vitalianus quidam, qui prætorianis militibus præerat, per audacissimos quæstorem & milites iussu senatus occideretur, quod se antea crudeliter egerat, & tunc eius magis inmanitas timebatur amica, et familiaris moribus Maximini, de cuius morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt litteræ Maximini signatæ quasi eiusdem annulo, & missi cum quæstore milites, qui

GORDIANI

153

lites, qui ea ferrent, addentes quædam præter litteras secreto esse dicenda. Longam igitur porticum petierunt, & cum ille ea, quæ sibi erant secreto dicenda, perquireret, hortantibus ut prius signum inspiceret epistolæ, dum considerat interemptus est. Persuasum deinde est militibus iussu Maximini Vitalianum interemptum, peractisq; rebus in castris Gordianorum, & litteræ & uultus sunt propositi. Interest, ut S. C. quo Gordiani imperatores appellati sunt, & Maximinus hostis, litteris propagentur. Non legitimo, sed in indicio senatus die COS. iam domi conuentus, cū prætoribus, ædilibus, & tribunis plebis, uenit in curiam. præfectus urbis, cui nescio quid resoluere, & qui publicas litteras non acceperat, à conuentu se abstinuit. Sed profuit, nam COS. ante solitas acclamationes prius q̄ aliquid in Maximinum feliciter diceretur, ait. P. C. Gordiani duo pater, & filius, ambo ex COSS. unus uester proconsul, alter uester legatus magno Afrorum consilio imperatores sunt appellati. Gratiæ igitur agamus Tyndricanæ iuuentuti, gratias Carthaginensi populo semper deuoto, qui ab immani nos bellua, ab illa fera uindicauerunt. Quid timide auditis? quid circūspicatis? quid cunctamini? hoc est, quod semper optastis, hostis est Maximinus, dii faciant, ut esse iam desinat. Et Gordiani senis felicitatem, atque prudentiam, iuuenis uirtutem, atq; constantiam læti experiamur. Post hæc litteras legit Gordianorum ad senatum, & ad se missas. Tunc clamauit senatus. Diu uobis gratias. Liberati ab hostibus sumus, si penitus liberemur. Maximinū hostem omnes indicamus. Ma-

GORDIANI

Maximinum cum filio dijs inferis deuouemus. Gordian  
 nos Augustos appellamus. Gordianos principes agno  
 scimus. Imperatores de senatu dii conseruent, impera  
 tores nobiles uictores uideamus imperatores nostros Ro  
 ma uideat, hostes publicos, q occiderit, p̄m̄ium mere  
 bitur. Dicit Iunius Cordus istud. S. C. fuisse tacitum,  
 qd̄ quale sit, aut quare sic appellatum, breui exponā,  
 omnino exemplum S. C. taciti non aliud est hodie,  
 q̄ quod uestra clementia conuocans ad interiora ma  
 ioribus ea disponit, quæ non sunt omnibus publican  
 da, de q̄bus adiurare etiam soletis, nequis ante rem  
 completam q̄quam uel audiat, uel intelligat. Hunc  
 autem apud ueteres necessitates publicæ repererunt,  
 ut si forte aliqua uis ab hostibus immineret, q̄ uel cog  
 eret humilia captare consilia, uel aliqua constituere,  
 quæ non prius oporteret dici, quam effici, uel si nollēt  
 ad amicos aliqua permanere, S. C. tacitum fieret, ita  
 ut non scriba, non serui publici, non censuales illis acti  
 bus interessent, senatores exciperent, senatores omniū  
 officia censualium, scribarumq; complerent, nequid  
 forte proderetur. Factum est ergo S. C. tacitum, ne res  
 ad Maximinum perueniret. Sed statim ille, ut se hñt  
 hominum mentes, eorum duntaxat, qui erubescunt  
 per se ea non agnosci, quæ sciūt & qui humiles se pu  
 tant, si commissæ non prodant, omnia comperit Ma  
 ximinus, ita ut exemplum S. C. taciti acciperet, qd̄  
 nunquam ante fuerat factitatum. Extat deniq; eius  
 ad præfectum urbis talis, S. C. tacitum uestrorum il  
 lorum principum legi, quod præfectus urbis factū eē  
 fortasse nō nosti. Nam nec interfuisti, cuius exemplū

GORDIANI

154

ad te misi, ut scires quomodo Romanam Remp. rege  
 res. Enarrari autem non potest, quæ commotio fuerit  
 Maximini, cum audiuit contra se Africam descivisse.  
 Nam senatus auctoritate percepta, incurrere in par  
 rietes, uestem scindere, gladium arripere, quasi oēs  
 posset occidere, prorsus furere uidebatur. Præfectus ur  
 bis acceptis litteris acrioribus, populum & milites  
 allocutus est, dicens Maximinum iam occisum. Ex  
 quo maius fuit gaudium, statimq; deiectæ sunt stat  
 tuæ, atq; imagines eius, qui hostis fuerat iudicatus.  
 Usus est sanè senatus pendente bello, potestate, qua de  
 buit. Nam delatores, calumniatores, procuratores, et  
 omnem illam facem Maximinianæ tyrannidis occidi  
 senatus iussit. Atq; parum fuit, quod senatus iudicau  
 rat, illud populi iudicium fuit, qd̄ occisi tracti sunt, et  
 in cloacam missi. Tunc & præfectus urbi Sabinus con  
 sularis uir fuste percussus occisus, & in publico dere  
 lictus est. Hæc ubi cōperit Maximinus, statim cohort  
 atus est milites hoc genere cōcionis. Sacra tū cōmilito  
 nes, imo et mei consecranei, & quorū mecum pleriq;  
 uere militatis, dū nos in Germania Romanā defendi  
 mus maiestatē, dum nos illyricum à Barbaris uindici  
 canus, Afri fidē punicā p̄stiterūt. Nā duos nobis Gor  
 dianos, quorū alter senio ita affectus est, ut nō possit as  
 surgere, Alter ita luxurie p̄ditus, ut debilitatē habeat  
 pro senectute, imperatores fecerunt. Et nec hoc par  
 rū est, sed factum Afrorum nobilis ille senatus agnor  
 uit, & pro quorum liberis arma portamus, hic con  
 tra nos uiginti uiros statuerunt, & omnes uelut cōtra  
 hostes sententiās protulerunt. Quinimmo agite ut



GORDIANI

• uiros decet, properandum est ad urbem. Nam & u  
 • ginti uiri consulares contra nos lecti sunt, quibus resu  
 • stendum est nobis fortiter agentibus, uobis feliciter dis  
 • micantibus. Lentas militum mentes, & suorum mi  
 • nus alacres animos hac concione Maximinus saepe  
 • cognouit. Deniq; statim ad filium scripsit, qui longe  
 • post sequebatur, ut acceleraret, ne quid contra eum se  
 • absante milites cogitarent, litterarum exemplum ta  
 • le Iunius Cordus dicit. Referret ad te stipator meus  
 • Tycannius, quæ gesta cognoui uel in Africa, uel Ro  
 • mæ referret quæ sint militum mentes, quæsc quatum  
 • potes properes, nequid, ut solet, militaris turba plus  
 • faciat. quid uerear ex eo audies, quem ad te misi. Dñ  
 • hac aguntur in Africa contra duos Gordianos. Cape  
 • lianus quidam Gordiano, & in priuata uita semper  
 • aduersus, & ab ipso imperatore iam cū Mauris Ma  
 • ximini iusso regeret, dimissus cum lectis Mauris, &  
 • tumultuaria manu accepto Gordiano successore Car  
 • thaginem petit, atq; omnes fide punica Carthaginiē  
 • sum populos inclinauit. Gordianus tamen fortunam  
 • belli experiri cupiens, filium suum iam natu grandio  
 • rem quadraginta & sex annos agentem, quem tunc  
 • legati loco, ut diximus, habuerat, contra Capelianū,  
 • & Maximinianos misit uirum, de cuius moribus suo  
 • loco dicemus. Sed cum in re militari & Capelianus  
 • esset audacior, & Gordianus iunior non tam exper  
 • tus, quippe qui nobilitatis delitijs tardabatur, pugna  
 • cōmissa uincitur, & in eodem bello interficitur. Fer  
 • tur autem tanta multitudo Gordiani partium in bel  
 • lo cecidisse, ut cum diu quæsitum sit corpus Gordiani

GORDIANI

155

Iunioris, nō potuerit inueniri. Fuit præterea ingens,  
 quæ raro in Africa est, tempestas, quæ Gordiani exer  
 citum ante bellum ita dissipauit, ut minus idonei mi  
 lites prælio fierent, atq; ita facilis eēt Capeliani uicto  
 ria. Hæc ubi comperit senior Gordianus, modicas ui  
 res suas, Maximini magnas, instantem Capelianū,  
 rarāq; punicam fidem considerans, & acri dolore  
 percitus, ut uincula etiam hostium euitaret, laqueo  
 uitam finiuit, et uitam cum imperio reliquit. Hic exi  
 tus duorum Gordianorū fuit, quos ambo senatus Au  
 gustos appellauit, & postea inter diuos reuulit. Impe  
 rauerunt anno uno, mensibus sex. Gordianus iunior  
 Gordiani senis proconsulis Africae filius, qui cum pa  
 tre, & ab Afris, & a senatu Augustus appellatus  
 est, litteris, & moribus clarus fuit præter nobilitatē,  
 quam, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab An  
 tonijs duxit. Siquidem argumento ad probandam ge  
 neris qualitatem alij hoc esse dixerunt, quod Africa  
 nus Gordianus senior appellatus est cognomine Sci  
 pionum, quod domum Pompeianam in urbe habu  
 it, quod Antoninorum cognomine semper est runcu  
 patus, quod Antonium filium suum ipse significari  
 uoluit in senatu, quæ singula uidētur familias designa  
 re. Sed ego Iunium Cordum sequor, qui dicit ex oī  
 bus his familijs Gordianorum coaluisse nobilitatem.  
 Idem igitur natus patri primus ex Fabia Orestilla An  
 tonij pronepte, unde Cæsarium quoq; familiam con  
 tingere uidebatur. Et primis diebus sui natalis Anto  
 ninus est appellatus. Mox in senatu Antonini nomen  
 est editum. uulgo deinde Gordianus haberi cœptus.

GORDIANI

in studijs grauissimæ opinionis fuit, forma conspicuus, memoriæ singularis, bonitatis insignis, adeo ut semper in scholis siquis puerorum uerberaretur, ille lachrymas non teneret. Sereno Sammonico, qui patri eius amicissimus, sibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & carus usque adeo, ut omnes libros Sereni Sammonici patris sui, qui censebantur ad LX & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret quod eum ad cælum tulit. Siquidē tantæ Bibliothecæ copia, & splendore donatus in famam hominum litteratorum decore peruenit. Quæsturam Heliogabalo authore promeruit, iccirco quod luxurioso imperatori lasciuia iuuenis, non tamen luxuriosa, neque infamis prædicata est. Præturā Alexandro authore urbanam tenuit, in qua tantus iurisdictionis gratia fuit, ut statim consulatum, quem pater serò acceperat, mereretur. Maximini, seu eiusdē Alexandri temporibus ad proconsulatum patris missus legatus est, obsecutus, atque illic ea, quæ superius dicta sunt, contigerunt. Fuit uini cupidior, semper tamen undecunque conditi nuncrosæ, nunc mastichæ, nunc absynthij, cæterisque rebus, quibus gula maxime delectaretur. Cibi parcus, ita ut intra punctum temporis uel prandium, si pranderet, uel cœnam finiret. Mulierum cupidissimus, habuisse enim decretas sibi concubinas uiginti et duas fertur. Ex quibus omnibus ternos et quatuor filios reliquit. Appellatusq; est sui temporis Priamus, quem uulgo iocantes, quod esset natura propensioris, Priapum, non Priamum sæpe uocitarent. Vixit in delitijs in hortis, in balneis, in amœnissimis

GORDIANI

156.

nis nemoribus. Nec pater aspernatus est, sæpissime dicens illum quandocunque in summa claritate cito esse moriturum. Nec tamen in uita sua fortunæ bonis unquam degenerauit, semperq; inter illustrissimos fuit, ciuibus nec Reip. ad consultationem defuit. Deniq; etiam senatus libentissime illum Augustum appellauit, atque in eo spem publicam posuit. Vestitu cultissimus, seruis, & omnibus suis carus. Cordus dicit uxorem eum nunquam habere uoluisse. Contra Dexippus putat eius filium esse Gordianum tertium, qui post hoc cum Balbino, & Pupieno, siue Maximo puerulus adeptus est imperium. Cum senior Gordianus mathematicum aliquando consuleret de genitura huius, respondisse ille dicitur, hunc & filium imperatoris, & ipsum imperatorem futurum. Et cum senior Gordianus rideret, ostendisse constellationem mathematicam ferunt, & de libris ueteribus dictitasse, ita ut probaret se uera dixisse. Qui quidem & senem & iuuenem, & diem, & genus mortis, & loca, quibus essent perituri, obstinata constantiæ ueritate prædixit. Quæ omnia postea Gordianus senior in Africa iam imperator, & quando nihil timebat, narrasse perhibetur. de morte quinetiam sua, filijsq; & de genere mortis dixisse. Cantabat præterea uersus senex, cum Gordianum filium uidisset hos sæpissime.

- Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra
- Esse sinent, nimum uobis Romana propego
- Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.

Extant dicta & soluta oratione, & uersibus Gordiani iunioris, quæ hodie ab eius affiniibus frequenter dantur.

GORDIANI

Non magna, non minima, sed media, & quæ appar-  
reant esse hominis ingeniosi, sed luxuriantis, & suū  
discernentis ingenium. Pomorum, & olerum auit  
dissimus fuit in reliquo ciborum genere parcissimus,  
adeo ut semper pomorum aliquid recentium deuora-  
ret, frigidorum percupidus. Nec facile per æstatem ni-  
si frigida, & quamplurimum bibit. Et erat corporis  
uasti, quare magis ad frigida urgebatur. Hæc de Gor-  
diano iuniore digna memoratu comperimus, non. n.  
nos talia dicere uoluimus, quæ Iunius Cordus ridicu-  
le, ac stulte composuit de uoluptatibus domesticis, ce-  
terisq; infimis rebus, quæ qui uelit scire, ipsum legat  
Cordum, qui dicit, et quos seruos habuerit unusq; q;  
principum, & quos amicos, & quot penulas, quot  
ue chlamydes, quorum etiam scientia nulli prodest.  
Siquidem ea debent in historia poni ab historiogra-  
phis, quæ aut fugienda sint, aut sequenda. Sanè qui-  
dem quod apud Vulcatium Terentianū, qui sui tem-  
poris scripsit historiam, uidetur mirabile, inserendum  
censui. Dicit enim Gordianum seniore Augusti uul-  
tum sic representasse, ut & uocem, & morem, et sta-  
turam eiusdem ostentare uideretur. Filium uero Pō-  
peio simillimum uisum, quamuis Pompeius obesi cor-  
poris fuisse denegetur. Nepotem autem eius etiā nunc  
uidemus imagines Scipionis Asiatici retulisse. qd̄ pro  
sua administratione tacendum esse non credidi.

GORDIANVS IUNIOR.

Ost mortem duorum Gordianorum se-  
natus trepidus, & Maximinum uehe-  
mentius timens ex uiginti uiris, quos ad  
p Remp. tuendam delegerat, Pupienū,  
sive Maximum, & Clodium Balbi-  
num Augustos appellauit ambos ex consulibus. Tūc  
populus, & milites Gordianum paruulum annos ar-  
gentem, ut pleriq; asserunt undecim, ut nonnulli, tre-  
decim, ut Iunius Cordus dicit, sexdecim (nam uigesimo  
& secundo anno eum perisse asserit) petuerunt,  
ut Cæsar appellaretur, raptusq; ad senatum, atq; in-  
de in concione positus indumento imperatorio tectus,  
Cæsar est appellatus. Hic natus est, ut plures asserunt,  
ex filia Gordiani, ut unus, aut duo (nā amplius in-  
uenire non potui) ex filio, qui in Africa periit, Gordi-  
anus scilicet Cæsar factus apud matrem educatus est.  
Et cum extinctis Maximinis, Maximus etiā & Bal-  
binus militari seditione interempti essent, qui biennio  
imperauerant, Gordianus adolescens, qui Cæsar ear-  
tenus fuerat, à militibus & populo & senatu, et om-  
nibus gentibus ingenti amore, ingenti studio, et gra-  
tia Augustus est appellatus. Amabatur autem merito  
aui, & amuiculi, sive patris, qui ambo pro senatu,  
& pro populo Ro. contra Maximinum arma sum-  
pserunt, & militari uel morte, uel necessitate perie-  
runt. Post hæc ueterani ad curiam uenerunt, ut disce-  
rent, quid actum esset. Ex quibus duo ingressi Capi-  
tolium, cum illic senatus ageretur, ante ipsam aram à



GORDIANVS

Gallicano ex consulibus, & Mæcenate ex ducibus interempti sunt, atq; bellum intestinum ortum est, cum essent armati etiam senatores ignorantibus ueteranis, quod Gordianus adolescens solus teneret imperium. Dexippus quidem asseuerat ex filio Gordiani tertium Gordianum eē natum, & posteaquam constitit apud ueteranos quoq; solum Gordianum imperare, inter populum, & milites, ac ueteranos pax roborata est, & hic finis belli intestini fuit, cum esset delatus Gordiano puero consulatus. Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quod eclipsis Solis facta ē, ut nox crederetur, neq; sine luminibus accensis quicquid agi posset. Post hæc tamen uoluptatibus, & delitijs pot. Ro. uacauit, ut ea, quæ fuerant aspere gesta, mitigaret. Venusto, & Sabino COSS. inita est factio in Africa cōtra Gordianū tertium duce Sabiniano, quæ Gordianus per præsidem Mauritanie obsessum à cōturatis ita oppressit, ut ad eum tradendum Carthaginem omnes uenirent, & crimina confitentis, & ueniam sceleribus postulantes. Finita igitur solitudine in Africa Gordiano iam iterū, et Papiniano COSS. bellum persicum natum ē, quare adolescens Gordianus prius q̄ ad bellum proficisceretur, duxit uxorem filiam Mithæi doctissimi uiri, quem causa eloquētiæ dignū parentela sua putauit, & præfectum statim fecit, post quod non puerile iam & contemptibile uidebatur imperium. Siquidem & optimi soceri consilijs adiuuaretur, & ipse pro pietate aliquantulum saperet, nec per spadones, ac ministros aulicos matris, uel ignorantie conuuentia uenderetur. Extat deniq; &

IUNIOR

158

soceri eius ad eum epistola, & ipsius Gordiani ad socerum, qua intelligitur eius seculum emendatius, ac diligentius scero adiuuante perfectum, quarū exemplum hoc est. Domino filio, & Augusto Mithæus socer, & præfectus. Euasisse nos grauem tempore maculam, qua per spadones, & per illos, q̄ amici tibi uidebantur (erant aut̄ uehementes inimici) omnia uēdebantur. uoluptati nobis est, & eo magis, quod tibi gratior emendatio est, ut si qua uitia fuerunt tua, non fuisse satis constat mi fili uenerabilis. neq; enim quicquam ferre potuit datas eunuchis suffragantibus militum præposituras, regatum laboribus præmium, aut intereptos, aut liberatos pro libidine, atq; mercede, quos non decebat uacuum ærarium, per eos, qui quotidie insidiosissime frequentabant inuitas factiones, ut tu decipereris, cum inter se de bonis, pessimisq; haberent consilia tibi met suggerenda. bonos pellerent, detestandos insinuarent, oēs postremo tuas fabulas uenderēt. Dijs igitur gratias, qd̄ uolente te ipse emendata Resp. est. Delectat sanè boni esse principis scerū, & eius, qui oīa requirat, & omnia uelit scire, & q̄ per pulerit homines, per quos ante uelut in auctione positus nundinatus est. Item Gordiani ad ipsum. Imperator Gordianus Augustus Mithæo patri, & præfecto. Nisi dii omnipotentes Romanum tuerentur imperium, ēt nunc peremptos spadōes uelut in hasta positi uenderemur. Deniq; nunc denū intelligo neq; felicem prætorianis cohortibus præponi debuisse, neq; Serapioni quartā legionem credendam fuisse. Et, ut oīa dinumerem, multa nō esse facienda, quæ feci, sed

GORDIANVS

• dijs gratias, quod te insinuante, qui nihil uendis, di-  
 • dici ea, quæ inclusus scire non poteram. Quid enim  
 • facerem? quod nos Maurus uenderet, & consilio cum  
 • Gaudiano, & Reuerendo, & Montano habito uel  
 • laudaret aliquos, uel uituperaret? Et illorum consen-  
 • su quasi testium, quod dixerat approbarem mi pater?  
 • Verum audias uelim, miser est impator, apud quæ  
 • uerarentur, qui cum ipse publice ambulare non  
 • posset, necesse est, ut audiat, & uel audita, uel à plu-  
 • rimis roborata confirmet. His epistolis intellectum est  
 • adolescentem soceri consilijs emendatum, atq; corre-  
 • ctum. Et Misithei quidem epistolam græcam quædam  
 • fuisse diuunt, sed in hac sententiam. Tantum autem ua-  
 • luit eius grauitas, & sanctimonia, ut ex obscurissimo  
 • præter nobilitatem gestis etiam Gordianorum clarum  
 • principem fecerit. Fuit terræ motus eousq; grauis im-  
 • perante Gordiano, ut ciuitates etiam terræ hiatus cum  
 • populis deperirent, ob quæ sacrificia per totam urbem,  
 • totumq; orbem terrarum ingentia celebrata sunt. Et  
 • Cordus quædam dicit inspectis libris sibylinis, celebratisq;  
 • omnibus, quæ illic iussa uidebantur, mundanum ma-  
 • lum esse sedatum sedato terræ motu. Prætextato & At-  
 • tico COSS. Gordianus aperto Iano gemino, quod si-  
 • gnum erat indicti belli, profectus est contra Persas  
 • cum exercitu ingenti, & tanto auro, ut uel auxilijs,  
 • uel militibus facile Persas uincere posset. Fecit iter in  
 • Mœsiam, atq; in ipso procinctu quicquid hostium in  
 • Thracijs fuit, deleuit, fugauit, expulit, atq; submouit.  
 • Inde per Syriam in Antiochiam uenit, quæ à Persis  
 • iam tenebatur. Illic frequentibus prælijs pugnauit, et

IVNIOR

159

uicit, Sapore Persarum rege submoto. Et post Artaxer-  
 xem Antiochiam recepit, Carras, & Nisibin, quæ om-  
 nia sub Persarum imperio erant. Rex sanè Persarum  
 tantum Gordianum principem timuit, ut cum instruc-  
 ctus esset, & suis copijs, & nostris, tamen ciuitatibus  
 ipse præsidia sponte deduceret, easq; integras suis ci-  
 uitatibus redderet, ita ut nihil, quod ad eorum fortu-  
 nas pertineret, attaminaret. Sed hæc omnia per Misit-  
 theum socerum Gordiani, eundemq; præfectum ge-  
 sta sunt. Effectum deniq; est, ut Persæ, qui iam in Ita-  
 lia timebantur, in regnum suum pugnantem Gordiano  
 redirent, totumq; orientem Romana Res publica de-  
 tineret. Extat oratio Gordiani ad senatum, qua de re-  
 bus gestis scribens Misitheo præfecto suo, & socero inge-  
 tes gratias agit, cuius partem indidi, ut ex eo uera co-  
 gnosceres. Post hæc Patres Conscripti, quæ, dum iter  
 • agimus, gesta sunt, quæ ubiq; singulis digna sunt acti-  
 • tata, etiam Persas, ut breui multa connectam, ab An-  
 • tiochensium crucibus, quas iam nexas Persico ferro  
 • gerebant, & reges Persarum, & leges amouimus.  
 • Carras deinde, cæterasq; urbes impio Romano red-  
 • didimus. Nisibin usq; puenimus, & si dii fauerint,  
 • Ctesiphonta usq; uenienus. Valet tantum Misitheus  
 • præfectus parens noster, cuius ductu, & dispositione  
 • & hac transegimus, & reliqua transigemus. Ver-  
 • strum est igitur supplicationes decernere, nos dijs com-  
 • mendare. Misitheo gratias agere. His in senatu lectis,  
 • quadriga elephantorum Gordiano decreta sunt, ut  
 • pote qui Persas uicisset, ut triumpho Persico triumphat-  
 • ret. Misitheo autem quadriga equorum, & triumu-

phalis currus, & tiulus huiusmodi. Misitheo eminēti uiro, parenti principum p̄torij p̄fecto totius urbis & tutori. Reip. S. P. Q. R. uicem reddit. Sed ista felicitas longior esse non potuit. Nam Misitheus, quantum pleriq; dicunt, artibus Philippi, qui post eum p̄fectus p̄torij est factus, ut alij, morbo exinctus est hærede Romana Rep. u. quicquid eius fuerat, uectigalibus urbis accederet. Cuius uiri tanta in Rep. dispositio fuit, ut nulla esset unquam ciuitas, in qua militaris portio, & quæ non posset exercitum Po. Ro. ac Principem ferre, quæ totius anni in aceto, & frumento & larido, atq; hordeo, et paleis condita non haberet, minores uero urbes aliæ XXX dierum, aliæ XL nonnullæ duorum mensium, quæ minimum, XV dieꝝ. Idem, cum esset p̄fectus, arma militum semper inspexit. Nullum senem militare passus est, nullū puerum annonas accipere. Castra omnia fossato circuibat, noctibus etiam plerumq; uigilias frequentabat. Amabaturq; ab omnibus, quod sic & Rep. amaret, & principem. Tribuni eum, & duces usque adeo timuerunt, & amauerunt, ut neq; uellent peccare, neq; ulla ex parte peccarent. Philippus eum propter pleraq; uehemēter timuisse fertur, atq; ob hoc p̄ medicos insidias eius uitæ parasse. & quidem hoc genere. cū effusioe alui Misitheus laboraret, atq; à medicis sistendi uētris gratia poculum iuberetur accipere, mutatis quæ fuerāt, id fertur datum, quo magis soluere tur, atq; ita exanimatus est. Quo mortuo, Apriano, et Pappo COSS. in eius locum p̄fectus p̄torij factus est Philippus Arabs humili genere natus, sed superbus, qui se in no-

uitate, atq; enormitate fortuna non tenuit, ita ut statim Gordiano, qui eū in locum parentis adsciuerat, insidias per milites faceret. Quæ tales fuerunt. Misitheus tantam, quantum diximus, habuerat conditorum, ut uacillare dispositio Romana non posset. Verè artibus Philippi primū naues frumentariae sunt auersæ. Deinde in ea loca deducti sunt milites, in quibus annona haberi non posset. Hinc Gordiano infestos milites statim reddit, non intelligentes artibus Philippi iuuenē esse deceptum. Sed Philippus et addidit ut rumorem per milites spargeret, adolescentē esse Gordianum imperiū non posse regere, melius esse illū imperare, q̄ militem gubernaret, qui remp. sciret. Corrupti p̄terea et principes, effectumq; ut palam Philippus ad imperium posceretur. Amici Gordiani primū uehementissime resistebāt. Sed cum milites fame uincerentur, imperium Philippo mandatum ē, iussumq; à militibus, ut quasi tutor eius Philippus cum eodem Gordiano pariter imperaret. Suscepto igitur imperio, cum & Philippus se contra Gordianum supbissime ageret, & ille se imperatorem, atq; imperatorum, prole, & uirum nobilissimæ familie recognosceret, nec ferre posset improbitatem hominis ignobilis apud duces, & milites astante p̄fecto Metio Gordiano affine suo in tribunali processit, sperans posse imperium Philippo abrogari. Sed hac conquestione nihil egit, cum illum inuasisset, quod immemor beneficiorum eius sibi minus gratus existeret. Et cum milites rogasset, cū apte duces ambisset, factione Philippi minor apud oēs fuit. Deniq; cum se uideret minoreni



GORDIANVS

haberi, petijt ut æquale saltem inter eos esset imperium, nec impetrauit. Dehinc petijt, ut loco Caesaris haberetur, nec id obtinuit. Petijt etiam, ut præfecti loco esset Philippo, quod et ipsum negatum est. Vltimæ preces fuerunt, ut eum Philippus pro duce haberet, & pateretur uiuere. Ad quod quidem penè consenserat Philippus ipse tacitus, sed omnia per amicos agens nutibus, atq; consilijs. Verum cum secum ipse cogitaret amorem populi Romani, & senatus circa Gordianum, et totius Africae, ac Syriae, totiusq; orbis Romani, cum & nobilis esset, & nepos, ac filius imperatorum, et bellis grauibus totam Remp. liberasset, posse fieri, ut factione quandoq; militum Gordiano redderetur imperium, cum recentes in Gordianum iræ militum famis cā uehementes eēnt, clamantē ante conspectū duci iussit, ac spoliari, & occidi. Quod cū primū dilatū eēt, post, ut iussit, impletū ē. Ita Philippus impie, non iure obtinuit impiū. Impauit Gordianus annis sex. Et dum hæc agerentur. Argunthis Scytharum rex finitimorum regna uastabat, maxime quod compererat Misithemum perisse, cuius consilio Resp. fuerat gubernata. Philippus autem ne à crudelitate nācisci uideretur imperium, Romam litteras misit, quibus scripsit Gordianum morbo perisse, seq; à cunctis militibus electū, nec defuit, ut senatus de his rebus, quas non nouerat, falleretur. Appellato igitur principe Philippo & Augusto nuncupato. Gordianum adolescentem inter deos retulit. Fuit iuuenis lætus, pulcher, amabilis, gratus oībus, in uita iucūdus, in litteris nobilis, prorsus ut nihil pter ætatem deesset imperio

IUNIOR

161

imperio, Amatus est à populo, & senatu, & militibus ante Philippi factionem, ita ut nemo principum. Cordus dicit omnes milites eum filium appellasse, ab omni senatu filium dictum, omnem populum delicias suas Gordianum dixisse. Deniq; Philippus, cum eum interfecisset, neq; imagines eius tolleret, neq; statuas deponeret, neq; nomen abraderet, sed diuum semper appellans etiam apud ipsos milites, cum quibus factionem fecerat, serio animo, & peregrina calliditate ueneratus est. Domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iste Gordianus pulcherrime exornauit. Et uilla eorum uia prænestina ducentas columnas uno peristylo habens, quarum. L. christeæ, claudianæ L. sienæ tides L. numidicæ pari mensura sunt. In qua basilicæ centenariæ tres. Cætera huic operi conuenientia, & thermæ quales præter urbem, ut tunc nusquam in orbe terrarum. Familiæ Gordiani hoc senatus decreuit, ut à tutelis, atq; legationibus, & à publicis necessitatibus, nisi si uellent posteris eius, semper uacarent. Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædā nymphæa, & balneæ. Sed balneæ priuatis hominibus fuerunt, & ab eo in usum priuatum exornatæ sunt. Instituerat porticum in campo Martio sub colle pedū mille, ita ut ab altera parte, qua mille pedum porticus fieret, atq; inter eas pariter, & spatium pedum quingentorum, cuius spatij hinc atque inde uiridaria essent lauro, myrto, & buxo frequētata. Medium uero lithostromum breuibus columnis altrinsecus positis, & sigillis per pedes mille, quod esset deambulatorium, ita ut in capite basilicæ esset pedum quingento

rum. Cogitauerat præterea cum Misitheo, ut post basilicam thermas æstiuas sui nominis faceret, ita ut hyemales in principio porticus poneret, suo usui essent uel uiridaria, uel porticus. Sed hæc omnia nunc priuatorum & possessionibus, & hortis, & ædificijs occupata sunt. Fuerunt sub Gordiano Romæ elephanti XXX & II. quorū ipse XII. miserat, Alexander X. Alces X. Tigres X. Leones mansueti LX. Leopardi mansueti XXX. Belbi, idest hyænæ X. gladiatorū fiscalium paria mille. Hippopotamus, & rhinoceros unus. Archoleontes X. Camelopardali X. Onagri XX. Equi feri XL. & cætera huiusmodi animalia innumera, & diuersa, quæ omnia Philippus ludis secularibus uel dedit, uel occidit. Has autem omnes feras mansuetas, & præterea asseratas parabat ad triumphum persicum, sed uotum publicum nihil ualuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit secularibus ludis, & numeribus, atq; circensibus, cum millesimum ab urbe condita annum in consulatu suo, & filij sui celebrauit, quod de Cæsare memoria traditum est. Hoc etiã de Gordiano Cordus euenisse perscribit. Nam omnes quicumque illum gladio appetuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, postea interempti à Philippis sua manu, suisque gladiis, & iisdem, quibus illum percusserant, interiisse dicuntur. Trium igitur Gordianorum hæc fuit uita, qui omnes Augusti appellati sunt, duobus in Africa interemptis in Persidis finibus. Tertio Gordiano sepulchrum milites apud Circeiam castrum fecerunt in finibus Persidis titulum huiusmodi addentes & græcis, & latinis, & persicis, & iudaicis, & ægyptiacis litteris, ut

ab omnibus legeretur. D. Gordiano uictori Persarum, uictori Gotthorum, uictori Sarmatarum, depulsori Romanarum seditionum, uictori Germanorum, sed non uictori Philipporum. quod ideo uidebatur additum, quia in campis Philippis ab Alanis tumultuario prælio uictus abcesserat. Simul etiam quod à Philippis uidebatur occisus. Quem titulum euertisse Licinius dicitur eo tempore, quo est nactus imperium, cum se uellet uideri à Philippis originem trahere. Quæ oia Constantine maxime iccirco sum persecutus, nequid tuæ cognitioni deesset, quod dignum scientia uideretur.

MAXIMVS, ET BALBINVS  
IULII CAPITOLINI.

i Interemptis in Africa Gordiano seniore cum filio, cum Maximinus ad urbem furens ueniret, ut, quod Cordiani Augusti appellati fuerant, uindicaret, senatus pertrepidus in eadem Concordiæ septimo Calen. Iunias concurrat ludis apollinaribus remedium contra furorem hominis improbissimi requirens. Cum igitur duo consulares, & eminentes quidam uiri Maximus, et Balbinus, quorum Maximus à plerisque in historia reticetur, & loco eius Pupienii nomen infertur, cum & Dexippus, & Arabianus Maximum, & Balbinum dicant electos contra Maximinum post Gordianos, quorum alter bonitate, uirtute, alter seueritate clari habebantur, ingressi essent curiam, ac præcipue timorem Maximini aduentus

ferrent, ostenderentq; , referente COS. de alijs rebus, qui primam sententiam erat dicturus, sic orsus est. Mi-  
 • nora uos sollicitant, & propè aniles res feruentissimo  
 • tempore tractamus in curia. Quid enim opus est de  
 • restitutione templorum, de Basilicæ ornatu, de ther-  
 • mis titianis, de ex ædificatiōe amphitheatri agere? cū  
 • immineat Maximinus, quem hostem mecum ante di-  
 • xistis. Gordiani duo, in quibus præsidium fuerat, in-  
 • terempti sunt, neque in præsentia ullum sit auxilium,  
 • quo respirare possimus. Agite igitur P. C. principes  
 • dicite, quid moramini? ne, dum singillatim pertinet  
 • scetis, in timore potius q̄ in uirtute opprimamini. Post  
 • hæc tacentibus cunctis, cum Maximus, qui & natu  
 • grandior erat, & meritis, & uirtute, ac seueritate cla-  
 • rior, dicere sententiam cœpisset, qua ostenderet duos  
 • principes esse faciendos. Vectius Sabinus ex familia  
 • Vlpiorum rogato COS. ut sibi dicere, atq; interfari li-  
 • ceret, sic orsus est. Scio P. C. hanc rebus nouis inesse  
 • oportere cōstantiam, ut rapienda sunt consilia, nō que  
 • renda. Verbis quinetiam plurimis abstinendum sit,  
 • atq; sententijs, ubi res perurgent, ceruices suas quisque  
 • respiciat, uxorem, ac liberos cogitet, amitas, patriasq;  
 • fortunas, quibus omnibus imminet Maximinus natu-  
 • ra furiosus, truculentus, immanis. Comsa uero (ut sibi  
 • uidetur) satis iusta truculentior ille quadrato agmine  
 • castris ubiq; positus, ad urbem tendit. Vos sedendo, et  
 • consultando diem teritis. Longa oratione opus non est.  
 • faciendus est imperator, immo faciendi sunt princir-  
 • pes. Vnus, qui res domesticas, alter, qui bellicas curet.  
 • Vnus, qui in urbe resideat, alter, qui obuia cum exi-

ercitu latronibus pergat. Ego principes dico, uos fir-  
 • mate, si placet, sin minus, meliores ostendite. Maximū  
 • igitur, atq; Balbinum, quorum unus in re militari tã  
 • tus est, ut nobilitatem generis splendore uirtutis alle-  
 • xerit. Alter ita clarus nobilitate est, ut & morum le-  
 • nitate Reip. sit necessarius, & uita sanctimonia, quã  
 • à prima ætate in studijs semper, ac litteris tenuit. Hæ-  
 • betis sententiam P. C. mihi fortasse periculosiorem,  
 • quàm uobis, sed nec uobis satis tutam, si nō aut alios,  
 • aut hos principes feceritis. Post hæc acclamatum est  
 • uno consensu. Aequū est, iustum est. Sententiæ Sabinū  
 • oēs p̄sentimus. Maxime, & Balbine Augusti dii uos  
 • seruent, dii uos principes fecerunt, dii uos conseruent.  
 • Vos senatum à latronibus uindicate, uobis bellū con-  
 • tra latrões mandamus. Hostis publicus Maximinus  
 • cum filio pereat, hostem publicum uos persequimini.  
 • Felices uos iudicio senatus, felicem Remp. uestro im-  
 • perio. Quod uobis senatus detulit, fortiter agite, quod  
 • uobis senatus detulit, libenter accipite. His atq; alijs  
 • acclamationibus imperatores facti sunt Maximus,  
 • atq; Balbinus. Egressi igitur à senatu, primum capi-  
 • tolium ascenderunt, ac rem diuinam fecerūt. Sed dū  
 • in capitolio rem diuinam faciunt. Po. Ro. imperio  
 • Maximi contradixit, timebant enim seueritatem eius  
 • homines uulgares. Quare factum est, ut Gordianum  
 • adolescentulum principē peterent, qui statim factus  
 • est, nec prius permissi sunt ad palatium stipatis ar-  
 • mis ire, q̄ nepotem Gordiani Cesaris nomine nuncu-  
 • parent. Deinde ad rostra populū cōuocarunt, Vbi  
 • cum orationē de senatus sententia, & de sua electiōe



habuissent, Po. Ro. cum militibus, qui forte conuenerant, acclamauit Gordianum Caesare oēs rogatus. Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam, uel, ut alij, ex filio, qui est in Africa occisus, annū agens aetatis quartumdecimum, ut pleriq; dicunt, qui statim raptus est, & nouo genere S. C. cum eadem die. S. C. factum esset, inductus in curiam Caesar est appellatus. Prima igitur relatio principum fuit ut duo Gordiani diui appellarentur. Aliqui autem unum putant appellatum seniore uelidelicet. Sed ego libris, quos Iunius Cordus affatim scripsit, legisse memini ambos in deos relatos. Siquidem senior laqueo uitam finiuit, iunior aut in bello cōsumptus est. Qui utiq; maiorē meretur reuerentiam, quod eum bellar apuere. Post has igitur relationes praefectura urbis in Sabinum collata est, uirum grauem, & Maximi moribus congruentem, praetoriana in Pinarium Valentem. Sed prius q̄ de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus, atq; genere non eo modo, quo Iunius Cordus est profecutus omnia, sed illo, quo Suetonius Tranquillus, & Valerius Marcellus, quāuis Curius Fortunatianus, qui oēm hanc historiam perscripsit, plura contigerit. Cordus uero tam multa, ut et pleraq;, & minus honesta pscripserit. Maximo pater fuit Maximus unus ē plebe, ut nōnulli dicūt, faber ferrarius, ut alij ueredarius, uehicularius fabricator. hunc suscepit ex uxore Prima nomine. Cui fratres quatuor uiri fuerūt & quatuor puellae, qui oēs in pubertate interierunt. Nato Maximo, carnē bubulam, & quidem multam aquila in cellam eorū proiecisse fertur, quae angusto

patebat impluuio, eam deniq; cum iaceret, nec quisquam attingere auderet religionis timore, iterū sustulisse, & in proximum sacellum, quod erat Iouis, praestitū detulisse. Id eo tempore nihil uisum est ominis habere, sed non sine causa factum probauit imperium. Pueritiam omnem in domo patruī Pinarij fecit, quē statim ad praefecturam praetorij subuexit, ubi factus ē imperator. Operam grammatico, rhetori non multā dedit. Siquidem semper uirtuti, & militari seueritatē studuit. Attamen militaris tribunus fuit, & multos egit numeros, & postea praeturā sumptu Pescenninae Marcellinae, quae illum loco filij suscepit, et auerarat. Inde proconsulatum Bithyniae egit, & deinceps Graeciae, ac tertio Narbonae. missus praeterea legatus Sarmatas in Illyrico contudit, atq; inde translatus ad Rherum, rem contra Germanos satis feliciter gessit. Post hac praefectus urbi prudentissimus, ac ingeniosissimus & seuerissimus approbatus est. Quare ueluti senatus ei homini, quod non licebat, nouae familiae imperium tamen detulit confessis omnibus eo tempore in senatu aptorem non esse, qui deberet principis nomen accipere. Et quā etiam minora pleriq; desiderant, fuit cibi auidus, uini parcissimus, ad rem uenereā nimis rarus domi, forisq; semp seuerus, ita ut & tristis cognomen acciperet. Vultu grauissimus, & uerecundus, statura procerus, corporis qualitate sanissimus, moribus aspnabilis, attamen iustus, neq; unq; usq; ad exitū negotiorum uel inhumanus, uel inclemens. Rogatus semp ignouit, nec iratus est, nisi ubi eum irasci deuit. Factionibus se nunquam praebuit, iudicij tenax fuit,

neque alius potius quam sibi credidit. Quare & à senatu multum dilectus est, & à populo timori habitus, siquidem sciebat populus eius cēsoriam præfecturam, quam uidebat posse in imperio uehementius cōualefcere, Balbinus nobilissimus, & iterum COS. rector provinciarum infinitarum. Nam & Asiam, & Africam, & Bithyniam, & Galatiam, & Pontum, & Thracias, & Gallias civilibus administrationibus rexerat, ducto nonnunquam exercitu, sed rebus bellicis minor fuerat quam civilibus. Attamē bonitate, nimia sanctitate, ac uerecundia ingentem sibi amorem conciliauerat. Familia uetustissimæ, ut ipse dicebat, à Balbo Cornelio Theophane originem duccens, qui per Cn. Pompeium ciuitatem meruerat, cū eēt suæ patriæ nobilissimus, idemq; historiæ scriptor. Statura æque procerus, corporis qualitate conspicuus in uoluptatibus nimius. quem quidem adiuuabat diuitiarum abundantia, nam erat à maioribus diues, & multa hereditatibus per se ipse collegerat. Eloquētia clarus, poemata inter sui temporis poetas plurima fecit, uini, cibi, rei ueneræ auidus, uestitu cultus, nec quicquam desuit, quod illum populo non cōmendabilem redderet. Amabilis etiam senatui fuit. Hæc de utriusq; uita comperimus, Deniq; nonnulli quemadmodum Catonem & Cæsarem Sallustius cōparat, ita hunc quoq; comparandum putant, ut alterum seuerum, clementem alterum, bonum illū, istū constantem. Illum nihil largientem, hunc affluentē copijs omnibus dicerent. Hæc de moribus, atq; genere. Decretis ergo omnibus imperatorijs honoribus,

atq; insignibus, præcepta tribunitia potestate iure proconsulari, pontificatu maximo, patris etiam, & patriæ nomine meruerunt imperium. His gestis, celebratisq; sacris datis ludis scenicis, ludisq; circensibus gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis uotis in Capitolio ad bellum contra Maximinum missus est, cum exercitu in genti prætorianis Romæ manentibus. Vnde autē nos tractus sit, ut proficiscentes ad bellum imperatores, munus gladiatorium, & uenatus darent, breuiter dicendum est. Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionem contra hostes factam, ut ciuim sanguine litato specie pugnarum se Nemesis, id est uis quædā fortunæ satiare. Alij hoc litteris tradunt, quod uerisimilius credo, ituros ad bellū Romanos debuisse pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut & sanguinem perhorrescerent. Et Maximo quidem ad bellum profecto, Romæ prætoriani remanserunt. Inter quos, & populum tanta seditio fuit, ut ad bellum intestinum ueniretur. Urbis Romæ pars maxima incenderetur, templa scædarentur, omnes plateæ cruore polluerentur, cum Albinus homo senior seditionem sedare non posset. Nā & in publicum processit, manus singulis quibusq; tenuit, & penè ictum lapidis passus est. Alij dicunt etiam fuisse percussum esse, neq; sedasse tumultum, nisi infantem Gordianum purpura tū ad populū lōgissimihominis collo superpositum produxisset. Quo uiso, populus, et milites usque adeo placati sunt, ut amore illius in concordiam redirent. Neq; nuquam qsq;

in illa ætate sic amatus est merito avi, & amunculi, seu patris, ut quidam dicunt, qui pro po. Ro. contra Maximinum in Africa uitam finierāt. Tantū apud Romanos memoria bonarū rerū ualet. Maximo igitur ad bellum profecto, senatus per oēs regiones consulares, prætorios, quæstorios, adilitios, tribunitios etiam uiros misit, ita ut unaquæq; ciuitas frumentum, arma & propugnacula, & muros pararet, ut per singulas urbes Maximinus fatigaretur. Iussum tunc tamen ut oīa ex agris in ciuitate colligerentur, nequid hostis publicus inueniret. Scriptum est præterea oēs provinciæ missis frumentarijs, iussimq; ut quicumq; Maximinum inuisset, in hostiū numero diceretur. Inter hæc Romæ iterum seditiones inter populum, & milites ortæ sunt. Et cum mille edicta Albinus proponeret, nec audiretur, ueterani se in castra prætorialia conuulerunt cum ipsis prætorianis, quos cœpit populus obsidere, nec unq̄ ad amicitiam essent redacti nisi fistulas aquarias populus incidisset. in urbe autem prius quàm dictum esset milites pacatos uenire, & tegulae de tectis iactæ sunt, & omnia, quæ domibus erāt uasa proiecta. Atq; ideo maior pars ciuitatis periit, & multorū diuitiæ. Nam latrones se militibus miscuerunt ad uastanda ea, quæ norant, ubi reperirent. Cū hæc Romæ geruntur, Maximus, siue Pupienus apud Rauennam bellum parabat ingenti apparatu, timēs uehementissime Maximinum, de quo sæpissime dicebat, se non cōtra hominem, sed cōtra Cyclopē bellū gerere. Et Maximinus quidem apud Aquileiam ita uictus est, ut à suis occideretur, caputq; eius, & filij p

latum est Rauennam, quod à Maximo Romā transmissum est. Non tacenda hoc loco deuotio est Aquileiensium pro Romanis, qui et crines mulierū pro neruis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur. Tantū sanè lætitiæ fuit in Balbino, qui plus timebat, ut hecatomben faceret. Statim Maximini caput allatum. Hecatombe autē tale sacrificium est. Centum aræ uno in loco cespitiæ extruuntur, & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Nā si imperatorium sacrificium sit centum leones, centum aquilæ, & cætera huiusmodi animalia centena ferunt. Quod quidem etiam Græci quondā fecisse dicuntur, cum pestilentia laborarent, & à multis imperatoribus id celebratum constat. His igitur peractis, Balbinus cum summa gratulatione Maximum redeuntem è Raenna cum exercitu integro, et copijs expectabat. Siquidem Maximianus ab oppidanis Aquileiensibus, et paucis, qui illic erant, militibus à Crispino & Menephilo consularibus, qui à senatu missi fuerant, uictus est. Ipse autem Maximinus Aquileiam iccirco accesserat, ut oīa tuta, & integra usq; ad alpes relinqueret. Ac si quæ essent Barbarorū, qui Maximo fauerant, reliquæ, cōpesceret. Missi sunt, deniq; ad eū legati senatores XX. quorum nomina sunt apud Cordū, in his consulares quatuor, prætorij octo, quæstorij VIII cum coronis & S. C. in quo ei statuæ auratae equestres decernebantur. Ex quo quidem Balbinus subiratus est, dicēs Maximum minus q̄ eum laborasse, cum ipse domi tāta bella compressisset, ille autem otiosus apud Raennā resedisset. Sed tātum ualuit bellum Maximo, quia pro



## MAXIMVS ET

fectus est contra Maximinum, ut etiam victoria decerneretur, quam impletam ille nesciuit. Exercitu igitur suscepto Maximini, ad urbem cum ingenti pompa, & multitudine Maximus uenit incoerentibus militibus, quod eum imperatorem, quem ipsi delegerant, perdidissent, & eos habebant, quos senatus legerat. Nec dissimulari poterat incoeror, qui apparebat in frontibus singulorum, & iam quidem nec uerbis abstinere batur, quamuis Maximus & apud milites saepe dixisset, obliuionem praeteritorum esse debere, & stipendia magna donasset, & auxilia in ea loca, quae delegerant, dimisisset. Sed animi militum semel imbuti odio, refrenari nequeunt. Denique cum audisset senatus acclamationes, quae milites tangeret, acriores contra Maximinum, & Balbinum extiterunt secum quotidie cogitantes, quos imperatores facere deberent. S. C. autem, quo moti sunt, haec forma est. Cum ingrediens urbem Maximo Balbinus, & Gordianus, & senatus, & populus Ro. obuiam processissent, acclamationes primum publicae fuerunt, quae milites contingerent. Inde in senatum itum est, ubi post illa, quae communia solent esse festa, dictum est. Sapienter electi principes sic agunt, per imperitos electi principes, sic pereunt, cum constaret a militibus factum esse Maximinum, Balbinum autem & Maximum a senatoribus. His auditis, milites grauius sauire coeperunt in senatu, praecipue qui sibi triumphare de millibus uidebatur. Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione gaudente senatu, & populo Romano regebant, senatum plurimum deferebatur, leges op-

## BALBINVS

167

timas condebant, moderate causas audiebant, res bellicas pulcherrime disponebant. & cum iam paratum eesset, ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Roma remaneret, milites occasionem quaerentes occidendorum principum cum primo inuenire uix possent, quia Germani stipabant Maximum, atque Balbinum quotidie in grauescebant. Et erant quidem discordiae inter Balbinum, & Maximum, sed tacitae, & quae intelligerentur potius, quam uiderentur. Cum Balbinus Maximum quasi ignobilem contemneret, Maximus Balbinum quasi debilem calcaret. Quare occasio militibus data est, intelligentibus facile discordes imperatores posse interfici. Ludis denique scenicis, cum multi & milites, & aulici occupati essent, & in palatio soli cum Germanis principes remansissent, impetum in eos fecerunt. Turbantibus igitur militibus, cum primum nuntiatum esset Maximo turbam illam, tempestatemque uix euadi posse, nisi ad Germanos mitteretur, & forte in alia parte palatii Germani cum Balbino essent, mittit ad Balbinum Maximus petens ut ei praesidium mitteret. Sed ille suspicatus, quod contra se eos peteret, quem putabat monarchiam uelle, primum frustratus est, deinde usque ad litem peruentum est. in hac tamen seditione illis contententibus milites superuenerunt, atque ambos eos nudatos uestibus regalibus de palatio cum iniurijs produxerunt, & per mediam ciuitatem ad castra raptare uoluerunt magna ex parte laniatos. Sed ubi compererunt Germanos ad defensionem illorum superuenire, ambos occiderunt.

runt, & in itinere medio reliquerunt. Inter hæc Gordianus Caesar sublatus à militibus imperator est appellatus, idest Augustus, quia non erat alius in præsentibus insultantibus militibus senatui, & populo, qui se statim in castra receperunt. Germani sanè ne sine causa pugnarent occisis iam imperatoribus suis, extra urbem, ubi suos habebant, se contulerunt. Hunc finem habuerunt boni imperatores indignum uita, & moribus suis. Nam neq; Maximo, siue Pupieno fortius, neq; Balbino benignius fuit quicquam, quod re ipsa intelligi potest. Neq; enim cum esset potestas, malos senatus eligeret. Huc accedit, quod multis honoribus, ac potestatibus explorati sunt, cum alter bis COS. et præfectus, alter COS. & præfectus ad imperium longè peruenissent amabiles senatui, & populo etiã, quia Maximinum iam leniter pertimescebant. Hæc sunt, quæ de Maximo ex Herodiano græco scriptore magna ex parte collegimus. Sed multi non à Maximo, uerum à Pupieno imperatore apud Aquileiam Maximinum esse uictum dixerunt, & ipsum cum Balbino esse occisum, ita ut Maximi nomen prætererant. Tanta est autem historicorum inter se errantium imperitia, uel usurpatio, ut multi eundem Maximum, quem Pupienum uelint dici, cum Herodianus uitæ suæ temporum scriptor Maximum dicat, non Pupienum, cum & Dexippus Græcorum scriptor Maximum & Balbinum imperatores dicat factos contra Maximinum post Gordianos duos, & à Maximo uictum Maximinum non à Pupieno. His accedit alia scriptorum imperitia, qui præfectum prætorij fuisse

Gordianum paruulum dicunt, ignorantibus multis collo saepe uectum, ut militibus ostenderetur. Imperarunt autem Maximus, & Balbinus anno uno, cum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium, ut alij, per biennium. Nec reticendum est, quod Maximus, cum & sibi, & Balbino de ferretur iudicio senatus imperium, Balbino dixisse fertur, ut Herodianus dicit, Quod tu Balbine, & ego mererimur, cum hanc tam immanem belluam exitio derimus? Cumq; Balbinus dixisset senatus, populiq; Romani feruentissimum amorem, & orbis terrarum, dixisse fertur Maximus, Vereor ne militum odium sentiamus, & mortem. Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in Carinis magna, & potens, et ab eius familia huc usq; possessa. Maximus, quem Pupienum plerique putant, summæ tenuitatis, sed uirtutis amplissimæ fuit. Sub his pugnatum à Carpis contra Mæces fuit, & Scythici belli principium, & Histriae excidium eo tempore. Ut autem Dexippus dicit, Histricæ ciuitatis. Dexippus Balbinum satis laudat, & dicit forti animo militibus occurrisse, atq; interfectum, ut mortem non timeret, quæ in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximum uero negat eiusmodi uirum fuisse, qualè græci pleriq; dixerunt. Addidit præterea contra Maximinum Aquileiensem odium fuisse, ut de crinibus mulierum suarum arcibus uos facerent, atq; ita sagittas emitterent. Dexippus, & Herodianus, qui horum principum historiam persecuti sunt, Maximum, & Balbinum fuisse principes dicunt, delectos à senatu contra Maximinum post

MAXIMVS ET

interitum duorum Gordianorum in Africa, cum quibus etiam puer tertius Gordianus electus est. Sed apud Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non inuenio, & cum Balbino Pupienum imperatorem reperio, usque adeo ut idem Pupienus cum Maximino apud Aquileiam pugnasse dicatur commemoratis historicis asserentibus, ne Maximus quidem contra Maximinum pugnasse doceatur, sed resedisse apud Rauenam, atque illic patratam audisse victoriam, ut mihi uideatur idem esse Pupienus, qui Maximus dicitur. Quare etiam gratulatoriam epistolam subdidi, quae scripta est à COS. sui temporis de Pupieno, & Balbino. Pupieno, & Balbino Augustis Claudius Iulianus. Cum primum Iouis OPT. MAX. & deorum immortalium, senatusque iudicio & consensu generis humani suscepisse uos Rempublicam à nefarii latronis scelere seruandam, reddendamque Romanis legibus domini sanctissimi, & inuictissimi Augusti, quanquam nondum ex uestris litteris, sed tamen ex spiritu, quod ad me. V. C. Celsus Aelianus collega transmiserat, comperissem, gratulatus sum urbi Romae, cuius ad salutem estis electi, gratulatus senatui, cuius, pro iudicio, quod in uos habuit, reddidistis pristinam dignitatem, gratulatus Italiae, quam cum maxima ab hostibus uastatione defendistis, gratulatus provinciis, quas inexplebili auaritia tyrannorum laceratas ad spem salutis reduxistis. Denique de legionibus ipsis & auxilijs, quae ubique terrarum iam uultus uestros adorant, qui deposito dedecore pristino nunc in uestro nomine dignam Romani principatus speciem receperunt. Quo circa

nulla

BALBINVS

169

• nulla uox fortis, nulla oratio felix, nullum ingenium  
 • tam fecundum unquam fuerit, quod possit publicam  
 • felicitatem digne exprimere, quae quanta, & cuiusmodi  
 • disint, iam in ipso exordio principatus uestri cognoscere  
 • potuimus, qui leges Romanas, equitatemque abo-  
 • litam, & clementiam, quae iam nulla erat, & uitam,  
 • & mores, & libertatem & spem successionum, atque  
 • heredum reduxistis. Haec enumerare difficile est, ne-  
 • dum prosequi consentanea dicendi dignitate. Nam  
 • quod nobis uita per uos reddita est, cum dimissis pas-  
 • sim per provincias carnificibus sic elatus latro surrexit,  
 • ut se ordini profiteretur iratum, quomodo dicam  
 • aut prosequar? praesertim cum mediocritas mea non  
 • modo publicam felicitatem, sed ne peculiare quidem  
 • gaudium animi mei possit exprimere, cum eos Augustos,  
 • & principes generis humani uideam, quorum  
 • antehac perpetuo cultu mores, & modestiam miramur  
 • tanquam ueteribus censuris meis cuperem probatam,  
 • & haec esse confidam in priorum principum testimonijis  
 • uestris. Tamen ut grauioribus iudicijs glori-  
 • er dii praestent, praestabuntque hanc urbi Romanae felicitatem.  
 • Nam, cum ad uos respicio, nihil aliud optare possum,  
 • quod apud deos dicitur, uictor Carthaginis precatus,  
 • ut scilicet in eo statu Rempublicam seruaret, in quo  
 • tunc esset, quod nullus melior inueniretur. Ita ego precor,  
 • ut in eo statu uobis Rempublica seruent, in quo eam  
 • uos adhuc nutantem collocauistis. Haec epistola probat  
 • Pupienum eundem esse, qui à plerisque Maximus dicitur  
 • nomine paterno. Siquidem per haec tempora apud graecos  
 • non facile Pupienus, apud Latinos

7



non facile Maximus inueniatur. Et ea, quae sunt gesta contra Maximinum modo à Pupieno, modo à Maximo acta dicantur. Sed Fortunatiano credamus, qui dicit Pupienum Maximum dictum nomine suo, cognomine uero paterno.

TREVELII POLLIONIS VALERIANVS PATER ET FILIVS.

Alerianus imperator nobilis genere patre Valerio CENS. antea, & per dignitatem omnes gradus suis temporibus ad maximū in terris culmen ascēdens, cuius per annos septuaginta uita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut per oēs honores, & magistratus insigniter gestos, imperator fieret, non, ut solet, tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed iure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Deniq; si data eēt omnibus potestas promendi arbitrij, quem imperatorem uellent, alter non esset electus. Et ut sciatur, quanta uis in Valeriano meritorum fuerit publicorū, ponam S.C. quibus animaduertunt omnes quid de illo semp amplissimus ordo iudicauerit. Duobus Decijs COSS. sexto Calen. Nouemb. die cum ob imperatorias litteras in aede Castorum senatus haberetur, ireturq; per sententias singulorum, cui deberet censura deferri. (Nam id Decij posuerant in senatus amplissimi potestate) ubi primū praetor edixit. Quid uobis uidetur Patres Conscripti de censore deligendo, atq; eum, qui erat

princeps? cum senatus sententiā rogasset absente Valeriano (nam ille in procinctu suo cum Decio tunc agebat) omnes una uoce dixerunt, interrupto more dicēda sententia, Valeriani uita censura est. Ille de omnibus iudicet, qui est omnibus melior. Ille de senatu iudicet, qui nullum habet crimen. Ille de uita nostra sententiā ferat, cui nihil potest obijci. Valerianus à prima pueritia CENS. fuit. Valerianus in tota uita sua fuit Censor. Prudens senator, modestus senator, gravis senator. Amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis uitiorum. hunc censorem omnes acceperimus, hunc imitari omnes uolumus. Primus genere, nobilis sanguine, emendatus uita, doctrina clarus, moribus singularis, exemplum antiquitatis. Quae cū essent saepius dicta, addiderunt omnes, atq; ita discessum est. Hoc S.C. ubi Decius accepit, oēs aulicos conuocauit, ipm etiam Valerianum pcepit rogari. atq; in conuentu summorum uiroꝝ, tanto S.C. Felicem te inquit, Valerianum totius senatus sententia, immo aīs, atq; pectoribus totius orbis humani suscipe cēsuram, quam tibi detulit Romana Resp. quam solus mereris iudicaturus de moribus nostris. Tu aestimabis, qui manere in curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones, tu uectigalia firmabis, diuides statū, res publicas recensabis. Tibi legum scribendarū authoritas dabitur. Tibi de ordinibus multum iudicandum est, tu arma respicies, tu de nostro palatio, tu de iudicibus, tu de praefectis eminentissimis iudicabis. Excepto deniq; praefecto urbis Romae exceptis COSS. ordinarijs, & sacrorū

rege, ac maxima uirgine uestalium, si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sententijs feres. Laborabunt autem etiam illi, ut tibi placeant, de quibus non potes iudicare. hæc Decius. Sed Valeriano sententia huiusmodi fuit. Quæso sanctissime imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, ut ego iudicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe iudicibus, & tribunis, ac ducibus. Hæc sunt propter quæ Augustum nomen tenetis, apud uos censura desedit, non potest hoc implere priuatus. Veniam igitur eius honoris peto, cui uita impar est confidenda, cui tempora sic repugnant, ut censuram hominum natura non quærat. Poteram multa & alia S. C. & iudicia principum de Valeriano proferre, nisi ea uobis plerisque nota essent, ut puderet alius uirum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est. Victus est enim à Sapore rege Persarum, dum ductu cuiusdam sui ducis, cui summam omnium bellicarum rerum agendarum commiserat, seu fraude, seu aduersa fortuna in ea esset loca deductus, ubi nec uigor, nec disciplina, quin caperetur, militaris quicquam ualere potuit. Captus igitur in ditionem Saporis peruenit, quem cum gloriosa uictoriæ successu minus honorifice, quàm deceret, elatus superbo, & elato animo detineret, atque cum Romanorum rege, ut uili, & abiecto mancipio loqueretur, litteras ab amicis regibus, qui & ei contra Valerianum fauerant, plerasque missas accepit, quarum seriem Iulius refert. Sapor, rex regum Bel solis. Si scire posse aliquando Romanos penitus uinci, gauderem tibi de uictoria, quam præfers. Sed quia uel fat

to, uel uirtute gēs illa plurimum potest, uide ne quod senem imperatorem cepisti, & id quidem fraude, male tibi cadat, posterisque tuis. cogita quantas gentes Romanam ex hostibus suas fecerint, à quibus sæpe uicti sunt. Audiuius certe, quod Galli eos uicerint, & in gentem illam ciuitatem incenderint. Certe Galli Romanis seruiunt. Quid Afri? eos non ne uicerunt? certe seruiunt Romanis. de longioribus exemplis, & fortasse remotioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit, certe uictus est, certe Asia Romanorum est. Si meum consilium requiris, utere occasione pacis, & Valerianum satis redde, ego gratulor felicitati tuæ, si tamen illa uti tu scias. Valerius rex Cadusiorum sic scripsit. Remissa mihi auxilia integra, & incolumia gratanter accepi, & captum Valerianum principem principum non satis gratulor, magis gratularer si redderetur. Romani enim grauiores uincunt, quando uincuntur. Age igitur, ut prudentem decet, nec fortuna te inflammet, quæ multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet, & nepotem Casarem, et quid? habet & omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus insurget. Redde igitur Valerianum, et fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes ponticas profuturam. Artabesdes rex Armeniorum talem ad Saporem epistolam misit. In partem gloriæ uenio, sed uereor ne non tam uiceris, quàm bella seueris. Valerianum et filius repetit & nepos, sed duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, et omnes gentes, quæ sunt in illyrico, atque in Oriente, et in ponto, quæ cum Romanis cō

• sentiunt, aut Romanorum sunt. Vnum ergo senē ce-  
 • pisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas ti-  
 • bi fecisti, fortassis & nobis, qui auxilia misimus, qui  
 • vicini sumus, qui semper uobis inter uos pugnantibus  
 • laboramus. Bactriani, & Hiberi, et Albani, et Tau-  
 • roscythæ Saporis litteras non receperunt, sed ad Ro-  
 • manos duces scripserunt auxilia pollicentes ad Vale-  
 • rianum de captiuitate liberandum. Sed Valeriano  
 • apud Persas consensente. Odenatus Palmyrenus coli-  
 • lecto exercitu, rem Romanam propè in pristinū sta-  
 • tum reddidit. Cepit regis thesauros, cepit etiam quas  
 • thesauris cariores habent reges Parthici, cōcubinas.  
 • Quare magis reformidans Romanos duces Sapor ti-  
 • more Balistæ, atque Odenati in regnum suum ocyus  
 • se recepit. Atq; hic interim finis belli fuit Persici. Hac  
 • sunt digna cognitu de Valeriano. Nunc ad Valeria-  
 • num minorem reuertar.

#### VALERIANVS IUNIOR.

u Valerianus minor alia q̄ Galienus ma-  
 tre genitus, forma conspicuus, uerecun-  
 dia probabilis, eruditioe pro ætate cla-  
 rus, moribus periucundus, atq; à frat-  
 ris dissolutione seiunctus, à patre ab-  
 sente Cæsar est appellatus à fratre, ut Celestinus dicit  
 Augustus, nihil habet p̄dicabile in uita, nisi qd̄ est no-  
 biliter natus, educatus optime, & miserabiliter interē-  
 ptus. Et qm̄ scio errare plerosq;, qui Valeriani impa-  
 toris titulo in sepulchro legentes, illius Valeriani red-  
 ditum putant corpus, q̄ à Persis est captus, ne ullus er-

ror obrep at, mittendū in litteris censui. Hunc Valer-  
 rianū circa Mediolanum sepultū addito titulo Clau-  
 di iussu, Valerianus Imperator. Non puto plus ali-  
 quid uel de maiore Valeriano, uel de iuniore reqrens-  
 dum. Et qm̄ uereor nemodum uoluminis transcam,  
 si Galienum Valeriani filium, de quo iā nobis multa  
 tus sermo fuit, uel Salonium filium etiam Galieni, q̄  
 & Galienus dictus est, huic libro adiungam ad ali-  
 ud uolumentranscam. Semper enim me uobis dediti  
 & fame, cui negare nihil debeo, neq; possum.

#### EIVSDEM IULII CAPITOLINE GALIENI DVO.

c Apto Valeriano (enim uero unde im-  
 cipienda est Galieni uita, nisi ab eo p̄cā-  
 pue malo, quo eius uita, depresso ē). Nutante Rep. cū Odenatus iā orientis ce-  
 pissit imperiū, & Galienus compertus  
 patris captiuitate gauderet, uagabantur exercitus,  
 murmurabāt duces, erat ingens oīum incertor, qd̄ impa-  
 tor Romanus in Perside seruiliter teneretur. Galie-  
 no igitur et Volusiano COSS. Macrianus, et Balista  
 in unū coeūt, exercitus reliquas puocāt, et cū Roma-  
 nū in oriente nutaret imperiū, quē facerent impera-  
 torē reqrūt. Galieno tã negligenter se agente, ut eius  
 ne mentio qdem apud exercitum fieret. Deniq; cum  
 pluries eius rei causa conuenissent, placuit ut Macria-  
 num, cum filiis suis imperatores dicerent, ac Roma-  
 pu. defensandam capeferēt. Sic igitur imperium de-  
 latum est Macriano, & causa Macrianum imperā-



di, cum filiis hæ fuerunt. Primum, quod nemo eo tempore sapientior ducum habebatur, nemo ad res gerendas aptior. Deinde ditissimus, & qui privatis posset fortunis publica explere dispēdia. Huc accedebat quod liberi eius fortissimi iuvenes tota mente in bellum ruebant, ut essent legionibus exemplo ad omnia militaria. Macrianus ergo undiq; collectis exercitibus, Orientis partes petijt, atq; ut posset late sibi delatum defendere, & tueri imperium, bellum sic instruxit, atq; copias sic paravit, ut esset omnium circumspectus, quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrinus Pisonem unum ex nobilibus principibus senatus ad Achaïam destinavit ob hoc, ut Valentem, q̄ illic pro consulari imperio Remp. gubernabat, opprimeret. Sed Valens comperto qd̄ Piso contra se ueniret, sumpsit imperium. Piso igitur in Thessaliã se recepit. Vbi missis à Valente militibus compluribus interfectus est. Ipse quoq; imperator appellatus cognomento Thessalicus. Sed Macrianus retento in Oriente uno ex filiis, pacatis tamen rebus, Asiam primum uenit, deinde Illyricum petijt, in Illyrico cum Aurelio imperatore, qui contra Galienum imperium sumpserat, duce Domitiano nomine manum conferuit, unum ex filiis secum habens & XXX millia militum ducens. Sed uictus est Macrianus cum filio Macriano nomine, deditusq; omnis exercitus Aureolo imperatori. Turbata interim Rep. totoq; penitus orbe terrarum, ubi Odenatus comperit Macrianum cum filio interemptum, regnare Aureolum, Galienum remissius agere festinavit ad alterum filium Macriani, cum exercitus hoc

daret fortuna capiendum. Sed ij, qui erant cum filio Macriani Quieto nomine consentientes Odenato, auctore præfecto Macriani Balista iuuenem occiderunt, missoq; per murum corpore, Odenato se omnes affatim dederunt. Totius propè igitur Oriētis factus est Odenatus imperator, cū Illyricum teneret Aureolus. Romam Galienus idem Balista multos emiscenos, ad quos confugerant Macriani milites, cum Quieto, & thesaurorum custode interfecit, ita ut ciuitas penè deleretur. Odenatus inter hæc quasi Galieni partes ageret, cuncta eidē nuntiare ex ueritate faciebat. Sed Galienus cognito, quod Macrianus cum suis liberis esset occisus, quasi securus rerum, ac patre iam recepto libidini, & uoluptati se dedit. Ludos circenses, ludosq; scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam uenationem, & ludos gladiatorios dedit. Populumq; quasi uictorialibus diebus ad festiuitatem, ac plausum uocauit, et cum pleriq; patris eius captiuitatem mcererēt, ille specie decoris, quod pater eius uirtutis studio deceptus uideretur, supra modum lætatus est. Constabat autem censuram parentis eum ferre non potuisse, uotumq; illi fuisse, qd̄ imminentem ceruicibus suis grauitatem pater iã nō haberet. Per idem tempus Æmilianus apud Aegyptum sumpsit imperium occupatis horreis multa oppida malo famis pressit. Sed hunc dux Galieni Theodotus conflictu habito cepit, atque imperatori Galieno uiuum transmisit. Aegyptus. n. data Æmiliano per Transthebanos milites  
seuitem est  
ribus, cum Galienus & in luxuria & improbitate p̄sisteret. Cūq;

ludibrijs, & belluatiōi uacaret, neq; aliter Rempu-  
regeret, quā cum pueri fingunt per ludibria potesta-  
tes, Galli, quibus insitum est esse leues, ac degeneran-  
tes à ciuitate Romanoana, & luxuriosos principes ferre  
non posse, Posthumum ad imperium uocarunt, exer-  
citijs consentientibus, qui occupatum imperatorem  
libidinibus q̄rebantur, contra hæc Theodotus exerci-  
tum duxit. Cumq; urbem, in qua erat posthumus,  
obsidere cœpisset, decernentibus Gallis, Galienus mu-  
ros circūiens sagitta ictus est. Sed per annos septē Pos-  
thumus imperauit, & Gallias ab omnibus circū-  
fluentibus Barbaris ualidissime uindicauit. His coar-  
ctus malis Galienus pacem cum Aureolo facit oppu-  
gnandi Posthumi studio longo bello tracto. Per diuersi-  
sas obsidiones, ac prælia rem modo feliciter, modo in-  
feliciter gerit. Accesserat præterea his malis, qđ Scy-  
thæ Bithyniam inuasent, ciuitatesq; deleuerāt. De-  
niq; Astatum, quæ postea Nicomedia dicta est, incen-  
sam grauer uastauerunt. Deniq; quasi coniuratione  
totius mundi concussis orbis partibus, etiam in Sici-  
lia quasi quoddam seruile bellum extitit latronibus  
euagantibus, qui uix oppressi sunt. Et hæc omnia Ga-  
lieni contemptu fiebant. Neq; enim quicquam est ad  
audaciam malis, ad spem bonorum bonis prompti-  
us, quā cum uel malus timetur, dissolutus contem-  
nitur imperator. Galieno & Faustino COSS. inter  
tot bellicas clades etiam terræmotus fuit, & tenebræ  
per multos dies. Auditam præterea tonitruum terra  
rugiente non Ioue tonante. Quo motu multæ fabri-  
cæ deuoratæ sunt cum habitatoribus. Multi terrore

mortui, quod qđem malum tristius in Asiæ urbibus  
fuit. Mota est & Roma, mota & Libya, hiatus terræ  
plurimis in locis fuerunt, cum aqua salsa in fossis ap-  
pareret. Maria etiam multas urbes occuparunt. Pax  
igitur deum quæsita, in spectis Sibyllæ libris, factum  
q; Ioui salutare, ut præceptum fuerat, sacrificium. Nā  
& pestilētia tanta extiterat uel Romæ, uel in Achai-  
cis urbibus, ut uno die quinq; millia hominum pari-  
morbo perirent. Sæuiente fortuna cum hinc terræmo-  
tus, inde hiatus soli ex diuersis partibus pestilentia or-  
bem Romanum uastaret, Capto Valeriano, Gallis  
parte maxima obsessis, cum bellum Odenatus infer-  
ret, cum Aureolus perurgeret Illyricum, cum Æmis-  
lianus Ægyptum occupasset, Gotthi & Clodius, de  
quo dictum est superius, occupatis Thracijs, Macedo-  
niam uastarunt, Thessalonicam obsederunt, neque  
usquam quies mediocriter salutem ostentare uisa est.  
Quæ omnia contemptu, ut sæpius diximus, Galieni  
fiebant hominis luxuriosissimi. & si esset securus, ad  
omne dedecus paratissimi. pugnatum est in Achaiæ  
Macriano duce contra eosdem Gotthos. Unde uicti  
per Achæos recesserunt. Scythæ autem, hoc est pars  
Gotthorum, Asiam uastabant. Tūc etiam templum  
Dianæ Ephesiæ dispoliatū, et incensum ē, cuius opus  
est fama in populos satis nota. Pudet numerare inter  
hæc tempora, cum ista gererentur, quæ sæpe Galie-  
nus malo generis humani quasi per iocum dixerit.  
Nam cum ei nuntiatum esset Ægyptum descuisse, di-  
xisse fertur. Quid sine lino ægyptio esse non possu-  
mus? Cum autem uastatam Asiam, et elementorum

concurſionibus, & Scytharum incurſionibus com-  
periffet. Quid inquit, ſine Aphronitris eſſe non poſ-  
ſumus? Perdita Gallia arriffiſſe, ac dixiſſe perhibetur.  
Non ſine trabeatis ſagis tuta Reſp. eſt? Sic deniq; de  
omnibus partibus mundi, cum eas amitteret, quaſi  
detrimentis uilium miniſteriorum uideretur affici, io-  
cabatur. Ac, nequid mali deſſet Galieni temporibus  
Byzantiorum ciuitas clara naualibus bellis clauſtrū  
ponticum per eiufdem Galieni milites ita omnis uas-  
tata eſt, ut prorfus nemo ſuper eſſet. Deniq; nulla ue-  
tus familia apud Byzantios inuenitur, niſi ſiquis pere-  
grinatione, uel militia occupatus euasit, qui antiquita-  
tem generis, nobilitatēq; repræſentet. Contra poſthu-  
mum igitur Galienus cum Aureolo, & Claudio du-  
ce, qui poſtea imperium obtinuit, principem generis  
Cōſtantini Caſaris noſtri bellum incepit, cum mul-  
tis auxilijs Poſthumus iuuaretur, Celtis, atq; Francis  
in bellum cum Victorino proceſſit, cum quo imperiū  
participauerat. Victrix Galieni pars fuit pluribus pa-  
lijs euentuum ratione decurſis. Erat enim in Galie  
no ſubitæ uirtutis audacia, nā aliquando iniurijs gra-  
uiter mouebatur. Deniq; ad uindictam Byzantiorum  
proceſſit, & cum non putaret recipi ſe poſſe muris re-  
ceptus alio die omnes milites inermes armatorum cor-  
rona circumdatos interemit factō ſcœdere, quod promi-  
ſerat. per eadem tempora etiam Scythæ in Aſia Ro-  
manorū ducum uirtute, ac ductū uasſati ad propria  
receſſerunt. Interfectis ſanè militibus apud Byzantiū,  
Galienus, quaſi magnum aliquid geſſiſſet, Romam  
cuſur apido conuolauit. Conuocauitq; patribus, det

ecunia celebrauit nouo genere ludorum, noua ſpecie  
pomparum, exquisito genere uoluptatum. Iam pri-  
mum inter togatos patres, & equeſtrem ordinem al-  
batoſ milites, & omni populo præeunte ſeruis etiam  
propè omnium, & mulieribus cum cereis facibus, et  
lampadis præcedentibus capitolum petit. Proceſſe-  
runt etiam altrinſecus centeni albiboues cornibus au-  
ro iugatis, & dorſualibus ſericis diſcoloribus præful-  
gentes. Agnæ candentes ab utraq; parte ducentæ præ-  
ceſſerunt, & decem elephanti, qui tunc erant Romæ  
mille ducenti gladiatores pompabiliter ornati. Cum  
auratis ueſtibus matronarum manſuetæ feræ diuerſi  
generis ducentæ ornati quammaximo affectæ. Car-  
penta cum mimis, & omni genere hiſtrionum pugi-  
les faculis non ueritate pugilantes. Cyclopea etiā luſe-  
runt omnes apenarij, ita ut miranda quædā, et ſtupē-  
da monſtraret. Omnes uia ludis, ſtrepituq; , & plau-  
ſibus perſonabant, ipſe medius cum picta toga et tuni-  
ca palmata inter patres, ut diximus, omnibus ſacer-  
dotibus prætextatis capitolum petijt. Haſtæ auratæ  
altrinſecus quingentæ. Vexilla centena, & præter ea,  
quæ collegiorū erant, dracones, & ſigna templorum,  
omniumq; legionum ibant. Ibant præterea gentes ſi-  
mulatæ, ut Gotthi, Sarmatæ, Franci, Perſæ, ita ut nō  
minus q̄ ducenti globis ſingulis ducerentur. Hac pō-  
pæ homo ineptus eludere ſe credidit populum Ro.  
ſed ut ſunt Romanorū facetiæ, alius Poſthumo fauebat  
alius Regiliano, alius Aureolo, aut Æmiliano, alius  
Saturnino. Nam & ipſe iam imperare dicebatur. In-  
ter hæc in gens querela de patre, quem inultum filius.



relinqueret, & quem externi utcumq; uindicauerāt. Nec tamen Galienus ad talia mouebatur obstupescere uoluptatibus corde, sed ab ijs, qui circum eū erant, requirebat, & quid habemus in prandio? & quæ uoluptates paratæ sunt? Et qualis cras erit cœna? quales circenses? sic confecto itinere, celebratisq; hecatombis, ad domum regiam rediit, conuiujsq; & epulis depulsis, alios dies uoluptatibus publicis deputabat. Prætereundum non est haud ignobile facetiarum genus. Nam cum rex Persarum quasi captiuorum p̄p̄am duceretur, quidam scurræ miscuerunt se Persis diligentissime seruantes omnia, atq; uniuscuiusque uultum mira inhiatione mirantes. A quibus cum quaereretur, quidnā agerent illa solertia, illi responderūt, patrem principis quaerimus. Quod cum ad Galienū peruenisset, non pudore, non mœrore, non pietate cōmotus est, scurrasq; iussit uiuos exuri. Quod populus factum tristius quàm quisquam aestimat, tulit. Milites uero ita doluerunt, ut non multo post uicem redderent. Galieno, & Saturnino COSS. Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius orientis imperiū, iccirco præcipue quod se fortibus factis dignū tāta maiestatis infulis declarauit Galieno aut nullas, aut luxuriosas, aut ineptas, & ridiculas res agente. Deniq; statim bellum Persis in uindictam Valeriani, quam eius filius negligebat, indixit. Nisibin, & Carras statim occupat, tradētib; sese Nisibenis, atq; Carrenis, & increpitantibus Galienum. Nec desuit tamen reuerentia Odenati circa Galienum. Nam captos satrapas insultandi propè gratia, & ostentandi sui ad eū

missit. Qui cum Romam deducti essent uiuente Odenato triumphauit Galienus nulla mentione patris facta, quem nec inter deos quidem nisi coactus renulit, cum mortuum audisset, sed adhuc uiuentem. nam de illius morte falso compererat. Odenatus autem ad Ctesiphontem Parthorum multitudinem obsedit. Vastatisq; circum omnibus locis, innumeros homines interemit. Sed cum satrapæ omnes ex omnibus regionibus illuc defensionis communis gratia conuolassent. fuerunt longa, & uaria prælia. longior tamen Romana uictoria. Et cum nihil aliud ageret, nisi ut Valerianū Odenatus liberaret, instabat quotidie, ac locorū difficultatibus in alieno solo impator optimus laborabat. Dū hæc apud Persas geruntur, Scythæ in cappadociā puaserunt. illic captis ciuitatibus, bello est uario diuicias ad Bithyniā contulerunt. Quare milites iterum de nouo impatore faciendo cogitauerunt, quos oēs Galienus more suo cum placare, atq; in gratiā suā reducere non posset, occidit. Cum tñ sibi milites dignum principē quaererēt, Galienus apud Athenas ἀρχων erat, idest summus magistratus uanitate illa, qua & ciuis ascribi desyderabat, & sacris omnibus interesse. Quod neq; Adrianus in summa felicitate, neq; Antoninus in adulta fecerat pace, cū tanto studio graecarū doctifuerint litterarū, ut raro aliquibus doctissimis magnorū arbitrio cesserint uiros. Areopagitarū præterea cupiebat igeri numero p̄tēpta propè Rep. Fuit enim Galienus, quod negari non potest, oratiōe, poemate, atq; omnibus artibus clarus. Huius est illud epithalamium, quod inter centum poetas præcipuū

fuit. Nam cum fratrum suorum filios iungeret, oēs poetae graeci, latiniq; epithalamia dixissent, Id per dies plurimos ille cum manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, septus, ita dixisse fertur.

- Ite ait o pueri pariter sudate medullis
- Omnibus inter uos, non murmura uestra columbae,
- Brachia non ederae, non uincant oscula conchae.

Longum est eius uersus, orationesq; connectere, quibus suo tempore tam in poetas, quam in retores emicuit. Sed aliud in imperatore quaeritur, aliud in oratore, uel poeta flagitatur. Laudatur sanè eius optimum factum. Nam consulto Valeriani fratris sui, et Lucilli propinqui ubi comperit ab Odenato Persas uastatos, redactam Nisibin, et Carras in potestatem Romanam, omnem Mesopotamiam nostram, deniq; Ctesiphontem esse peruentum, fugisse regem, captos Satrapas, plurimos Persarum occisos, Odenatum participato imperio Augustum uocauit, eiusq; monetam qua Persas captos traheret, cudi iussit, qd et senatus, et urbs, et omnis aetas gratanter accepit. Fuit praeterea idem ingeniosissimus, cuius ostendentia acumen pauca libet ponere. Nam cum taurum ingentem in arenam misisset, exissetq; ad eum feriendum uenator, neq; per ductum decies potuisset occidere coronam uenatori misit, missantibus quoq; cunctis, quid rei esset, qd homo ineptissimus coronaretur, ille per curionem dici iussit. Taurum toties non ferire difficile est. Idem, cum quidam gemmas uitreas pro ueris uendidisset eius uxori, atq; illa re prodita, uindicari uellet, surripi quasi ad leonem uenditorem iussit. Deinde cauea caponem

emittit,

emittit, mirantibusq; cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iussit. Imposturam fecit, et passus est. deinde negotiatorem dimisit. Occupato tamen Odenato bello persico. Et Galieno rebus ineptissimis, ut solebat, incumbente Scythae nauibus factis Heracleam peruenerunt, atq; inde cum praeda in solum proprium reuerterunt, quamuis nulli naufragio perierunt, nauali bello superati. Per idem tempus Odenatus insidijs consobrini sui interemptus est cum filio Herode, quem et ipsum imperatorem appellauerat. Tunc Zenobia uxor eius, quod paruuli essent filij eius, qui supererant Herennianus, et Timolans, ipsa suscepit imperium, diuq; rexit non muliebriter, neq; more foemineo, sed non solum Galieno uirago melius imperare potuisset, uerum etiam multis imperatoribus fortius, atq; solertius. Galieno sanè ubi nuntiatum Odenatum interemptum, bellum Persis adseram nimis uindictam patris parauit. Collectisq; per Heraclianum ducem militibus solertis principis rem gerebat. Qui tamen Heraclianus, cum contra Persas profectus eēt, à Palmyrenis uictus omnes, quos parauerat, milites perdidit, Zenobia Palmyrenis, et orientibus plerisque uiriliter imperante. Inter haec Scythae per euxinum nauigantes Istrum ingressi multa grauia in solo Romano fecerunt. Quibus compertis, Galienus Cleochanum, et Athenum Bizanios instaurandis urbibus, muniendisq; praefecit. Pugnatumq; est circa pontum, et à Bizantijs ducibus uicti sunt Barbari, Veneriano item duce nauali bello Gotthi superati sunt, tum ipse Venerianus militari perijt morte. Atq; inde Cyricum

et

Et Asiam, deinceps Achaïam omnem uastauerunt,  
 Et ab Atheniensibus duce Dexippo scriptore horum  
 temporum uicti sunt. Unde pulsî per Epeïrwm, Mace  
 doniam, Mœsiã peruagati sunt. Galienus interea uix  
 excitatus publicis malis Gotthis uagantibus per Illy  
 ricum occurrit, Et fortuito plurimos interemit. Quo  
 comperto, Scythæ facta carragine per montem Cessa  
 rem fugere sunt conati. Omnes inde Scythas Martia  
 nus uariabellorum fortuna agitauit, quæ omnes Scy  
 thas ad rebellionem excitaret. Et hæc quidem Hera  
 cliani ducis erga Remp. deuotio fuit. Verum cū Gal  
 lienî tantam improbitatem ferre non possent, consiliū  
 inierunt Martianus, Et Heraclianus, ut alter eorum  
 imperium caperet, Et Claudius quidem, ut suo dice  
 mus loco, uir omnium optimus electus est, qui consilio  
 non assuerat, essetq; apud cunctos in reuerentia, ut di  
 gnus uideretur imperio, quemadmodum postea com  
 probatum est. Is enim Claudius, à quo Constantinus  
 uigilantissimus Cæsar originem ducit. Fuit iisdem soci  
 us in appetendo imperio qdam Ceronius siue Cecro  
 pius dux Dalmatarum, qui eos Et urbanissime, Et pru  
 dentissime adiuuit. Sed cum imperiū capere uiuo Ga  
 lienno nō posset, huiusmodi eū insidijs appetendū esse  
 duxerunt, ut labē improbissimam malis fessa Rep.  
 à gubernaculis humani generis dimouerent, ne diuti  
 us theatro, Et circo ad dicta Rep. per uoluptatū de  
 periret illecebras. Insidiarum genus fuit tale. Galienus  
 ab Aureolo, qui principatum inuaserat, dissidebat, spe  
 rans quotidie grauē, Et intolerabilē tumultuarij im  
 peratoris aduentū. Hoc scientes Martianus, Et Cæ

cropius subito Galieno iusserant nuntiari, Aureolū iā  
 uenire. Ille igitur militibus cōgregatis quasi certū pro  
 cessit ad prælium, atq; ita missis percussoribus interē  
 ptus ē. Et qdē Cecropij Dalmatarum ducis Galienus di  
 citur eē percussus, ut qdā ferunt, circa Mediolanū, ubi  
 cōtinuo et frater eius Valerianus est interēptus, quē  
 multū Augustum, multū Cæsarem, multū neutrum fuisse  
 dicunt, qd uerisimile non est. Si qdem capto iam Vale  
 riano, scriptum inuenimus in fastis, Valeriano impa  
 tore COS. quis igitur alius potuit esse Valerianus ni  
 si Galieni frater? Constat de genere, non satis tñ cōstat  
 de dignitate, uel ut cœperunt alij loqui, de maiestate.  
 Occiso igitur Galieno seditio in gens militū fuit cū spe  
 prædæ, ac publicæ uastationis imperatorem sibi utilē,  
 necessarium, fortē, efficacem, ad inuidiam faciendā  
 dicerent raptum. Quare consiliū principū fuit, ut  
 milites eius quo solent placari genere sedarentur. Pro  
 missis itaq; p Martianum aureis uicenis, Et acceptis  
 (nam præstō erat thesaurorum copia) Galienū tyrā  
 num militari iudicio in fastos publicos retulerunt. Sic  
 militibus sedatis, Claudius uir sanctus, ac iure uenera  
 bilis, Et bonis omnibus carus, amicus patriæ, amicus  
 legibus, acceptus senatui, populo bene cognitus acce  
 pit imperium. Hæc uita Galieni fuit breuiter à me lit  
 teris intimata, qui natus abdomini, Et uoluptatibus  
 dies, ac noctes uino, Et stupris perdidit orbē terrarum.  
 triginta propè tyrānos passus est Romanum dehone  
 states imperiū, ita ut et mulieres eo melius imparēt.  
 Ac ne eius ptereat miserāda solertia, ueris tpe cubi  
 cula de rosis fecit. De pomis castella composuit. Uuas



triennio seruauit. Hyeme summa melones exhibuit. Mustum quemadmodum toto anno haberetur, docuit. Ficos uirides, & poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit, mantilibus aureis semper strauit. Gemmata uasa fecit, eademq; aurea crinibus suis auri scobem aspersit, radiatus sæpe processit cum chlamyde purpurea gemmatisq; fibulis, & aureis Romæ uisus est. Vbi semper togati principes uidebantur, purpuream tunicam, auratamq; uirilem, eademq; manicatam habuit. Gēmato baltheo usus est, caligas gemmatas annexuit, cum compages reticulos appellaret, conuiuatus in publico est. Congiarijs populum molliuit. Senatui sportulam sedēs erogauit. Matronas ad consulatum suum rogauit, ijs demq; manum sibi osculātibus quaternos aureos sui nominis dedit. Vbi de Valeriano patre comperit qđ captus eēt, id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, sciebā me genuisse mortalem, dixit ille. Sciebam patrem meum esse mortalem. Nec defuit Anninus Cornicula, qui eum quasi constantem principē falso sua uoce laudaret, peior tamen ille, qui credidit. Sæpe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, cū processui, & recessui cani iuberet. Lauit die septimo æstate, uel sexto, hyeme secundo, uel tertio. Bibit in aureis semper poculis aspernatus uitrum dicens, nil eo esse communius. Semper uina uariamit. Neq; unquā in uno conuiuio ex uno uino duo pocula bibit. Concubinae in eius triclinijs sæpe accubuerunt. Mensam secundam scurrarum, et nimorum semper propē habuit. Cum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina

officia sequebantur. Ibant & præfecti, & magistri officiorum omnium adhibebantur conuiujs, & cœnationibus. Lauabāt etiam simul cum principe. Admittebantur sæpe etiam mulieres cum ipso pulchræ puellæ, cum illis anus deformes, et iocari se dicebat, cū orbem terrarum undiq; perdidisset. Fuit tamē nimie crudelitatis i milites, nā et terna millia, & quaterna militum singulis diebus occidit. Statuam sibi maiorē colosso fieri p̄cepit solis habitu, sed ea imperfecta perijt. Tam magne deniq; cœperat fieri, ut duplex ad colossum uideretur. Poni autem illam uoluerat in summo æsquiliarum monte, ita ut hastam teneret, per cuius caput infans ad summum posset ascendere. Sed et Claudio, & Aureliano deinceps stulta res uisa est. Siquidem etiam equos, & currum fieri iusserat pro qualitate statuæ, atq; in acutissima base poni. Porticū flaminiam usq; ad pontem miluium, & ipse parauerat ducere, ita ut tetrastyce fieret, ut autem alij dicūt, pentastyce, ita ut primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statujs, secundus & tertius, & deinceps δὲ τεσσάρων colūnas. Lōgum est cuncta in litteras mittere, quæ qui uolet scire, legat Palphuriū Suram, qui ephemeridas eius uitæ composuit. Nos ad Saloninum reuertamur.

EIVSDEM SALONINVS GALIENVS.

h Ic Galieni filius fuit, nepos Valeriani,  
 de quo quippe nihil est quod dignum  
 in litteras mittatur, nisi quod nobiliter  
 natus, educatus regie, occisus deinde non  
 sua, sed patris causa. De huius nomine  
 magna est ambiguitas. Nam multorum Galienum,  
 multi Saloninum historiae prodiderunt. Et quod Saloninum,  
 iccirco quod apud Salonas natus esset, cognominatum ferunt. Qui autem Galienum patris nomine  
 cognominatum, et avi Galieni summi quondam in  
 Rep. uiri. Fuit denique haecenus statua in pede montis  
 Romulei, hoc est ante sacram uiam intra templum  
 Faustinae aduecta ad arcum Fabianum, quae haberet  
 inscriptum Galieno minori, Salonino additum, ex quo  
 eius nomen intelligi poterit transisse decennium imperij  
 Galieni, satis clarum est, quod iccirco addidi, quia  
 multi eum imperij sui primo anno periisse dixerunt.  
 Fuisse autem et alias rebelliones sub eodem, de quibus  
 proprio dicemus loco, siquidem placuit triginta tyrannos  
 uno uolumine includere, iccirco quod nec multa de his  
 dici possunt, et in Galieni uita pleraque iam dicta sunt.  
 Et haec quidem de Galieno hoc interim libro dixisse  
 sufficiat. Nam et multa iam in Valeriani uita in libro,  
 qui de XXX. tyrannis inscribendus est, iam loquimur,  
 quae iterari, ac saepius dici minus utile uidebatur.  
 Huc accedit, quod quaedam etiam studiose praetermissi,  
 ne eius posteris multis rebus editis laederentur.  
 Scis enim ipse quales homines cum ijs, qui

aliqua de maioribus eorum scripserint, quantum gerant  
 bellum, nec ignota esse arbitror quae dixit. M. Tullius  
 in Hortensio, quem ad exemplum Protreplici scripsit.  
 Unum ponam tamen, quod iucunditatem quandam, sed  
 uulgarem habuit, morem tamen nouum fecit. Nam cum  
 cingula sua plerique militarium, qui ad conuiuium  
 uenerant, ponerent, hora conuiuii Saloninus puer,  
 siue Galienus his auratos, constillatosque baltheos  
 rapuisse perhibetur, et cum esset difficile in aula  
 palatina requirere, quod perisset, ac tacitis militibus  
 uiri detrimenta pertulissent, postea rogati ad conuiuium  
 cincti accubuerunt. Cumque ab his quaeretur, cur non  
 soluerent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino  
 deferimus. Atque hinc tractum morem, ut deinceps cum  
 imperatore cincti discumberent. Negare non possum  
 alium et plerisque uideri huius rei ortum esse morem,  
 dicunt enim militare prandium, quod dictum est  
 prandium ab eo, quod ad bellum milites parat, a  
 cinctis initum. cui rei argumentum est, quod a  
 discinctis etiam cum imperatore coenatur. Quae  
 iccirco posui, quia digna et memorata uidebantur,  
 et cognita. Nunc transeamus ad triginta tyrannos,  
 qui Galieni temporibus contemptu mali principis  
 extiterunt. De quibus breuiter, et pauca dicenda  
 sunt. Neque enim digni sunt eorum plerique, ut  
 uolumen tantum hominum saltem nominibus occuparetur.  
 Quamuis eorum aliqui non parum in se uirtutis  
 habuisse uideantur, multum etiam Reip. profuisse.  
 Tam uariae item opiniones sunt de Salonini nomine,  
 ut qui se uerius putat dicere, a matre sua Salonina  
 appellatum

GALIENVS

eē dicant, quam is perdit dilexerit, Piparam nomine barbaram regis filiam. Galienus cum suis semper flauum crinem condidit. De annis autem Galieni, & Valeriani ad imperium pertinentibus adeo incerta traduntur, ut cum quindecim annos eosdē imperasse constet idest Galienum usq; ad quintumdecimum peruenisse, Valerianus uero sexto sit captus, alij IX. annis, alij bis decem annis. Alij etiam Galienū imperasse in litteras mittant, cum constet & decennalia Romae ab eodem celebrata, & post decennalia Gotthos ab eo uictos, cum Odenato pacem factā, cum Aureolo initam esse concordiam, pugnatum contra Posthumum, contra Lollianum multa etiam ab eo gesta, quae ad uirtutem, plura tamen quae ad dedecus pertinebant. Nam & semper noctibus popinas dicitur frequentasse, & cum lenonibus, mimis, scurrisq; uixisse.

TREVELLII POLLIONIS DIVVS CLAVDIVS.

Eliciter uentum est ad principē Claudium, qui nobis intuitu Constantini Caesaris cū cura in litteris digerendus est. De quo ego iccirco recusare nō potui, quod alios tumultuarios uidelicet impatores, ac regulos scripseram eo libro, quem de XXX tyrannis edidi, qui cleopatranam etiam stirpem, & uictorianam, & quae nunc est, detinet. Si quidem eō res processit, ut mulierum etiam uitas scribi Galieni comparatio effecerit. Neq; enim fas erat eum tacere principem, qui tantam generis prolem, q̄ bellum Gothicum sua uirtute consecit, qui manum publicis cladibus uictor imposuit, qui Galienum prodigiosum imperatorem, etiam si non author consilij fuit, tamen ipse impaturus bono generis humani à gubernaculis publicis depulit, qui si diutius in hac esset commoratus Rep. Sciptiones bonos & Camillos, omnesq; illos ueteres suis uirtutibus, suis consilijs, sua prudentia reddidisset. Breue illius in imperio fuit tempus, sed breue fuisset etiam, si quantum hominum uita suppetit, tantum uir talis imperare potuisset. Quid enim in illo non mirabile? quid non conspicuum? quid non triumphalibus uetustissimis praefendum? In quo Traiani uirtus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & magnorum principū bona sic fuerunt, ut non nihil ab alijs exemplum caperet. Sed et si illi non fuissent, hic ceteris reliquisset exemplum.



Doctissimi mathematicorum C. & XX. annos homini ad uiuendum datos iudicant, neq; amplius cuiquam iactitant esse concessum, etiam illud addentes Mosē solum dei, ut indeorum libri loquuntur familiarē C. XXV. annos uixisse. Qui cum quereretur, quod iuuenis interiret, responsum ei ab incerto ferūt numine, neminem plus esse uicturum. Quare etiam si C. & XXV. annos Claudius uixisset, necessariā quidem mortem eius expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, stupenda, & mirabilis docet uita. Quid enim magnum uir ille domi, forisq; non habuit? Amavit parentes. Quid mirum? Amavit & fratres. Iam potest dignum esse miraculo. Amavit propinquos, res nostris temporibus comparanda miraculo. Inuidit nulli, malos persecutus ē. Fures indices palam, aperteq; dānauit. Stultus quasi negligeret indulgit. Leges optimas dedit. Talis in Rep. fuit, ut eius stirpem ad imperium summi principes eligerent, emendatior senatus optaret. In gratiam me quispiam putet Constantini Caesaris loqui, sed testis est & tua conscientia, & uita mea nihil unquam cogitasse, dixisse, fecisse gratiosum. Claudium principem loquor, cuius uita, probitas, & omnia, quae in Rep. gessit, tantam posteris famam dedere, ut. S. P. Q. R. nouis eum honoribus post mortē affecerit. Illi clypeus aureus, uel, ut grāmatici loquuntur, clypeū aureum Senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est, ut ē nunc uidetur. Expressa thorace uultus eius imago, quod nulli ante a po. Ro. sumptu suo in Capitolio ante Iouis OPT. MAX. templum statuā

auream X Ped. collocauit. Illi totius orbis iudicio in rostris posita est columna cum palmata statua superfixa, librarum argenti mille quincentarum. Ille uelut futuroꝝ memor, gentes flauias, quae Vespasiani, et Titi, nolo autē dicere Domitiani, fuerant, propagauit, ille bellum Gothicum breui tempore impleuit. Adulator igitur senatus, adulator P. R. adulatrices exteræ gentes, adulatrices prouinciæ, siquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis ciuitas statuis, uexillis, coronis, fanis, arcibus bonum principem aris, ac templis honorauerunt. Interest eorū, qui bonos imitantur principes, & totius orbis humani interest cognoscere, quæ de illo uiro. S. C. sint cōdita, ut oēs iudiciū publicæ mentis agnoscant. Nā cū esset nuntiātū nono Calen. April. ipso in sacrario matris \* sanguinis die Claudium imperatori factum, neq; cogi senatus sacrorum celebrandorū causa posset, sumptis togis iuuenit ad Apollinis templum, ac lectis litteris Claudij principis, hæc in Claudium dicta sunt. Auguste Claudij te nobis præstent. Dictum sexages. Claudij Auguste principem, aut qualis tu es semper optauimus. Dictum quadragies. Claudij Auguste tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu uere princeps. Dictū octuages. Claudij Auguste, tu nos ab Aureolo uiridica. Dictū quinquages. Claudij Auguste tu nos à Zenobia, & à Victoria libera. Dictū septies. Claudij Auguste Tetricus nihil fuit. Dictum septies. Qui primum ut factus est imperator, Aureolum, qui grauior Reip. fuerat, quod multum Galieno placebat, cōflictu habito à Reip. gubernaculis depulit. tyrannūq; missis

ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus iudicavit. His accedit, quod arrogantem Aureolum, & scelus petentem, imperator gravis & severus non audiuit responso tali repudiatum. Hæc à Galieno petenda fuerant, qui consentire moribus poterat, & timere. Denique iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitæ, ac moribus suis habuit. Et hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, & ridicule quidem. Nam Gallus Antipater Antillariorum, & historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit. Venimus ad imperatorem nominis sui, ut magna eius videlicet virtus ab auro nomen accipet. At ego scio sæpius inter gladiatores bonis pugnantibus hoc nomen appositum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomine in indice ludorum. sed redeamus ad Claudium. Nam, ut superius diximus, illi Gotthi, qui evaserant eo tempore, quo illos Macrianus est persecutus, quosque Claudius emitti non siverat, nequid fieret, quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitaverant prædas. Denique Scytharum diversi populi, Peucini, Ostrogotthæ, Virdingui, Gepide, Celta etiam. & Heruli prædæ cupiditate in Romanum solum, et Remp. venerunt, atque illic pleraque vastarunt, dum alijs occupatus est Claudius, dumque se ad id bellum, quod confecit, imperatorie instruit, ut videantur fata Romana boni principis occupatione lentata. Sed credo, ut Claudij gloria accresceret, eiusque fieret gloriosior toto penitus orbe victoria. Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tunc fuere. Dicat nunc qui

nos adulationis accusat, Claudium minus esse amabilem. armatarum trecenta viginti millia quis tandem Xerxes hoc habuit? quæ fabella istum numerum effinxit? Quis poeta composuit? trecenta viginti millia armatarum fuerunt. Adde servos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, consumptasque sylvas. Laborasse denique ipsam, quæ tantum barbarici timoris excerpt, terram puto. Extat ipsius epistola missa ad senatum legenda ad populum, qua indicat de numero Barbarorum, quæ talis est. Senatui, populoque Ro. Claudius princeps (hanc autem ipse distasse perhibetur, Ego verba magistri memoriæ non requiro). P. C. militantes audite, quod verum est. Trecenta viginti millia Barbarorum in Romanum solum armati venerunt, hæc si uicero, vos vicem reddite meritis, si non uicero scitote me post Galienum uelle pugnare. Fatigata est tota Resp. Pugnabimus post Valerianum, post Ingenium, post Regillianum, post Lollianum, post Postumum, post Celsum, post mille alios, qui contemptu Galieni principis à Rep. defecerunt. Non scuta, non spatæ. non pilæ iam supersunt. Gallias, et Hispanias vires Reip. Tetricus tenet, & omnes sagittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet. Quicquid fecerimus, satis grande est. Hos igitur Claudius ingenita illa uirtute superauit. Hos breui tempore attriuit. De his uix aliquos ad patrium solum redire permisit. Rogo quantum pretium est clypeus in curia tantæ uictoriæ, quantum una aurea statua, dicit Ennius de Scipione. quantum statuam facit Po. Ro. quantum columnam, quæ res tuas gestas loquatur? Possunt

nus dicere Flauium Claudium unicū in terris prin-  
 cipem non columnis, non stauis, sed famæ uiribus ad-  
 iuari. Habuerunt præterea duo millia nauium, du-  
 plicem scilicet numerum, quam illum, quo tota pari-  
 ter Græcia, omnisq; Thessalia urbes etiam Asiæ quon-  
 dam expugnare conata est. Sed illud poeticus stylus  
 fingit, hoc uera continet historia. Claudio igitur scri-  
 ptores adulamur, qui duo millia nauium barbararū,  
 & trecenta uiginti millia armatorū deleuit, oppressit,  
 attriuit, qui carraginem tantam quātā numerus hic  
 armatorum sibi met aptare potuit, et parare, nūc mā-  
 cipia fecit, nunc cum omnibus familijs Romano ser-  
 uitio deputauit, ut docet eiusdem epistola, quā ad Iu-  
 uenium Brocchum scripsit Illyricum tuentem. Claudi-  
 us Broccho. Deleuimus trecēta uiginti millia Gottho-  
 rum, duo millia nauium merimus. Tecta sunt flumi-  
 na scutis, spatīs, & lanceolis. Omnia litora operiuntur.  
 Campi ossibus latent tecti, nullum iter purum ē,  
 ingens carrago deserta est. Tantum mulierum cepi-  
 mus, ut binas et ternas mulieres uictor sibi miles posi-  
 sit adiungere. Et utinam Galienum non esset passa  
 Resp. utinam sexcentos tyrannos non pertulisset. Sal-  
 uis militibus, quos prælia sustulerunt, saluis legionis-  
 bus, quas Galienus male uictor occidit, quantum eēt  
 additum Reip. Siquid nunc uerba naufragij publici  
 colligat nostra diligentia ad Romanæ Reip. decus.  
 Pugnatum est enim apud Mæsius, & multa prælia  
 fuerunt apud Martianopolim, multi naufragio perie-  
 runt, pleriq; capti reges, captæ diuersarum gentium  
 nobiles scemina, impletæ barbaris seruis, senibusque

cultoribus Romanæ prouinciæ. Factus miles barbarus,  
 & colonus ex Gottho. Nec ulla fuit regio, q̄ Got-  
 thum seruum triumphali quodam seruitio non habe-  
 ret. Quicquid bonum barbarorum nostri uidere maio-  
 res, quicquid ouium, quicquid equarum, quas fama  
 nobilitat celticarum. Hoc totum ad Claudij gloriam  
 pertinet. Claudius & securitate Reip. et opulentia  
 in inietate donauit. Pugnatum præterea est apud By-  
 zantios ipsis, qui supersuerant, Byzantijs fortiter facien-  
 tibus. Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Clau-  
 dio absente obsederant Barbari. Pugnatum in diuersis  
 regionibus, ubiq; auspicijs Claudianis uicti sunt  
 Gotthi prorsus, ut iam tunc Constantio Cæsari nepo-  
 ti futuro uideatur Claudius securam parare Reip.  
 Et postquam uenit in mentem, exprimeda est sors,  
 quæ Claudio data esse perhibetur eo magis, ut intelli-  
 gant omnes genus Claudij ad felicitatem Reip. diuini-  
 titus constitutum. Nam cum consuleret factus im-  
 perator quādiu imperaturus esset, sors talis emerfit.

- Tu, qui nunc patrias gubernas oras,
- Et mundum regis arbiter deorum

In ueteres tuis nouellis regnabunt. Etenim minores re-  
 ges facient suos minores. Idem, cum in Appenino de  
 se consuleret, responsum huiusmodi accepit.

- Tertia dum Latio regnantem uiderit æstas.

Idem cum de posteris suis.

- His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Item cum de fratre Quintilio, quem consertem habere  
 uolebat imperij, responsum est.



• Ostendent terris hunc tantum fata.  
 Quæ iccirco posui, ut sit omnibus clarum Constantiū  
 diuini generis uirum sanctissimum Casarem, & Au-  
 gustæ ipsum familiæ esse, et Augustos multos de se da-  
 turum, Saluis Dioclitiano, et Maximiano Augustis,  
 & eius fratre Galerio. Sed dum hæc à D. Claudio  
 aguntur, Palmyreni ducibus Sabba, et Timogene cō-  
 tra Aegyptios bellum sumunt, atq; ab his ægyptia pr-  
 uicacia, & indefessa pugnandi continuitate uincuntur.  
 Dux tamen ægyptiorum Probatius Timogenis in-  
 sidijs interemptus est. Aegyptij uero omnes se Roma-  
 no imperatori dederunt in absentis Claudij uerba iur-  
 antes Aetiano, & Orphito COSS. auspicia Clau-  
 diana fauor diuinus adiuuit. Nam cum se in Hæmi-  
 montem multitudo Barbararum gentium, quæ super-  
 fuerant, contulisset, illic ita fame, ac pestilentia labora-  
 runt, ut Claudius dedignaretur uincere. Deniq; fini-  
 tum est asperrinum bellum, terroresq; Romani no-  
 minis sunt depulsi. Vera dici fides cogit, simul ut sci-  
 ant ij, qui adultores nos existimari cupiunt, id quod  
 historia dici postulat, non tacere. Eo tempore, quo par-  
 ta est plena uictoria, pleriq; milites Claudij secundis  
 rebus elati, quæ sapientium quoq; animos fatigant, ita  
 in prædam uersi sunt, ut non cogitarent à paucissimis  
 se posse fatigari, dum occupati animo, atq; corporibus  
 auertendis præsijs inserviunt. Deniq; in ipsa uictori-  
 a propè duo millia militū à paucis barbaris, & ijs,  
 qui fugerant, interempti sunt. Sed ubi hoc comperit  
 Claudius, omnes qui rebelles animos extulerant, con-  
 ducto exercitu rapit, atq; in uincta Romā etiā mittit  
 ludo

ludo publico deputatos. Ita id, quod uel fortuna, uel  
 miles egerat, uirtute boni principis æquatum est. Nec  
 sola de hoste uictoria, sed etiam uindicta præsumpta  
 est. In quo bello quod gestum est, equitum Dalmatar-  
 rum in gens extitit uirtus, quod originem ex ea provin-  
 cia Claudius uidebatur ostendere, quamuis alij Dar-  
 danum, & ab Ilio Troianorum, atq; ipso Dardano  
 sanguinem dicrent trahere. Fuerunt per ea tempor-  
 ra, & apud Cretam Scythæ, & Cyprium uastare ten-  
 tarunt, sed ubiq; morbo exercitu laborante, superati  
 sunt. Finito sanè bello Gotthico, grauissimus morbus  
 increpuit, tunc cum etiam Claudius affectus morbo  
 mortales relinquit, & familiare uirtutibus suis peti-  
 it cælum. Quo ad deos, atq; ad sydera demigrante,  
 Quintilius frater eiusdem uir sanctus, & sui fratris,  
 ut uere dixerim, frater, delatum sibi omnium iudicio  
 suscepit imperium, non hæreditarium, sed merito uir-  
 tutum, qui factus esset imperator, etiam si frater Clau-  
 dij principis non fuisset. Sub hoc Barbari, qui supfuer-  
 rant, \* Antialo uastare conati sunt, Nicopolim etiam  
 obtinere. Sed illi provincialium uirtute obruti sunt.  
 Quintilius autem ob breuitatē temporis nihil dignū  
 imperio gerere potuit. Nam septima decima die quod  
 se grauem, & seruum contra milites ostenderat, ac ue-  
 rum principem pollicebatur, eo genere quo Galba,  
 quo Pertinax interemptus est. Et Dexippus quidem  
 Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum.  
 Nec tamen addidit morbo, ut dubium sentire uideat-  
 ur. Quoniam res bellicas diximus, de Claudij gene-  
 re, & familia saltem pauca dicenda sunt, ne ea, quæ  
 &

Scienda sunt, præterijisse uideamur. Claudius, Quintilius, et Crispus fratres fuerunt. Crispi filia Claudia, ex ea, & Entropio nobilissimo gentis Dardanae uiro Constantius Caesar est genitus. Fuerunt etiam sorores, quarum una Constantina nomine nupta tribuno Assyriorum in primis annis defecit. De auis nobis parum cognitum. Varia enim plerique prodiderunt. Ipse Claudius insignis morum, gravitate insignis uita singulari, & unica castimonia, uini parcus, ad cibum promptus, statura procerus, oculis ardentibus, lato, & pleno uultu, digitis usque adeo fertibus, ut sæpe equis, & mulis ictu pugni dentes excusserit. Fecerat etiam adolescens in militia cum ludicro Martiali in campo luctamen inter fortissimos quosque monstraret. Nam iratus ei, qui non balteum, sed genitalia sibi contorserat, omnes dentes uno pugno excussit. quæ res indulgentiam meruit pudore uindictæ, siquidem tunc Decius imperator, quo præsentem fuerat perpetratum, & uirtutem, & uerecundiam Claudij publice prædicauit, donatumque armillis, & torquibus, à militum congressu secedere præcepit, nequid atrocius, quam luctamen exigit, faceret. ipsi Claudio liberi nulli fuerunt. Quintilius duos reliquit. Crispus, ut diximus, filiam. Nunc ad iudicia principum ueniamus, quæ de illo à diuersis edita sunt, & eatenus quidem, ut appareret quandocumque Claudium imperatorem futurum. Epistola Valeriani ad Zosimionem procuratorem Syriae, Claudium Illyricanae gentis uirum tribunum martiae quintae legionis fortissimæ de-

ueterum præferendum. Huic salarium de nostro præuato aerario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia. Lardi libras duo millia. Vini ueteris sextarios tria millia quingentos. Olei boni sextarios centum quinquaginta. Olei secundi sextarios sexcentos. Salis modios uiginti. Cerae pondo centum quinquaginta. Fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum quantum satis est. Pellium tentorium decurias triginta, mulos annuos, sex equos annuos tres, camellas annuas decem, mulas annuas nouem. Argentum in opere annuo pondo quinquaginta. Philippeos nostri uultus annuos centum quinquaginta, & in strenis quadraginta septem, & trientes centum sexaginta. Item si cophondas undecim. Item in caueos & scyphos, & Xuma pondo undecim. Tunicas ruffas militares annuas, sagochlamydes annuas duas. Fibulas argentæ inauratas duas. Fibulam auream cum macum, cypræam unam. Balteum argenteum inauratum unum, anulum bigeminum. Vncialeni brachialem unum unciarum septem. Torquem liberalem unum. cassidem inauratam unam. Scuta chryso graphata duo. Loricam unam, quam refundat. Lanceas herculianas duas, acclides duas, falces duas, falces scenarias quatuor. Cocum, quem refundat, unum, mulionem, quem refundat, unum. Mulieres speciosas ex captiuis duas. Albam subsericam unam cum purpura succubitana, subarmalem unam cum purpura maura. Notarium, quem refundat unum, strictorem, quem refundat unum. Accubitalium cypricum paria duo. Interulas puras. Togam quam refundat unam, latum clauum, quem refundat unum.

natores, qui obsequantur duo. Carpentarium unum  
 Cur<sup>\*</sup>am praetorij unum. Aquarium unum. Piscator  
 rem unum. Dulciarium unū. Ligni quotidiani pon  
 do mille, si ē copia, sin minus q̄tū fuerit, et ubi fuerit,  
 coctiliū quotidiana batilla quatuor. Balneator ē unū,  
 Et ad Balneas ligna, sin minus lamaretur in publico.  
 Iam cetera, quae propter minutias suas scribi neque  
 unt, pro moderatione praestabis, sed ita ut nihil adde  
 retur. Et si alicubi aliquid defuerit, non pretium, nec  
 in minimo exigatur. Haec autem omnia iccirco spe  
 cialiter non quasi tribuno, sed quasi duci detuli, quia  
 uir talis est, ut ei plura etiam deferenda sint. Item ex  
 epistola eiusdem alia inter cetera ad Albaniū Mi  
 renam praefectum praetorij. Desine autem conqueri, qd̄  
 adhuc Claudius est tribunus, nec exercitus ducem lo  
 co accipit. Vnde etiam senatum, Et populum conque  
 ri iactabas, dux factus est, Et dux totius Illyrici, habet  
 in potestatem Thracias, Mysos, Dalmatas, Pannoni  
 os, Dacos exercitus, uir ille summus nostro quoq; iudi  
 cio speret consulatum, si eius animo accommodū est,  
 quando uoluerit, accipiat praetorianam, accipiat pra  
 fecturam, sanē scias tantum ei à nobis decretum sala  
 rij, quantum habet Aegyptij praefectura, tantum ue  
 stium, quantum pro consulatu Africano detulimus,  
 tantum argenti, quātum accipiat curator Illyrici Me  
 danius, tantum ministeriorum, quntum nos ipsi nos  
 bis per singulas quasq; decernimus ciuitates, ut intelli  
 gant omnes, quae sit nostra de uiro tali sententia. Item  
 epistola Decij de eodem Claudio. Decius Messalae p̄si  
 dij Achaiae salutem. Inter cetera tribunū uero Clau

dium optimum iuuenem fortissimum militem constan  
 tissimum ciuem castris, senatus, Et Reip. necessarium  
 in Thermophas ire praecipimus, mandata eidem ue  
 ra Peloponnesium scientes neminem melius omnia,  
 quae iniungimus, esse ueraturum. Huic ex regione  
 Dardania dabis milites ducentos, ex Cataphractari  
 is centum ex equitibus, C. Et sexaginta, ex sagittari  
 ris creticis sexaginta, ex tironibus bene armatos mila  
 le. Nam bene illi noui creduntur exercitus. Neq; n.  
 illo quisquam deuotior, fortior, grauior inuenitur. Itē  
 epistola Galieni, cum nuntiatum esset per frumentari  
 os Claudium irasci, qd̄ ille mollius uiueret. Nihil me  
 grauius accepit, quam qd̄ notoria tua intimaisti Clau  
 dium parentem, amicumq; nostrum insinuatis sibi  
 falsis plerisq; grauius irasci. Quaeso igitur mi uenuste,  
 si mihi fidem exhibes, ut eum facias à Grato, Et Her  
 reniano placari nescientibus hoc militibus Dacisias  
 nis, qui iam seruiunt, ne grauius ferant. Ipse ad eum  
 dona nisi, quae ut libenter accipiat, tu facias. Curan  
 dum praeterea est, ne me hoc scire in intelligat, ut uir  
 sus censere Et iudicet, Et pro necessitate ultimum cō  
 siliū capiat. Nisi autem ad eum pateras gemmatas  
 trilibres duas. Scyphos aureos gemmatos trilibres du  
 os, discum corymbiatum argenteum librarum uiginti  
 ti. Lanceam argenteam pampinatam librarum tri  
 ginta. Patenam argenteam hederariam librarū XX.  
 Et III. Boliter a balieticum argenteum librarū XX.  
 Urceos duos auro inclusos, argenteos librarum VI. et  
 in uasis minoribus argenti libras XXV. Calices aegy  
 ptios, opisq; diuersi. X. Chlamydes ueriluminis lim



• batas duas. Vestes diuersas XVI. Albam subsericam  
 • paragaudem trivincem unam. laneas de nostris par-  
 • titis\* paria trita. Singiliones dalmatenses X. Chla-  
 • mydem dardanicam mantuellem unam, penulam  
 • Illyricianam unam. Bardocucullum unum, cucutia  
 • villosa duo. Oraria sarabadena quatuor. Aureos uale-  
 • rianos C L. Trientes salonianos CCC. Habuit  
 • & Senatus iudicia prius q̄ ad imperium perueniret,  
 • ingentia. Nam cum esset nuntiatum, illum cum Ma-  
 • criano fortiter contra gentes in Illyrico dimicasse, ac-  
 • clamauit senatus. *Claudi dux fortissime habes virtu-  
 • tibus tuis, deuotioni tuæ, Claudio statuam omnes di-  
 • camus. Claudium COS. omnes cupimus, qui amat  
 • Remp. sic agit, qui amat principes sic agit. Antiqui mil-  
 • lites sic egerunt. Felicem te Claudii iudicio principis,  
 • felicem te uirtutibus tuis, COS. præfectum te, uiuas,  
 • Valerie. arneris à principe. Longum est tam multa q̄  
 • meruit uir ille perscribere. Unum tamen tacere non  
 • debeo, quod illum & senatus, & populus ante im-  
 • perium, & in imperio, & post imperium sic dilex-  
 • it, ut satis constet, neq; Traianum, neq; Antoninos,  
 • neq; quenquam alium principem sic amatum.*

FLAVII VOPISCI SYRA  
 CUSII DIVVS AVRE  
 LIANVS.

h Elaribus, quibus omnia festa et fieri de-  
 bere scimus, & dici, impletis solenni-  
 bus uehiculo suo me & iudiciali carpè-  
 to præse. urbis uir illustris, ac præfata  
 reuerentia nominandus Iunius Tiber-  
 rianus accepit, ibi, cum animus à causis, atq; à nego-  
 tijs publicis solutus, ac liber uacaret, sermonem nultivē  
 à palatio usq; ad hortos Varianos instituit. Et in ipso  
 præcipue de uita principum. Cumq; ad templum So-  
 lis uenissemus, ab Aureliano principe consecratum,  
 quod ipse non nihilum ex eius origine sanguinē dup-  
 ceret, quæsiuit à me, quis uitam eius in litteras retulisset?  
 Cui ergo cum respondiissem neminem à me Lati-  
 norum, Græcorum aliquos lectitatos, dolorem gemitus  
 sui uir sanctus per hæc uerba profudit. Ergo Ther-  
 sitem, Sinonem, cæteraq; illa prodigia uetustatis, &  
 nos bene scimus, & posteris frequentabunt. D. Aure-  
 lianum clarissimum principem seuerissimum impe-  
 ratorem, per quem totus Romano nomini orbis est re-  
 stitutus, posteris nescient? Deus auertat hanc amentiam.  
 Et tñ, si bene noui ephemeridas illius uiri scriptas, ha-  
 bemus etiam bella caractere historico digesta, quæ  
 uelim accipias, et p̄ ordinem scribas, additis, quæ ad  
 uitam p̄tinent. Quæ omnia ex libris linteis, in quibus  
 ipse quotidiana sua scribi p̄ceperat, pro tua sedulitate

te condiscas. Curabo autem, ut tibi ex Vlpia bibliotheca, & libri lintei proferantur. Tu uelim Aurelianū, ita ut est, quatenus potes, in litteras mittas. parui ipse præceptis. accepi libros græcos, & omnia mihi necessaria in manum sumpsi, ex quibus & quæ digna erant memorati, in unum libellum contuli. Tu uelim in eo munere boni consulas. Et si hoc contentus non fueris, lectites græcos, linteos etiam libros. requiras, quos Vlpia tibi bibliotheca, cum uolueris, ministrabit. Et quoniam sermo nobis de Treuellio Polliōne, qui à duobus Philippis usq; ad diuum Claudium, & eius fratrem Quintilium imperatores tam claros quam obscuros memoriæ prodidit, in eodem uehiculo fuit, asserente Tiberiano, quod Pollio multa incuriose, multa breuiter prodidisset, me contra dicente, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum, prodete quinetiam in quo Liuius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, deniq; Trogus manifestis testibus conuincerentur, pedibus in sententiam transitum faciens, ac manum porrigens iucundam, præterea scribe inquit, ut libet, securus, quod uelis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos historice eloquentiæ miramur authores. Ac ne multa, et frivola procemijs odiosis intexam, diuus Aurelianus ortus ut plures, loquuntur, Syrmij, familia obscuriore, ut nonnulli Dacia ripensi. Ego autem legisse me inemini authorem, qui eum Mœsia genitum prædicaret. Et euenit quidem, ut de eorum uiorum genituali solo nesciatur, qui humiliori loco, & ipsi pleriq; solum genitale confingunt, ut dent posterit

tati de locorum splendore fulgorem. Nec tamen magnorum principū uiribus summa sciendi est, ubi qsq; sit genitus, sed qualis in Rep. fuerit. An Platonē magis commendat, quod Atheniensis fuerit, quam quod unicum sapientiæ munus illuxerit? An eo minores inueniuntur Aristoteles Stagyrita, Eleatesq; Zenon, aut Anacharsis Scythæ, quod in minimis nati sunt uiculis, cum illos ad cælum omnis philosophiæ uirtus extulerit? atq; ut ad ordinem redeam, Aurelianus modestis ortus parentibus à prima ætate ingenio uinacissimus, uiribus clarus, nullum unquam diem prætermisit, quamuis festum, quamuis uacantem, quo non se pilo, & sagittis, cæterisq; armorum exerceret officijs. Matrem quidem eius Callicrates Tyrius, græcorum longe doctissimus scriptor sacerdotem templi Solis, in eo uico, in quo habitabant parètes, fuisse dicit, Habuisse quinetiam non nihilum diuinationis, adeo ut aliquando marito suo iurgans in gesserit, cum eius & stultitiam increparet, & uilitatem, en imperatoris patrem? Ex quo constat illam mulierem scisse fatalia. Idem dicit auspicia imperij Aureliano hæc fuisse. Primum pueri eius peluem serpentem plerumq; cinxisse, neq; unquam occidi potuisse. Postremo ipsam matrem quæ hoc uiderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. His accedit, quod ex palliolo purpureo, quod Soli sui tempus imperator obtulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur. Addit etiam illud, quod uinctum fasciola Aureliani aquila innoxie de uinis leuauerit, & in aram posuerit, quæ iuxta sacellū forte sine ignibus erat. Idē author

est, vitulum matri eius natū miræ magnitudinis candidum, sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno, aut in alio coronam. Multa superflua in odem legisse memini, quippe qui asseuerat etiā rosas in eiusdem mulieris cohorte nato Aureliano, exisse purpureas odoris rosei, floris aurei. Fuerunt & postea multa omnia iam militantis futuri, ut res mōstrauit, imperij. Nam ingrediente eo Antiochiam in uerhiculo, quod præ uulnere tunc equo sedere nō posset. ita pallium purpureum, quod in honore eius expansum fuerat, decidit, ut humeros eius tegeret. Et cū in equum transire uellet, quia inuidiosum tunc erat uerhiculo in ciuitate uti, equus est ei imperatoris applicatus, cui per festinationem insedit. Sed ubi comperit, semet ad suum transfuit. Data est ei præterea cum legatus ad Persas esset, patera, qualis solet imperatoribus dari a rege Persarum, in qua insculptus erat Sol eo habitu, quo colebatur ab eo templa, in quo mater eius fuerat sacerdos. Donatus eidem ē elephantus p̄cipuus, quem ille imperatori obtulit, solusq; omniū priuatus Aurelianus elephanti dominus fuit, Sed ut hæc & talia omittamus, fuit decorus, & gratia uiriliter speciosus, Statura procerior, neruis ualidissimis, uiri, & cibi paulo cupidior, libidinis raræ, seueritatis immensæ, disciplinæ singularis, gladij exercendi cupidus. Nam cum essent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic, & alius, qui cum Valeriano captus ē, huic signum exercitus apposuerat manu ad ferrum, ut si forte quæreretur quis Aurelianus aliquid uel fecisset, uel gessisset, suggereretur Aurelianus manu ad ferrum

atq; cognosceretur priuatim. Huius multa extant egregia facinora. Nam erumpentes Sarmatas in Illyrico, cum trecentis p̄sidiarijs solus attriuit. Refert Theoclius Casareorū temporum scriptor Aurelianium manu sua bello Sarmatico una die quadraginta & octo interfecisse. Plurimis autem, & diuersis diebus ultra non gentos quinquaginta. Adeo ut etiam balistæ pueri, & saltatiunculas in Aurelianium tales componerent, quibus diebus festis militariter saltarent,  
 • Mille, mille, mille, mille, mille, mille decolauimus,  
 • Unus homo mille, mille, mille, mille decolauimus,  
 • Mille, mille, mille uiuat, qui mille, mille occidit.  
 • Tantum uini habet nemo, quātum fudit sanguinis.  
 • Hac uideo esse perfrivola, sed quia superscriptus author ita eadem, ut sunt latina suis scriptis inseruit, tacenda esse non credidi. Idem apud Maguntiacū tribunus legionis sextæ gallicanæ, Francos irruentis cū uagarentur per totam Galliam sic affixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis sub corona uendiderit. Vnde iterum de eo facta est cantilena.  
 • Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus.  
 • Mille, mille, mille, mille, mille Persas querimus.  
 • Hic autē, ut supra diximus, militibus ita timori fuit, ut sub eo poste aq; semel cum ingenti seueritate castrensi peccata correxit, nemo peccauerit. Solus deniq; oīum militē, q; adulteriū cum hospitis uxore cōmiserat ita puniuit, ut duarum arborū capita isletheret, quas ad pedes militis deligaret, easdēq; subito dimitteret, ut scissus ille utrinq; penderet. Quæ res ingentem timorem omnibus fecit. Huius epistola militaris est ad



• vicarium suum data huiusmodi. Si vis tribunus esse,  
 • immo si vis uiuere, manus militum cōtine. Nemo pul-  
 • lum alienum rapiat, ouem nemo cōtingat. Vnā nul-  
 • lus auferat, segetem nemo deterat, oleum, sal, lignū  
 • nemo exigat, annona sua contentus sit. De præda hor-  
 • stis, non de lachrymis provincialium habeat, arma  
 • tersa sint, ferramenta famiata, calciamenta fortia. Ver-  
 • stis noua uestem ueterem excludat. Stipē diuum in bal-  
 • teo, non in popina habeat. Torquem brachialem, &  
 • annulum apponat, equum saginarium sum defricet  
 • captum animal non uendat, nullum centurium co-  
 • miter curet. Alter alteri quasi seruus obsequatur, à me-  
 • dicis gratis curentur. Aruspibus nihil dent, in hospi-  
 • tijs caste se agant, qui litem fecerit, uapulet. Inueni nu-  
 • per in Vlpia bibliotheca inter linteos libros epistolā  
 • diui Valeriani de Aureliano principe scriptam, quā  
 • ad uerbum, ut dicebat, inserui. Valerianus Augustus  
 • Antonio Gallo COS. Culpas me familiaribus literis,  
 • quod Posthumo filium meum Galienum magis q̄  
 • Aureliano commiserim, cum utiq; seueriori & puer  
 • credendus fuerit, & exercitus, nec tu id diutius iudic-  
 • abis, si bene scieris quanta sit Aurelianus seueritatis.  
 • Nimijs est, nullus est, grauis est, & ad nostram  
 • non facit tempora. Testor autem omnes deos, me etiā  
 • timuisse, ne quid etiam erga filium meum seuerius, si  
 • quid ille fecisset, ut est natura pronus ad ludicra, ser-  
 • uis cogitaret. Hac epistola indicat quanta fuerit se-  
 • ueritatis, ut illum Valerianus etiam timuisse se dicat.  
 • Eiusdem Valeriani alia est epistola, quæ laudes illius  
 • continet, quam ego ex scrinijs præfecturæ urbanæ

protuli. Nam illi Romam ueniēti salaria sui ordinis  
 sunt decreta. Exemplum epistolæ. Valerianus Augu-  
 • stus Ceionio Albino præfec. urbi. Vellemus quidē sin-  
 • gulis quibusq; deuotissimis Reip. uiris nullo maior  
 • ra deferre compendia, quàm eorum dignitas postu-  
 • lat, maxime ubi honorem uita commendat. Debet  
 • enim quid præter dignitatem pretium esse meritorū,  
 • sed facit rigor publicus, ut accipe de prouinciarū ob-  
 • lationibus ultra ordinis sui gradum nemo plus possit  
 • sit. Aurelianum fortissimum uirum ad inspicienda,  
 • & ordinanda castra omnia destinauimus, cui tan-  
 • tum à nobis, atq; ab omni Rep. communi totius exer-  
 • citus confessione debetur, ut digna illo uix aliqua uel  
 • nimis magna sint muneris. Quid enim in illo nō clar-  
 • rum? quid non Coruinis & Scipionibus conferen-  
 • dum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor, il-  
 • le dux magni totius exempli. Et tamen nihil præter  
 • rea possum addere tanto uiro ad muneris gratiam,  
 • quam patitur sobria, & benegerenda Respu. Quare  
 • synceritas tua mi parens carissime suprascripto uiro affi-  
 • ciet quandiu Romæ fuerit. Panes militares mundos  
 • sexdecim, panes militares castrensēs quadraginta. Vi-  
 • ni mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimi-  
 • dium. Gallinaccos duos, porcina pondo triginta. Bu-  
 • bulæ pondo quadraginta. Olei sextarium unum, &  
 • item olei sextarium unū. Liquaminis sextariū unū  
 • salis sextariū unū. Herba, & oleæ q̄tum satis est. Sa-  
 • nè quoniā ei aliqd præcipue decernendum est quā-  
 • diu Romæ fuerit, pabuli extra ordinem decernes. Ipsi  
 • autem ad sumptus aureos antonianos diurnos binos,

argenteos philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum, reliqua per præfectos ærarij præbeantur. Friuola hæc fortassis, cuiuspiam, & nimis leuia esse uideantur, sed curiositas nihil recusat. Habuit ergo multos ducatus, plurimos tribunatus. Vicarios dum & tribunorum diuersis temporibus propè quadraginta, usque adeo ut eam Vlpij Criniti, qui se de Traiani genere referebat, & fortissimi reuera uiri, et Traiani simillimi, qui pictus est cum eodem Aureliano in templo Solis. Quem Valerianus Cæsaris loco habere instituerat, uicem sumeret, exercitum duceret, limitem restitueret, prædam militibus daret, Thracias bobus, equis, mancipijs, captiuis locupletaret, manubias in palatio collocaret. Quingentos seruos, duomillia uaccarum, equas mille, ouium decem millia, caprarum quindecim in priuatam uillam Valeriani congereret. Tunc enim Vlpius Crinitus publice apud Byzantium sedenti Valeriano in thermis egit gratias dicens, Magnum de se iudicium habitum, quod eidem Vicarium Aurelianum dedisset. quare eum statuit arrogare. Interest epistolas nosse Aureliano scriptas, et ipsam arrogationem. Epistola Valeriani ad Aurelianum. Si esset alius Aureliane iucundissime, qui Vlpij Criniti uicem posset implere, tecum de eius uirtute, ac sedulitate conferrem. Nunc tecum requirere potuissem. Suscipe bellum aperte Nicopolis, ne nobis ægritudo Criniti obsit, Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate militiae magistrum. Habes sagittarios Ityræos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta, Sarracenos ducentos, Me-

sopotamios auxiliares quadringentos, habes legionem tertiam felicem, & equites cataphractarios octingentos. Tecum erit Harionmundus, Haldegastes, Hildor mundus, Carioniscus. Commeatus a præfectis necessarius in omnibus castris est constitutus. Tuum est pro uirtutibus tuis, atque solertia illic hyemalia, & æstiuam disponere, ubi tibi nihil deerit querere, præterea ubi carrago sit hostium, & uere scire, quanti, qualesque sint, ut non uinum aut annona consumatur, aut talia iaciantur, in quibus Respublica constituta est. Ego de te tantum deo fauente spero quantum de Traiano, si ueretur, posset sperare Respublica. Neque enim minor est, in cuius locum, fidemque delegi. consulatum cum eodem Vlpio Crinito in annum sequentem a die undecimo Calend. Iuniarum in locum Galieni, & Valeriani sperare te conuenit sumptu publico. Leuanda est enim paupertas eorum hominum, qui diu Reipublica uiuentes pauperes sunt, & nullorum magis. His quoque litteris indicatur quantus fuerit Aurelianus, & reuera, neque enim quisquam aliquando ad summam rerum peruenit, qui non a prima ætate gradibus uirtutis ascenderit. Litteræ de consulatu. Valerianus Augustus Alexifidio præfecto ærarij. Aureliano, cui consulatum derulimus ob paupertatem, qua ille magnus est cæteris maior, dabis ad editionem circensium aureos Antoninianos trecentos, argenteos philippeos minutulos tria millia, in ære HS quinquagies. Tunicas multicias uiriles decem, lineas Aegyptias uiginti. Mantelia cypria paria duo, tabetia a fra decem, stragula maura decem, percos cen-

tum, omnes centum, conuiuium autem publicum ediu-  
 bebis senatoribus, equitibus Romanis. Hostias maior-  
 res duas, minores quatuor. Et quoniam etiam de ar-  
 rogatione aliqua me dixeram positurum, quæ ad tã-  
 tum principem pertinerent, quaeso ne odiosior, uerbor-  
 sior ue ea re uidear, quam fidei causa inferendam cre-  
 didi ex libris Acolij, qui magister admissioium Vale-  
 riani principis fuit libro actorum eius nono. Cũ con-  
 sedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzan-  
 tium præseñte exercitu, præseñte etiam officio palatii  
 no assidentibus Menimio Fusco COS. ordinario, Be-  
 bio Macro præseñto prætorij, Quinto Vicario præseñde  
 orientis. Assidentibus etiam à parte laua Annulio Sa-  
 turnino Scythici limitis duce, Murentio ad Aegyptũ  
 destinato, Iulio Tryphone orientalis limitis duce, &  
 Meceo Brundusino præseñto annonæ orientis, & Vl-  
 pio Crinito duce Illyriciani limitis, & Thracij, &  
 Fulvio Boio duce rhetici limitis. Valerianus Augu-  
 stus dixit. Gratias tibi agit Aureliane Respu. quod eã-  
 Gotthorum potestate liberaisti. Abundamus per te  
 præda, abundamus gloria, & his omnibus, quibus  
 Romana felicitas crescit. Cape igitur tibi pro rebus  
 gestis tuis coronas murales quatuor, coronas uallares  
 quinque, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas.  
 Hastas puras decem, uexilla bicolora quattuor. Tuni-  
 cas ducales ruffas quattuor, pallia procõsularia duo,  
 togam prætextam, tunicam palmatã, togam pictã,  
 subarmale, profundum, sellam eburatam. Nam te  
 COS. hodie designo scripturus ad senatum, ut tibi de-  
 putet Scipionem, deputet etiam fasces. Hæc enim im-

perator

perator non solet dare, sed à senatu quando sit COS.  
 accipere. Post hæc Valeriani dicta, Aurelianus surre-  
 xit, atq; manus accessit agēs gratias militaribus uer-  
 bis, quæ propria & ipsa apponenda decreui. Aure-  
 lianus dixit. Et ego domine Valeriane impator Au-  
 guste ideo cuncta feci, ideo uulnera patienter excepi,  
 ideo & equos, & coniuatos meos lassauit, ut mihi  
 gratias ageret Respu. & conscientia mea. At tu plus  
 fecisti, ago ego gratias bonitati tuæ, & accipio con-  
 sulatum, quem das, Dijs faciant, & Deus sol certus  
 sit, ut & senatus de me sic iudicet. Agentibus igitur  
 gratias omnibus circumstantibus, Iulius Crinitus sur-  
 rexit, atq; hac oratione usus est. Apud maiores nos-  
 tros Valeriane Auguste, quod & familiæ meæ am-  
 cum ac proprium fuit ab optimis quibusq; in filiorũ  
 locum fortissimi uiri semper electi sunt, ut uel sener-  
 scentes familias, uel scetus matrimonijs iam caducos  
 substituta scconditatis prolis ornaret. Hoc igitur qd  
 Cocceius Nerva in Traiano adoptando, quod Vlpi-  
 us Traianus in Adriano, quod Adrianus in Antoni-  
 no. & cæteri deinceps proposita suggestiõe fecerunt,  
 iam in arrogando Aureliano, quem mihi uicarium  
 iudicij tui auctoritate fecisti, censui esse referendum.  
 Iube igitur, ut lege agatur, sitq; Aurelianus hæres sa-  
 crorũ nominis, & bonorũ, totiusq; iuris, Vlpio Cri-  
 nito iam consulari uiro ipse, ac tu Crinite iudice con-  
 sularis. Longum est cuncta prætexere. Nam & ad hæc  
 sunt Crinito à Valeriano gratiæ, & adoptio, ut sole-  
 bat, impleta. Memini me in quodam libro græco le-  
 gisse, quod tacendum esse non credidi, mandatũ esse

2



Crinito à Valeriano, ut Aurelianus adoptaretur. *iccirco præcipue, quod pauper esset, sed hoc in medio relinquendum puto, & qm̄ superius epistolā posui, qua sumptus Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim rē quasi frivolum eloquēdam putavi. Vidimus proxime consulatum. Furij Placidi tanto ambitu in circo editum, ut nō p̄mia dari aurigis, sed patrimonialia viderentur. Cum darentur tunicae subsericeae lineae paragaude, darentur etiam eq̄ in gemiscētibz frugi hoibus. Factum est. n. ut iam diuitiarum sit non hominum consulatus, q̄a utiq; si uirtutibus defertur, editorem spoliare non debent. Perierūt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt. Sed nos, ut solennis, hanc quoq; rem in medio relinqm̄us. His igitur tot, ac talibus p̄iudicijs, munerebusq; fultus Claudianis tēporibus tātus eniuit ut post eum Quintilio quoq; fratre, eius interempto, solus teneret impium, Aureolo interfecto, cū quo Galienus fecerat pacē, hoc loco tanta est diuersitas historicoꝝ, & q̄dem græcoꝝ, ut alij dicant inuito Claudio ab Aureliano Aureolū interfectū. Alij mandante, ac uolente, Alij ab impatore iam Aureliano eundem occisum, alij uero adhuc priuato. Sed hæc quoq; media relinqm̄us ab ipsis petenda, per quos in litteras missa sunt. Illud tñ constat, oē contra Mœotidas bellum D. Claudium nulli magis q̄ Aureliano credidisse. Extat epistola, quā ego, ut soleo, fidei causa, immo ut alios annalium scriptores fecisse uideo, in scendam putauī. Flamius Claudius Valerio Aureliano suo salutē. Expetit à te munus solitum nostrar*

Resp. Aggredere, qd moraris? Tuo magisterio milites uti uolo, tuo ductu tribunos. Gotthi oppugnandi sunt. Gotthi à Thracijs amouendi, eorum. n. plerique Hemimontem, Europamq; uexant, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totumq; limitem in tua ptate constituo, solitam nobis ede uirtutē. Tecū erit et frater Quintilius cū occurrerit. Ego alijs rebus occupatus summam belli illius uirtutibus tuis credo. Misi sanē equos decem, loricas duas, & cetera, quibus munire ad bellum eūtem necessitas cogit. Secundis igitur prælijs usus aspicijs Claudianis Remp. in integrum reddidit, atq; ipse statim, ut supra diximus, consensu omnium legionum factus est impator. Equites senē omnes an imperium sub Claudio Aurelianus gubernauit. cū offensam magistrī eorū incurrissent, qd temere Claudio non iubente pugnassent. Item Aurelianus contra Sueuos, & Sarmatas iisdem t̄pibus uehementissime dimicauit, ac florentissimā uictoriam retulit, accepta est sanē clades sub Aureliano à Marcomānis per errorem. Nam, dū is à fronte non curat occurrere, subito hostes erupere, diūmq; illos à dorso persequi parat, omnia circa Mediolanū grauiter euastata sunt. Postea tamen ipsi quoq; Marcomanni superati sunt. In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta uastabant, ingentes Romae seditiones motæ sunt parentibus cunctis, ne eadē, quæ sub Galieno fuerāt, prouenerēt. Quare et libri sibyllini noti beneficijs publicis inspecti sunt, inuentumq; ut in certis locis sacrificia fierent, quæ Barbari transire non possent. Facta de

niq; sunt ea, quæ præcepta fuerant in diuerso ceri-  
 moniarum genere, atq; ita Barbari resisterunt, quos  
 omnes Aurelianus carptim uagantes occidit. Libet  
 ipsius S.C. formã exponere, quo libros inspici claris-  
 simor; iussit authoritas. Die tertio Idus Ian. Fuluius  
 Sabinus p̄tor urbanus dixit. Referimus ad uos P.C.  
 p̄tificũ suggestionẽ, et Aureliani principis litteras,  
 qbus iubetur, ut inspiciãtur fatales libri, quibus spes  
 belli terminandi sacro deorum imperio cõtinetur.  
 Scitis enim ipsi quotiescunq; grauior aliquis extitit  
 motus, eos semper inspectos, neq; prius mala publica  
 esse finita, quàm ex ijs sacrificiorum processit autho-  
 ritas. Tũc surrexit primæ sententiæ Vlpianus Syllanus,  
 atq; ita locutus est. Sero nimis P.C. de Reip. salute  
 consulimus, serò ad fatalia iussa respicimus more lan-  
 guetium, qui, ad summos medicos nisi in summa de-  
 speratione non mittunt, proinde quasi pitioribus ui-  
 ris maior facienda sit cura, cum omnibus morbis oc-  
 curri sit melius. Meministis. n. P.C. me in hoc ordine  
 sæpe dixisse iam tum, cum primum nuntiatum est  
 Marcomannos erupisse consulenda Sibyllæ decreta,  
 utendum Apollinis beneficijs. recusasse uero quosdã,  
 & cum ingenti calumnia recusasse, cum adulando  
 dicerent tantam principis esse uirtutem, ut opus non  
 sit deos consuli, proinde quasi et ipse uir magnus nõ  
 deos colat, non de dijs immortalibus speret. Quid  
 plura? audiimus litteras, quibus rogauit opẽ deor;,  
 quæ nunq; cuiq; turpis est. ut uir fortissimus adiuue-  
 tur. Agite igitur pontifices, quia puri, quia mundi,  
 quia sancti, quia uestiti, animisq; sacri Commodi tẽr

plum ascendite, subsellia laureata constituite, uetera  
 nis manibus libros euoluite, rata Reip. quæ sunt æter-  
 na perquirite patrimis, matrimisq; pueris carmen  
 indictum nos sumptum sacris, nos apparatus sacri-  
 ficijs, nos aris ambaru alia indicemus. Post hæc inter-  
 rogati pleriq; Senatores sententias dixerunt, quas lon-  
 gum est innectere. Deinde alijs manus porrigentibus,  
 alijs pedibus in sententias euntibus, plerisq; uerbo cõ-  
 sentientibus, conditum est S.C. itum deinde ad tem-  
 plum, inspecti libri proditi uersus, lustrata urbs, can-  
 tata carmina, amburbium celebratum, ambaru alia  
 promissa, atq; ita sollemnitas, quæ iuebatur, expleta  
 ẽ. Est epistola Aureliani de libris sibyllinis, nã ipam  
 quoq; indidi ad fidem rerum. Miror uos Patres san-  
 cti tandiu de aperiendis sibyllinis dubitasse libris,  
 proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in tem-  
 plo deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & ca-  
 stimonia pontificum, cerimonijsq; sollemnibus iuuate  
 principem necessitate publica laborantem. Inspician-  
 tur libri, quæ facienda fuerint, celebrẽtur, quemlibet  
 sumptum cui uislibet gentis captiuos, quælibet anima-  
 lia, regia non abnuo, sed libens offero, neq; enim inde-  
 corum est dijs iuantibus uincere. sic apud maiores  
 nostros multa finita sunt bella, sic cœpta. Siquid est  
 sumptuum datis ad præf. era. litteris decerni iussi,  
 est præterea uestræ authoritatis arca publica, quam  
 magis refertam esse reperio, quàm cupio. Cum autẽ  
 Aurelianus uellet omnibus simul facta exercitus sui  
 constipatione concurrere, tanta apud Placẽtiam cla-  
 des accepta est, ut Romanum penè scueretur imper

rium. Et causa quidem huius periculi perfidia, & calliditas barbarici fuit motus. Nam cum congregari aaperto Marte non possent, in sylvas se densissimas contulerunt, atque ita nostros uespera incumbente turbauerunt. Denique nisi diuina ope post inspectionem librorum, sacrificiorumque curas monstris quibusdam, speciebusque diuinis impliciti essent Barbari, Romana uictoria non fuisset. Finito praelio Marcomanico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarum Romanam petit uindictae cupidus, quam seditione asperitas suggererat, inciuilius denique usus imperio, uir alias optimus seditionum authoribus interemptis, cruentius ea, quae mollius fuerant curanda, compescuit, interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles senatores, cum his leue quiddam, & quod contemni a mitiore principe potuisset, unius uel leuis, uel uilis testis obijceret. Quid multa? Magnam illud, & quae iam fuerat, & quod non frustra speratum est, infamiae tristioris ictu contaminauit imperium, timere cepit princeps optimus non amari, cum alij dicerent perfodiendum talem principem, non optandum. Alij bonum quidem medicum, sed malaratione curantem. His actis, cum uideret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Galieno euenerat, proueniret, adhibito consilio senatus, muros urbis Romae dilatauit. Nec tamen pomerio addidit eo tpe, sed postea, Pomerio autem nemini principum licet addere, nisi ei, qui agrum barbaricum aliqua parte Romanam Respublicam locupletauerit. Addidit autem Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo pontus pontoniacus, & alpes Cottiae Romano nomini tribu-

ta. Transactis igitur, quae ad sectiones, atque urbis statum, & ciuilia pertinebant, contra Palmyrenos. id est contra Zenobiam, quae filiorum nomine orientale tenebat imperium iter flexit. Multa in itinere, ac magna bellorum genera confecit. Nam in Thracijs, & in Illyrico occurrens Barbaros uicit, Gotthorum quendam ducem Cannabam, siue Cannabaudem, cum quaque millibus hominum trans Danubium interemit. Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit, eaque nullo certamine obtinuit. Multa eius tam praecleara facta quam dicta sunt, sed omnia libere inectere nec possum fastidij euitatione, nec uolumus, sed ad intelligendos mores, atque uirtutem pauca libanda sunt. Nam cum Thyaneam uenisset, eamque occlusam reperisset, iratus dixisse fertur. Canem in hoc oppido non relinquam. Tunc & militibus acrius incumbentibus spe praedae, & Heraclamone quodam timore ne inter ceteros occideretur, patriam suam prodente, ciuitas capta est. Sed Aurelianus duo statim praecipua, quod unum seueritatem ostenderet, alter lenitatem ex imperatoris mente monstrauit. Nam et Heraclamonem proditoris patriae suae sapiens uictor occidit, & cum milites iuxta illud dictum, quo canem se relicturum apud Thyaneos negaret, euersionem urbis exposcerent, respondit ijs canem inquit negaui in hac urbe me relicturum, canes omnes occidite. Graue principis dictum, grauius militum uocatum, nam dictum principis, quo praedae negabatur, ciuitas seruabatur, totus exercitus ita quasi ditaretur, accepit. Epistola de Heraclamone. Aurelianus Augustus Mallio Chiloni. Occidi passus sum, cuius quasi beneficio Thyaneam recepi. Ego uero proditorum amare non potui, et lib-



• benter tuli, quod eum milites occiderunt, neq; enim  
 • mihi fidem seruare potuisset, qui patriæ nō pepercit.  
 • Solus deniq; ex omnibus, qui oppugnabantur, cāpus  
 • accepit. Diuitem hominem negare non possum, sed  
 • cuius bona eius liberis reddidi, nequis me causa pecu-  
 • niae locupletem hominem occidi passum esse, crimi-  
 • naretur. Capta autem ciuitas est mirō modo. Nam  
 cum Heraclamon locum ostendisset aggeris naturali  
 specie timentē, qua posset Aurelianus occultus ascē-  
 dere, ille conscendit, atq; elata purpura chlamyde in-  
 tus ciuibus, foris militibus se ostendit, & ita ciuitas  
 capta est, quasi totus in muris Aureliani fuisset exer-  
 citus. Taceri non debet res, quæ ad famam uenerabi-  
 lis uiri pertinet. Fertur enim Aurelianum de Thya-  
 næ ciuitatis euerfione uere dixisse, uere cogitasse, uerū  
 Apollonium Thyaneum celeberrimæ famæ, authori-  
 tatisq; sapientem, ueterem philosophum, amicum  
 uerum, deorum ipsum etiam pronomine frequētan-  
 dum recipiēti se in tentorium ea forma, qua uidetur  
 subito astitisse, atq; hæc latine, ut homo Pannonius in-  
 telligeret, uerba dixisse. Aureliane, si uis uincere ni-  
 hil est, quod de ciuium meorum nece cogites. Aure-  
 liane, si uis imperare, à cruore innocentium abstine.  
 Aureliane clementer te age, si uis uincere. Norat uul-  
 tum philosophi uenerabilis Aurelianus, atq; in mult-  
 tis eius imaginem uiderat templis. Deniq; statim atto-  
 nitus imaginem & statuas, & templum eidē pro-  
 misit, atq; in meliorē redijt mentem. Hæc ego à gra-  
 uibus uiris comperi, & in Vlpiaæ bibliothecæ libris re-  
 legi, & pro maiestate Apollonij magis credidi. Quid

enim illo uiro sanctius? uenerabilius? antiquius? diui-  
 niusq; inter homines fuit? Ille mortuis reddidit ui-  
 tam. Ille multa ultra homines & fecit, & dixit, quæ  
 qui uelit nosse, grecos legat libros, qui de eius uita  
 conscripti sunt. Ipse autem, si uita suppetat, atq; ipsi-  
 us uiri fauori usquequaq; placuerit, breuiter saltem tā-  
 ti uiri facta in litteras mittam, non quo illius uiri ge-  
 sta munere mei sermonis indigeāt, sed ut ea, quæ mi-  
 randa sunt, omnium uoce prædicentur. Recepta Thy-  
 ana Antiochiam proposita omnibus impunitate, bre-  
 uis apud Daphnem certamine obtinuit, atq; inde præ-  
 ceptis quātū probatur uenerabilis uiri Apollonij pa-  
 rens, humanior, atque clementior fuit. Pugnatum est  
 post hæc de summa rerum contra Zenobiam, & Za-  
 bam eius socium apud Enessam magno certamine.  
 Cumq; Aureliani equites fatigati iam penè discede-  
 rent, ac terga darent, subito uisum numinis, quod postea  
 prodium hortante quadam diuina forma per pedites  
 etiam equites restituti sunt. Fugata est Zenobia, cum  
 Zaba, & plenissime parata uictoria. Recepto igitur o-  
 rientis statu, Enessam uictor Aurelianus ingressus ē,  
 ac statim ad templum Helio gabali tetendit, quasi cō-  
 muni officio uota soluturus. Verum illic eam formā  
 ruminis reperit, quam in bello sibi fauentem uidit.  
 Quare & illic templa fundauit denarijs in gentibus  
 positis, & Romæ Soli templum posuit maiore hono-  
 rificentia consecratum, ut suo dicemus loco. Post hæc  
 Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum ter-  
 minus fieret. Sed in itinere à latronibus Syris male  
 accepto frequenter exercitū multa perpeffus est, et in

DIVVS

obsidione usq; ad ictum sagittae piclittatus est. Epistola ipsius extat ad Mucaporem missa, in qua de eius belli difficultate ultra pudorem imperialem fatetur. Romani me modo dicunt bellū contra scēminam gerere quasi sola mecum Zenobia; & suis viribus pugnet, atq; hostiū, quantum si uir à me oppugnādus esset in cōscientia & timore longe deteriore, dici nō potest. Quantum hic sagittarum, q; belli apparatus, quantum telorū, quantum lapidum, nulla pars miri est, quae non binis & ternis balistis occupata sit, ignes et tormentis iaciuntur. Quid plura? non quasi scēmina pugnat quasi pēnā timens, sed credo adiutores Romanā Rēp. deos, qui nunquā nostris conatibus defuerunt. Deniq; fatigatus, ac pro malis fessus, litteras ad Zenobiam misit deditonem illius petens, uitam promittens, quarū exemplum indidi. Aurelianus imperator Romani orbis, & receptor orientis, Zenobia, ceterisq; quos societas tenet bellica. Sponte facere debuistis id, quod meis litteris nunc iubetur, deditonem praecipio impunitate uitae proposita, ita ut illic Zenobia, cum uis agas uitam, ubi te ex senatus amplissimi sententia collocauero. Gemmas, argentum, aurum, sericum, equos, camelos in aerarium Ro. cōferas Palmyrenis ius suum seruabitur. Hac epistola accepta Zenobia superbior, insolētiusq; rescripsit, quam eius fortuna poscebat, credo ad terrorem. Nā eius quoq; epistolae exemplum indidi. Zenobia regina orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc praeter te, quod poscis, litteris petiit. Virtute faciendum est, quicquid in rebus bellicis est gerendum. Deditonē

AURELIANVS

198

meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse, q̄ in qualibet uiuere dignitate. Nobis Persarū auxilia nō desunt, quae iā speramus, pro nobis sunt Sarraceni, pro nobis Armenij, latrones Syri exercitū tuum Aureliane uicerunt. Quid igitur, si illa uenerit manus, quae undiq; speratur? pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditonem quasi omnifariam uictor imperas. Hanc epistolam Nicomachus se trāstulisse in graecū ex lingua Syriorū dicit ab ipsa Zenobia dictatam, nam illa superbior Aureliani graeca missa est. His acceptis litteris, Aurelianus nō erubuit, sed iratus est. Statimq; collecto exercitu, ac duobus suis undiq; Palmyram obsedit, neq; quicquam uir foris reliquit, quod aut imperfectum uideretur aut incuratum. Nam & auxilia, quae à Persis missa fuerant, interceptit, & alas sarracenas, Armeniasq; corrupit, atq; ad se modo serociter, modo subtiliter transtulit. Deniq; post multas mulierem potentissimam uicit. Victa igitur Zenobia, cum fugeret camelis, quos dromedas uocitant, atq; ad persas iter tēderet, equitibus missis est capta, atq; in Aureliani potestatem deducta. Victor itaq; Aurelianus totiusq; iam orientis possessor cum in uinculis Zenobiam teneret, cum Persis, Armenijs, Sarracenis, superbior, atq; insolentior egit ea, quae ratio temporis postulabat. Tūc illa uestes, quas in templo Solis uidemus, confertae gemis, tum Persici dracones & tiare, tum genus purpurae, qd̄ postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis uidit, de qua pauca saltē libet dicere Meministis. n. fuisse in templo Iouis. OPT. MAX. Capitolini

pallium breue purpureum lancestre, ad quod cū matrona, atq; ipse Aurelianus iungeret purpuras suas, cineris specie decolari uidebantur cetera diuini comparatione fulgoris, hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum Aureliano dedisse perhibetur scribens. Sume purpuram qualis apud nos est, sed hoc falsum fuit. Nam postea diligentissime & Aurelianus, & Probus, & proxime Diocletianus missis diligentissimis confectoribus requisierunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur. n. sandix indica talem purpuram facere, si curetur. Sed ad incepta redeamus. Ingens tamen strepitus militū fuit omnium Zenobiam ad pœnam poscentium. Sed Aurelianus indignum existimans mulierem interim occisis plerisque, quibus authoribus illa bellum mouerat, parauerat, gesserat, triumpho mulierem reseruauit, ut populi Ro. oculis esset ostentui. Graue inter eos, qui cæsi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur, quo illa magistro usa esse ad græcas litteras dicitur. Quem quidem Aurelianus iccirco dicitur occidisse, quod superior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamuis syrio esset sermone contexta. Pacato igitur oriente in Europam Aurelianus redijt uictor, atque illic Carporum copias afflixit, & cum illum carpicum senatus absentem uocasset, mandasse ilico fertur. Superest P. C. ut me etiam carpisculū uocetis. Carpisculum enim genus calciamenti esse satis notum est, quod cognomen de forme uidebatur, cum & Gotthicus, & Sarmaticus, & Armenicus, & Parthicus, & Adiabenicus diceretur. Rarum est, ut

Syri fidem seruent, immo difficile. Nam Palmyreni, qui iam uicti, atq; contusi fuerant, Aureliano rebus Europensibus occupato non mediocriter rebellauerunt. Sandarionem enim, quem in præsidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittarijs occiderūt Archilleo uicini parenti Zenobiae parantes imperiū. Verum adeo Aurelianus, ut erat paratus ex Europa reuertit, atq; urbem, quia ita merebatur, euerit. Cruelitas denique Aureliani, uel ut quidam dicunt serueritas eatenus extitit, ut epistola eius feratur confessionem immanissimi furoris ostentans, cuius hoc exemplum est Aurelianus Augustus Ceionio Basso. Non oportet ulterius progredi militum gladios, iam satis Palmyrenorum cæsum, atq; occisum est. Mulieribus non peperimus, infantes occidimus, senes in gulamimus, rusticos intereminimus, cui terras, cui urbem deinceps relinquemus? Parcendum est ijs, qui remanserunt. Credimus enim paucos tam multorum supplicij eē correctos. Templum sanè Solis, quod apud Palmyram aquiliferæ legionis tertiæ, cum uexilliferis & draconario, cornicibus, atq; laticinibus diripuerunt, ad eam formā uolo, quæ fuit, reddi. Habes trecentas auri libras Zenobiae capsulis, habes argenti mille octingenta pondo, De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari templum, mihi, & dijs immortalibus gratissimum feceris. Ego ad senatum scribam petens, ut mittat pontificem, qui de dicet templum. Hæ litteræ, ut uidentur indicant satiatam esse immanitatem principis duri. Securius deniq; iterum in Europam redijt, atq; illic



omnes. qui uagabantur, hostes nota illa sua uirtute cō-  
 uadit. Interim res per Thracias Europamq; omnem  
 Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit,  
 qui sibi Aegyptum sine insignibus imperij quasi ut  
 esset ciuitas libera, uindicauit. Ad quem cōtinuo Au-  
 relianus reuertit, nec illi defuit felicitas solita. Nam  
 Aegyptū statim recepit, atq; ut erat ferox animi, co-  
 gitatione multus uehementer irascens, quod adhuc  
 Tetricus Gallias obtineret, occidentem petijt, atque  
 ipso Tetrico exercitum suum prodēte, quod eius sce-  
 lera ferre non posset, deditas sibi legiones obtinuit.  
 Princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis per  
 occidentem Gallis, atq; undiq; terris, Romam iter  
 flexit. De Zenobia, & Tetrico, hoc est de oriente,  
 & occidente triūphum Romanis titulis exhiberet.  
 Non ab re est cognoscere, qui fuerit Aureliani triū-  
 phus. Fuit enim speciosissimus. Currus regij tres fue-  
 runt. In his unus Odenati argento, auro, gemis ope-  
 rosus, atq; distinctus. Alter, quem rex Persarum Au-  
 reliano dono dedit. Ipse quoq; pari opere fabricatus.  
 Tertius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se  
 urbem Romanam cum eo uisuram, quod illam non  
 sefellit, Nam cum eo urbem ingressa est uicta, & tri-  
 umphata. Fuit alius currus quattuor cervis iūctus.  
 qui fuisse dicitur regis Gotthorum, quo, ut multi me-  
 moriae tradiderunt, capitulum Aurelianus iuectus  
 est, ut illic caderet cervos, quos cum eodem curru ca-  
 ptos uouisse Ioui OPT. MAX. ferebatur. Praecesserūt  
 elephantū uiginti, feræ mansuetæ libyæ Palestinae di-  
 uersæ ducentæ, quas statim Aurelianus priuatis do-

manit, ne fiscum annonis gramaret. Tigrides quatuor,  
 or, camelopardali, alces, cætera talia per ordinem  
 ducta gladiatorum paria octingenta, præter capti-  
 uos gentium barbarorum Blemmies, Exomites, Ara-  
 bes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Sarraceni,  
 Persæ cum suis quoq; numeribus. Gotthi, Alani, Ro-  
 xolani, Sarmathæ, Franci, Sueni, Vandali, Germani  
 religatis manibus captiui præcesserunt. Inter hos eti-  
 am Palmyreni, qui supersuerant principes ciuitatis,  
 & Aegyptij ob rebellionem. Ductæ sunt & decem  
 mulieres, quas uirili habitu pugnantes inter Got-  
 thos ceperat, cum multæ essent interemptæ, quas  
 de Amazonum genere titulus indicabat. prælati  
 sunt tituli gentium nomina continentes. Inter hæc fu-  
 it Tetricus chlamyde coccea, tunica galbina, brac-  
 cis gallicis ornatus adiuncto sibi filio, quem impera-  
 torem in Gallia nuncupauerat. Incedebat etiam Ze-  
 nobia ornata gemmis, catenis aureis, quas alij osten-  
 tabant. præferebantur coronæ omnium ciuitatum  
 aureæ titulis eminentibus proditæ. Iam populus ipse  
 Ro. iam uexilla collegiorum, atq; castrorum, & ca-  
 taphractarij milites, & opes regie, & omnis exer-  
 citus, & senatus. Et si aliquanto tristior, quod senato-  
 res triumphari uidebant, multum pompæ addide-  
 rant. Deniq; uix nona hora in Capitolium perue-  
 nit. Serò autem ad palatium. Sequētib; diebus da-  
 tæ sunt populo uoluptates ludorū scenicorū, ludorum  
 circensium, uenationum, gladiatorum naumachia.  
 Non præmittendum uidetur, qd & populus me-  
 moria tenet, & fides historica frequentauit Aurelia

num eo tempore, quo proficiscebatur ad orientem, bi-  
 libres coronas populo promississe, si victor rediret, &  
 cum aureas populus speraret, neq; Aurelianus aut  
 posset, aut uellet coronas eum fecisse de panibus, qui  
 nunc saliginei uocantur, & singulis quibusq; donas-  
 se, ita ut siligineum suum quotidie toto auro suo, &  
 unusquisq; reciperet, & posteris suis dimitteret. Nā  
 idem Aurelianus, & porcina carnem populo Ro-  
 mano distribuit, quæ hodieq; diuiditur. leges plurim-  
 as sanxit, & quidem salutare. sacerdotia compos-  
 uit, templum Solis fundauit, & pontifices roborauit.  
 Decreuit etiam emolumenta architectis, & mini-  
 stris. His gestis, ad Gallias profectus Vindelicos ob-  
 sidione barbarica liberauit, deinde ad Illyricum redi-  
 it, paratoq; magno potius q̄ ingenti exercitu, Persis,  
 quos eo quoq; tempore, quo Zenobiā superauit, glor-  
 riosissime iam uicerat, bellum indixit. Sed cum iter  
 faceret apud Zenophorium mansionem, quæ est iter  
 Heraciam, & Byzantium malitia notarij sui, et ma-  
 nu Mucaporis interemptus est. Et causa occidendi  
 eius quæ fuerit, & quemadmodum sit occisus, ne res  
 tanta lateat, breui edisseram. Aurelianus, quod nega-  
 ri non potest, Seuerus, truculentus, sanguinarius fuit  
 princeps. Hic cum usq; eo seueritatem retendisset, ut  
 & filiam sororis occideret, non in magna, neq; in sa-  
 tis idonea causa, iam primum in odium suorū uenit.  
 Incidit autem, ut se res fataliter agunt, ut Mnestheū  
 quendam, quem pro notario secretorum habuerat li-  
 bertum, ut quidam dicunt, suum infensorem sibi mi-  
 rando redderet, quo nescio quid de quodam suspicatus  
 esset.

tus eēt. Mnestheus, qui sciret Aurelianus neq; frustra  
 minari solere, neq; si minaretur, ignoscere, breue no-  
 minum conscripsit mistis ijs, quibus Aurelianus uere  
 irascebatur, cum ijs, de quibus nihil asperum cogita-  
 bat, addito etiam suo nomine, quo magis fidem face-  
 ret ingesta solitudinis, ac breue legit singulis, quo-  
 rum nomina continebat addens disposuisse Aurelia-  
 num eos omneis occidere, illos uero debere suæ uitæ,  
 si uiri sunt, subuenire. Hi cum exarsissent timore, qui  
 merebatur offensam debere innocentes beneficijs atq;  
 officijs Aurelianus uideretur in gratus, in suprädicto  
 loco iter facientem principem subito adorti intereme-  
 rūt. Hic finis Aureliano fuit principe necessario ma-  
 gis q̄ bono. Quo interfecto cum esset res prodita, &  
 sepulchrum ingens, & templum illi detulerunt ijs,  
 a quibus interemptus est. Sanè Mnestheus postea sur-  
 reptus ad stipitem bestijs obiectus est, qd̄ statua mar-  
 moreæ posita in eodem loco utrinq; significant, ubi  
 & incolumnis D. Aureliano statua cōstitutæ sunt.  
 Senatus mortem eius grauiter tulit, grauius tamen  
 Po. Ro. qui uulgo dicebat Aurelianus pedagogum  
 esse senatorum. impauit annis sex minus paucis die-  
 bus, ac rebus magnis gestis inter diuos relatus est.  
 Quia pertinet ad Aurelianus id, quod in historia  
 relatum est, tacere non debui. Nam multi ferūt Quin-  
 tilium fratrem Claudij, cum in præsidio Italico eēt,  
 audita morte Claudij, sumpsisse imperium. Verū po-  
 stea ubi Aurelianus comperit imperare à toto exer-  
 citu delectum, cumq; contra eum concionaretur, nec  
 à militibus audiretur, incisis sibi uenis die uigesima

DIVVS

imo imperij sui perijisse. Quicquid sanè scelerum fuit, quicquid male conscientiae, uel etiam finestorum, quicquid denique factionum Aurelianus toto penitus orbe purgavit. hoc quoque ad rem pertinere arbitror Balbati filij nomine Zenobiam non Timolai, & Hereniani imperium tenuisse quod tenuit. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum felicissimo rationali authore, quod acerrime, scuerissimeque compepsit, septem tamen millibus suorum militum interemptis, ut epistola docet missa ad Vlpium Crinitum ter COS. qui eum ante adoptauerat. Aurelianus Augustus Vlpio patri. Quasi fatale quiddam intercessit, ut omnia quaecumque gessero, omnes motus intergravescant. Ita etiam seditio intranurana bellum mihi grauissimum peperit, monetarij authore Felicissimo ultimo seruorum, cui procurationem fiscimandaueram, rebelles spiritus extulerunt. Hi compressi sunt septem millibus Hiberorum Ripariensium, & Castrianorum, & Daciscorum interemptis. Vnde apparet nullam mihi à dijs immortalibus datam sine difficultate uictoriam. Tetricum triumphatum correctorem Lucaniae fecit, filio eius in senatu manente templum Solis magnificentissimum constituit, muros urbis Romae sic ampliauit, ut quinquaginta propè millia murorum eius ambitus teneant. Idem quadruplatores, ac delatores ingenti scueritate persecutus est, tabulas publicas ad priuatorum scueritatem exuri in foro Traiani semel iussit. Amnestia etiam sub eodem delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium. Cuius rei etiam Tullius in

AURELIANVS

202

Philippicis meminit. Fures prouinciales repetundarum, ac peculatus reos ultra militarem modum est persecutus, ut eos ingentibus supplicijs, cruciatibusque puniret. In templo silis multum auri, gemmarumque constituit, cum uastatum Illyricum, ac Moesiam deperditam uideret prouinciam trans Danubium Daciam à Traiano constitutam sublato exercitu, & prouincialibus reliquit, desperans eam posse retineri. Abductosque ex ea populos in Moesiam collocauit, appellauitque suam Daciam, quae nunc duas Moesias diuidit. Dicitur praeterea huius fuisse crudelitatis, ut plerisque senatoribus simulatam ingereret factionem coniurationis, ac tyrannidis, quo facilius eos posset occidere. Addunt nonnulli filium sororis non filiam ab eodem interfectum, plerique autem etiam filiam sororis. Quam difficile sit imperatorem in locum boni principis legere, & senatus sanctioris grauitas probat, & exercitus prudentis auctoritas. Occiso nanque seuerissimo principe de imperatore deligendo exercitus retulit ad senatum, iccirco quod nullum de ijs faciendum putabat, qui tam bonum principem occiderant. Verum senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit sciens non libenter iam milites accipere impatores eos, quos senatus elegerit. Denique id tertio factum est, ita ut per sex menses imperator Romanus orbis non habuerit, omnesque iudices impermaerent, quos aut senatus, aut Aurelianus elegerat, nisi quod proconsulem Asiae Falconium Probum in locum Aurelij Fusci delegit. Non iniucundum est ipsas inserere litteras, quas ad senatum exercitus misit. Felices, ac



DIVVS

• fortes exercitus S. P. Q. R. Aurelianus imperator  
 • noster per fraudem unius hominis, & per errorem  
 • bonorum, ac malorum interemptus est. Hunc inter  
 • deos referte sancti, & domini P. C. & de uobis ali  
 • quem dignum uestro iudicio principem mittite. Nos  
 • enim de ijs, qui uel errauerunt, uel male fecerunt im  
 • perare nobis neminem patimur. Rescriptum ē. S. C.  
 • Cum die tertio nonas Februarias senatus amplissi  
 • mus in curiam pompilianam conuenisset, Aurelius  
 • Gordianus COS. dixit. Referimus ad uos. P. C. litte  
 • ras exercitus felicissimi, quibus recitatis, Aurelianus  
 • Tacitus primæ sententiæ senator ita locutus est. Hic au  
 • tem est, qui post Aurelianum sententia omnium im  
 • perator est appellatus. Recto ordine consulissent di  
 • immortales P. C. si boni principes ferro inuolabiles  
 • extitissent, ut longiorem ducerent uitam, neq; contra  
 • eos aliqua esset potestas ijs, qui neces infandas tristissi  
 • ma mente concipiunt. Viueret. n. princeps noster Au  
 • relianus, quo neq; utilior fuit quisquam. Respirare  
 • certe post infelicitatem Valeriani, post Galieni mala  
 • imperante Claudio ceperat nostra Resp. ad eadem  
 • reddita fuerat Aureliano toto penitus orbe uincen  
 • te. Ille nobis Gallias dedit, ille Italiam liberauit, ille  
 • Vindelicis iugū barbaricæ seruitutis amouit. Illo ui  
 • uente Illyricum restitutum est, redditæ Romanis legi  
 • bus Thracia, illæ (pro pudor) orientem scæmineo p̄s  
 • sum iugo in nostra iura restituit. Ille Persas insultan  
 • tes adhuc Valeriani nece fudit, fugauit, oppressit, il  
 • lum Sarraceni, Blemyes, Exomita, Bactriani, Seres,  
 • Hiberi, Albani, Armeni, populi etiam Indorum uer

AURELIANVS

203

• luti presentem penè uenerati sunt deum. Illius donis,  
 • quæ à barbaris gentibus meruit, refertum est Capito  
 • lium quindecim millia librarum auri ex eius libera  
 • litate unū tenet templum, omnia in urbe sana eius  
 • micant donis. Quare P. C. uel deos ipsos iure conuer  
 • nio, qui talem principem interire passi sunt, nisi forte  
 • secum eum esse maluerunt. Decerno igitur diuinos  
 • honores, id quod uos omnes existimo esse facturos.  
 • Nam de imperatore deligendo ad eundem exercitiū  
 • censeo esse referendum. Etenim in tali genere senten  
 • tiæ nisi fiat, quod dicitur, & electi periculum erit, et  
 • eligentis inuidia. Probata est sententia Taciti, attamē  
 • cum iterum, atq; iterum mitterent ex. S. C. quod in  
 • Taciti uita dicemus, Tacitus factus est impator. Aure  
 • lianus filiam solam reliquit, cuius posterī etiam nūc  
 • Romæ sunt. Aurelianus nanq; proconsul Ciliciæ sena  
 • tor optimus sui uere iuris, uitæq; uenerabilis, q̄ nunc  
 • in Sicilia uitam agit, eius est nepos. Quid hoc esse di  
 • cam tam paucos bonos extitisse principes, cum iā tot  
 • Cæsares fuerint? Nam ab Augusto in Dioclitianum,  
 • Maximumq; principes, quæ series purpuratorū sit,  
 • index publicus tenet. Sed ī his optimi ipse Augustus,  
 • Flauius Vespasianus, Titus, Cocceius Nerva, Diuus  
 • Traianus, Diuus Adrianus, Pius, & Marcus Antoni  
 • ni, Seuerus Afer, Alexāder Mammea, Diuus Clau  
 • dius, & Diuus Aurelianus, Valerianus enim, cum  
 • optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit. Vides  
 • quæso q̄ pauci sint principes boni, ut bene dictum sit  
 • a quodam mimico scurra Clau. dii huius temporibus  
 • in uno annulo bonos principes posse perscribi, atq;

depingi. At contra quæ series malorū, ut enim omittamus Vitellios, Caligulas, & Neronas, qui ferat Maximinos et Philippos, atq; illam inconditæ multitudinis ferem? Tametsi Decios excerpere debeam, quorū & uita, & mors ueteribus comparanda ē. Et queritur quidem quæ res malos principes faciat. Iā primum nimia licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, satellites detestandi, eunuchi auarissimi, aulici uel stulti, uel detestabiles, & quod negari non potest, rerum publicarum ignorantia. Sed ego à patre meo audiui Dioclitianū principem iam priuatum dixisse, nihil esse difficilius q̄ bene imperare. Colligunt se quatuor uel quinque, atq; unum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt. Dicunt quid probandum sit. Imperator, qui domi clausus ē, uera non nouit, cogitur hoc tm̄ scire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos fieri non oportet, amouet à Re pu. quos debeat obtinere. Quid multa? ut Dioclitianus ipse dicebat, bōus, cautus, optimus uēditur imperator. Hæc Dioclitiani uerba sunt, q̄ iccirco inserui, ut prudentia tua sciret nihil esse difficilius bono principe. Aurelianum q̄dem multū, neq; inter bonos neq; inter malos principes ponunt, iccirco quod ei clementia imperatoris dos prima defuerit. Verconius Herennianus præf. præt. Dioclitiani teste Asclepiodoto, sæpe dicebat Dioclitianū frequenter dixisse, cum Maximiani asperitatem deprehenderet, Aurelianū magis ducem esse debuisse quā principem. Nam eius nimia ferocitas eidē displicebat. Mirabile fortasse uidetur, q̄ compertum Dioclitiano Asclepiodotus Celsus

no consiliario suo dixisse perhibetur. Sed hoc posterū iudicabunt. Dicebat. n. quodam tempore Aurelianus Gallicanas consuluisse druidas sciscitantē utrū apud eius posteros imperium pmaneret, tum illas respondisse dixit. Nullius clarius in Rep. nomen quā Claudij posterorū futurum. Et est quidē iam Constantius imperator eiusdē uir sanguinis, cuius puto posteros ad eam gloriam, quæ à druidibus pronūtiata sit, puenire. Quod iccirco ego in Aureliani uita constitui, quia hæc ipsi Aureliano consulenti responsa sunt. Vestigal ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus uitri chartæ, lini, stupæ, atque anabolicas species æternas constituit. Thermas transtiberina regione Aurelianus facere parauit hyemales, quod aquæ frigidi aeris copia illic deessent. forum nominis sui in Hostiensi ad mare fundare cœpit. In quo postea prætorium publicū constitutum est. Amicos suos honeste ditauit, & mordice, ut miserias paupertatis effugerent. Et diuitiarū inuidiam patrimonij moderatione uitarent. Vestem holosericam neq; ipse in uestiario suo habuit, neq; alteri utendam dedit. Et cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio batteo serico uteretur, ille respondit. Absit ut auro fila pensentur, libra enim auri tunc libra serici fuit. Habuit ī animo ut aurū neq; in camera, neq; in tunicas, neq; in pelles, neq; in argentum mitteretur dicens plus auri esse in rerum natura q̄ argenti, sed aurum per uarios brattearum filorum et liquationum usus perire. Argentum autem in suo usu manere. Idem dederat facultatem, ut aureis qui uel

lent & uasis uterentur & poculis. Dedit præterea potestatem, ut argentatas priuati carrucas haberent, cum antea ærata, & eburata uehicula fuissent. Idem concessit, ut blatteas matronæ tunicas haberent cæteras uestes, cum antea coloreas habuissent. Et ut fibulas aureas gregarij milites haberent. Idem primus concessit, cum antea argenteas habuissent. Paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, cum ante non nisi rectis purpureis accepissent, & quidem alij monolores, alij dilores, trilores alij, & usq; ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. Panibus urbis Romæ unciam de ægyptio uectigali auxit, ut quadam epistola data ad præfectum annonæ urbis etiam ipse gloriatur. Aurelianus Augustus Flabio Arabiano præfeto annonæ. Inter cætera, quibus dijs fauentibus Romanam Rempublicam iuuimus, nihil mihi est magnificentius, quàm quod additamento unciæ omne annonarum urbicarum genus iuui, quod ut esset perpetuum nauicularios niliacos apud Aegyptum novos, & Romanæ annicos posui, tyberinas extruxi ripas. Vadum aluei timentis effodi, dijs & perennitati uota confirmari. Almam Cererem consecraui. Nunc tuum est officium Arabiane incundissime elaborare, ne meæ dispositiones in irritum ueniant. Neq; enim populo Romano saturo quicquam potest esse latius. Statuerat tamē et uinum gratuitum Po. Ro. dare, ut quemadmodum oleum & panis, & porcina gratuita præberentur, sic etiam uinum daretur, quod perpetuum hac dispositione conceperat. Hetruriæ per Aureliam usq; ad alpes maritimas ingentes agri sunt, ijq; fertiles, ac

syluosi. Statuerat igitur dominis locorum incultorū, qui tamen uellent, gratias dare, atq; illic familias captiuas constituere, uitis montes conferere, atq; ex eo opere uinum dare, ut nihil redditū fiscus acciperet, sed totum populo Ro. concederet. Facta erat ratio degecaparum nauium & operū, sed multi dicunt Aurelianum ne id faceret, præuentum, alij à præf. præf. sui prohibitum, qui dixisse fertur. Si & uinum populo Ro. damus, superest, & ut pullos, & anseres demus. Argumento est id uere Aurelianum cogitasse. immo etiam facere disposuisse, uel ex aliqua parte fecisse, quod in porticibus templi Solis fiscalia uina ponuntur nō gratuita populo eroganda, sed pretio. Sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse ēt Po. Ro. tunicas albas manicatas ex diuersis prouincijs, lineas afras, atq; ægyptias puras, ipsumq; primum donasse oraria populo Ro. quibus uteretur populus ad fauorem. Displicebat ei, cum esset Romæ habitare in palatio, ac magis placebat in hortis Sallustij, uel in Domitiæ uiuere. Miliarensē deniq; porticum in hortis Sallustij ornauit, in qua quotidie & equos, & se fatigabat, quamuis esset non bonæ ualitudinis, seruos & ministros peccantes coram se cædi iubebat, ut pleriq; dicunt, causa tenendæ seueritatis, ut alij, studio crudelitatis. Ancillam suam, quæ adulterium cum seruo suo fecerat, capite puniuit. Multos seruos è familia propria, qui peccauerant legibus, audiendos iudicijs publicis dedit. Senatū, siue senaculum matronis reddi uoluerat, ita ut primæ illic quæ sacerdotia senati authore meruissent, calceos milleos



& cereos, & albos, & ederaños uiris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Cursores eo habitu, quo ipse habebat, senatoribus concessit. Concubinas ingenuas haberi uetuit. Eunuchorum modum pro senatoris professionibus statuit, iccirco quod ad ingentia p̄tia peruenissent. Vas argenti eius nunquam triginta libras transiit. Conuiuium de assaturis maxime fuit. Vino rufo maxime delectatus est. Medicum ad se, cum egrotaret, nunquam uocauit, sed ipse se inedia precipue curabat. Vxori, & filiae anulum sigillarium quasi priuatus instituit. Seruis suis uestes easdē imperator, quas & priuatus dedit præter duos serues, quibus quasi libertis plurimum detulit, Antistiū & Gūlonem, qui post eum ex senatus sententia manumissi sunt. Erat quidem rarus in uoluptatibus, sed miro modo minimis delectabatur, uehementissime autē delectatus est phagone, qui usq; eo multum comedit, ut uno die ante mensam eius aprum integrum, centum panes, Veruecem, & porcellum comederet, biberet autem infundibulo appposito plus horca. Habuit tempus præter seditiones quasdam domesticas fortunatissimum, populus autem Romanus eū amauit, senatus timuit.

q̄  
 Vod post excessum Romuli nouello adhuc Romanæ urbis imperio factum pontifices, penes quos serius scribendæ historia potestas fuit, in litteras retulerunt, ut interregnum diu post bonum principē bonus alius quaeritur, iniretur. Hoc post Aurelium habito, inter senatum, exercitumq; Romanum non inuido, non tristi, sed grato, religiosq; certamine sex totis mēsis factum est. Multis tñ modis hæc ab illo negotio causa separata est. Iam primum enim cum interregnum initum est, post Romulum interreges tamen facti sunt, totusq; ille annus per quinos & quaternos dies siue ternos centum senatoribus deputatus est, ita ut quater essent, interreges essent singuli dūtaxat. Quare factum est, ut & plures annos interregnum iniretur, ne aliquis sub æquali dignitate Romani expers remaneret imperij. Huc accidit quod etiā sub COSS. Trib. q; militaribus præditi imperio consulari, siquādo interregnum initum est, interreges fuerunt. Nec unquam ita uacua fuit hoc nomine Romana Resp. ut nullus interrex biduo saltē triduo ue crearetur. Video mihi posse obijci curules magistratus, apud maiores nostros quadrienniū ī Rep. nō fuisse, sed erāt tribuni plebis, cū tribunitia potestate, q̄ pars maxima regalis impij est. Tamen nō est proditum interreges eo tpe nō fuisse. Quinetiam uerioribus historicis referentibus declaratum est, COSS. ab interregibus prius creatos, q̄ haberent reliquorū comitia ma

gistratum. Ergo quod rarum, & difficile fuit, S. P. Q. R. perpeffus est, ut imperatorem per sex menses, dum bonus quaeritur, Resp. non haberet. Quae illa concordia militum? quanta populo quies? quam grauis senatus authoritas fuerit? Nullus usquam tyrannus emerfit, sub iudicio senatus, & militum, populiq; R. G. totus orbis est temperatus, non illi principem quenquam, ut recte facerent, non tribunitiā potestatem formidabant, sed quod est in uita optimum, se timebant. Dicenda est tamen causa tam felicium morarum, & speciatim in monumentis publicis inferenda eadem posteris humani generis stupenda moderatio, ut discant qui regna capiunt, non raptum ire imperia, sed mereri. Interfecto sanè fraude Aureliano, ut superiore libro scriptum est, calliditate serui nequissimi, errore militarium, ut apud quoslibet commenta plurimum ualent, dummodo irati audiant, plerumq; temulenti certe consiliorum propè semper expertes reuersis ad bonam mentem omnibus, eis dēq; ab exercitu grauiter confutatis captum est queri, & quis fieri deberet ex omnibus princeps. Tunc odio praesentium exercitus, qui creare imperatorē raptim solebat, ad senatum litteras misit, de quibus priore libro iam dictum est, petēs, ut ex ordine suo principem legerent. Verum senatus sciens lectos à se principes militibus non placere, rem ad milites retulit. Dumq; id saepius fit, sextus peractus est mensis. Interest tamen, ut sciatur quemadmodum Tacitus imperator sit creatus. Die VII. Calen. Octob. cum in curiā pompilianam ordo amplissimus consedisset, Velius

Cornificius Gordianus consul dixit. Referimus ad uos P. C. qđ saepe retulimus. Impator est deligendus, exercitus sine principe recte diutius stare non potest, si nulla cogit necessitas. Nā limitē trās Rhennū Germani rupisse dicuntur, occupasse urbes ualidas, nobiles, diuites, & potentes. Iam si mihi de Persicis motibus nuntiatur, cogitate tam leues esse mentes Syrorum, ut regnare uel sceminas cupiant potius, quam nostram perpeti sanctimoniam. Quid Africam? Quid Illyricum? Quid Ægyptum, earumq; omnium partium exercitum quousq; sine principe credimus posse consistere? Quare agite P. C. & principem dicite, aut accipiet eum exercitus, quem elegeritis, aut si resutauerit, alterum faciet. Post hæc cum Tacitus, qui erat primæ sententiæ consularis sententiam incertam quam uellet, diceret, omnis senatus acclamauit. Tacite Auguste dii te seruent, te deligimus, te principem facimus, tibi curam Reip. orbisq; mādamus. suscipe imperium ex senatus authoritate, tui loci, tuæ uitæ, tuæ mentis est, quod mereris. Princeps senatus recte Augustus creatur, primæ sententiæ uir recte imperator creatur. Et quis melius quam grauis imperat? & quis melius quam litteratus imperat? Quod bonum faustum, salutareq; sit, cliu priuatus fuisti. Scis quem admodum debeas imperare, qui alios principes perlisti. Scis quemadmodum debeas imperare, qui de alijs principibus iudicasti. At ille. Miror P. C. uos in locū Aureliani fortissimi impatoris senē uelle principem facere, en membra, quæ iaculari ualeant, quæ hastile torquere, quæ clypeis intonare, qđ ad exemplum

docendi militis frequenter equitare. Vix munia senatus  
 impleremus. Vix sententias, ad quas nos locus ar-  
 stat ediscimus. Videte diligentius quae aetatem de cubi-  
 culo, atque umbra in pruinis, aestusque mittatis, An  
 probaturos senem imperatorem milites creditis? Vi-  
 dete, ne Reip. non eum, quem uelitis, principem des-  
 tis, et mihi hoc solum obesse incipiat, quod me una-  
 nimiter delegistis. Post haec acclamationes senatus ha-  
 fuerunt. Et Traianus ad imperium senex uenit, dix-  
 erunt decies. Et Adrianus ad imperium senex uenit,  
 dixerunt decies. Et Antoninus ad imperium senex  
 uenit, dixerunt decies. Et tu legisti, Incanaque men-  
 ta Regis Romani, dixerunt decies, et quis melius quam  
 senex imperat? dixerunt decies. Imperatorem te non mi-  
 litem facimus, dixerunt uicies, tu iube milites pugnare,  
 dixerunt tricies habes, prudentiam, et bonum frat-  
 rem, dixerunt decies. Seuerus dixit caput imperare  
 non pedes, dixerunt tricies. Animum tuum non cor-  
 pus eligimus, dixerunt uicies. Tacite Auguste Diu te  
 seruent. Deinde omnes interrogati proterea qui post Tacitum  
 sedebat senator consularis Metius Falconius Niro-  
 comachus in haec uerba disseruit. Senex quidem P. C.  
 recte, atque prudenter Reip. magnificus hic ordo con-  
 sultit, neque a quoquam orbis terrae populo solidior unquam  
 expectata sapientia est. Attamen nulla unquam neque gra-  
 uior, neque prudentior in hoc sacratio dicta sententia  
 est. Seniore principem fecimus, et uix, quae omnibus qua-  
 si pater consulat, nihil ab hoc immaturae, nihil prope-  
 rium, nihil asperae formidandum est. Omnia seria, cuncta  
 grauiora, et quasi ipsa Respublica iubeat, auguranda sunt.

Scit. n. qualē sibi principem semp optauerit, nec pot-  
 aliud nobis exhibere, quam quod ipse desiderauit, et uo-  
 luit. Enim uero si recolare uelitis uetusta illa prodigia  
 Nerones dico, et Heliogabalos, et Commodos sciri-  
 potius semper incommodos, certe non hominum ma-  
 gis uitia illa, quam aetatum fuerunt. diu auertant princi-  
 pes pueros, et patres patriae dici impubes, et quibus  
 ad subscribendum magistris litterarij manus teneant,  
 quos ad consulatus dandos dulcia et circuli, et quae-  
 cunq; uoluptas puerilis inuitet, quae malum ratio est ha-  
 bere imperatorem qui famam curare non nouerit? quod quid  
 sit Respublica. nesciat, nutritorem timeat, respiciat ad nut-  
 tricem magnorum magistrorum iustitiam, terrorisq; sub-  
 iaceat. faciat eos C O S S. duces, iudices, quorum uitas,  
 merita, aetates, familias, gesta non norit. Sed quid diu-  
 tius P. C. protrahor? magis gratulemur, quod habet-  
 mus principem senem, quam illa iteremus, quae plus quam  
 lachrymando tolerantibus extiterunt. Gratias igitur  
 dijs immortalibus ago, atque habeo, pro uniuersa Repu-  
 blica. Tacite Auguste conuenio petens, obsecrans, liber-  
 re pro communi patriae legibus deposcens ne paruulos tuos,  
 si te citius fata peruenerint, facias Romani haeredes im-  
 perij, ne sic Respublica. Patresque Conscriptos, Populumque Ro-  
 manum, ut uillulam tuam, ut colonos tuos, ut seruos  
 tuos relinquant, quare circumspecte, imitare Nervas Tra-  
 ianos, Adrianos. Ingens est gloria morientis princi-  
 pis Respublica. magis amare quam filios. Hac oratione et Ta-  
 citus ipse uehementer est motus, et totus senatorius  
 ordo concussus. Statimque acclamatum est. Omnes omnes  
 in Decium ad campum Martium, ibi comitiale tribu-



nal ascendit, ibi præfec. urbis Aelius Cæsetianus sic lo-  
 cutus est. Vos sanctissimi milites, & sacratissimi uos  
 quirites habetis principem, quem de sententia omnium  
 exercituum senatus elegit. Tacitum dico Augustissimi-  
 mū uirū, ut q̄ hactenus sententijs suis Rēp. iuuit nūc in-  
 uet iussis, atq; consultis. acclamatum est à populo,  
 felicissime Tacite Auguste dii te seruent, & reliqua,  
 quæ solent dici, Hoc loco tacendum non est plerofq;  
 in litteras retulisse Tacitum absentem, & in Campa-  
 nia positum principem nuncupatum, quod uerum  
 est, nec dissimulare possum. Nam cum rumor emer-  
 sisset illum imperatorem esse faciendum, discessit, atq;  
 in Baiano duobus mensibus fuit. Sed inde deductus  
 huic S. C. interfuit, quasi uere priuatus, & qui uere  
 recusaret imperium, ac nequis me graecorum alicui,  
 uel latinorū existimet temere credidisse, habet in bi-  
 bliotheca Vlpia in armario Sexto librum Elephan-  
 tinum, in quo hoc S. C. per scriptum est, cui Tacitus  
 ipse manu sua subscripsit. Nam diu hæc S. C. quæ ad  
 principes pertinebant, in libris Elephantinis scribe-  
 bantur. Inde ad exercitus profectus, ibi quoq; cū pri-  
 mum tribunal ascēdit Messius Gallicanus præfe. præ.  
 in hæc uerba disseruit. Dedit sanctissimi commilito-  
 nes senatus principem, quem petistis, paruit præce-  
 ptis, & uoluntati castrensium ordo ille nobilissimus  
 plura mihi apud uos p̄sente imperatore, non licet lo-  
 qui. Ipsum igitur, qui tueri nos debet, loquem eni di-  
 gnanter audite. Post hoc Tacitus Augustus dixit. Et  
 Traianus ad imperium senex uenit, sed ille ab urbe  
 deductus est. At me sanctissimi commilitones primū  
 uos. qui

uos, qui scitis principes approbare. deinde amplissim-  
 us senatus dignum hoc nomine indicauit, curabo,  
 enitar, efficiam, ne uobis desint si non fortia facta, at  
 saltem uobis, atq; imperatore digna cōsilia. Post hoc  
 stipendium, & donatiuum ex more promisit, &  
 primam orationem ad senatum talem dedit. Ita mihi  
 hi liceat P. C. sic imperium regere, ut à uobis me cō-  
 stet electum, ut ego cuncta ex uestra facere sententia,  
 & potestate decreui. Verum est igitur ea iubere, at-  
 q; sancire, quæ digna uobis, digna modesto exercitu,  
 digna Populo Romano esse uideantur. In eadem ora-  
 tione Aureliano statuam auream ponendam in ca-  
 pitolio decreuit. Item statuam argenteam in curia,  
 item in templo Solis. Item in foro Diui Traiani, sed  
 aurea non est posita. Dedicatæ autem sunt solæ argē-  
 teæ. In eadem oratione cauit, ut si quis argento publi-  
 ce, priuatimq; æs miscuisset, si quis auro argentū, si quis  
 æri plumbum, capitale esset cum bonorum proscris-  
 ptione. In eadem oratione cauit, ut serui in dominor-  
 rum capita non interrogarentur, ne in causa maiest-  
 atis quidem addidit ut Aurelianum omnes pictum  
 haberent. Diuorum templū fieri iussit, in quo essent  
 statuæ principum bonorum ita, ut iisdem natalibus  
 suis, & parilibus & Calē. Ianuarijs & uotis libar-  
 mina ponerentur. In eadem oratione fratri suo Floria-  
 no consulatum petijt, non impetrauit, hiccirco quod  
 iam senatus omnia inuidia suffectorum consulum  
 clauserat. Dicitur autem, multum lætatus senatus li-  
 bertate, quod ei negatus est cōsulatus, quem fratri pe-  
 tierat. Fertur deniq; dixisse, scit senatus quem principem

peni fecerit. patrimonium suum publicauit, quod habuit in redditibus HS II millies octingentes. Pecuniam quam domi collegerat, in stipendium militum uertit. Togis, & tunicis iisdem est usus, quibus priuatus. Meritoria intra urbem stare uetuit, quod quidem diu tenere non potuit. Thermas omnes ante lucernam claudi iussit, nequid per noctem seditionis oriretur. Cornelium Tacitum scriptorem historiae Augustae, quod parentem suum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari iussit, & ne neglectorum incuria deperiret, librum per annos singulos decies scribi publicitus in euicos archis iussit, & in bibliothecis poni, holosericam uestem uiris omnibus interdixit. Domum suam destrui praecipit, atque in eo loco thermas publicas fieri priuato sumptu iussit, columnas centum numidicas pedum uicenum ternum Hostiensibus donauit. De proprio possessiones, quas in Mauritania habuit, fartis tectis Capitolij deputauit. Argentum mensale, quod priuatus habuerat, ministerijs conuiuiorum, quae in templis fierent, dedicauit. Seruos urbanos omnes manumisit utriusque sexus intra centum tamen ne caniniam transire uideretur. Ipse fuit uitae parcissimae, ita ut sextarium uini tota die nunquam potauerit, saepe intra heminam. Conuiuium uero uinum gallinacei, ita ut sinciput adderet, & oia pro oibus oleribus affatim ministratis, lactucis impatieter indulgit. Somnum. n. se mercari illa sumptus effusioe dicebat. amariores cibos appetiuit. Balneis raro usus est, atque ualidior fuit in senectute. Vitreorum diuersitate, atque operositate uehementer est delectatus. Panem nisi siccum nunquam comedit, eundemque sale, atque alijs

rebus conditum. Fabricarum peritissimus fuit, marimorum cupidus, nitoris senatorij, uenationum studiosus. Mensam denique suam nunquam nisi a gestibus opimauit. Fasianam aueni nisi suo, & suorum natali, & diebus festissimis non posuit. Hostias suas semper domum reuocauit, iisdemque suos uesci iussit. Vxorē gemis uti non est passus. Auro clauatis uestibus idem interdixit. Nam & ipse auctor Aureliano fuisse perhibetur, ut aurum a uestibus & cameris, & pellibus submoueret. Multa huius feruntur, sed longum est ea in litteras mittere. Quod si quis omnia de hoc uiro cupit scire, legat Suetonium Optatianum, qui eius uitam affatim scripsit. Legit sane senex minutulas litteras ad stuporem, nec unquam noctem intermisit, qua non aliquid scriberet, uel legeret, praeter posterum Calendarum diem. Nec tacendum est, & frequenter imitandum tantam senatus laetitiam fuisse, quod eligendi principis cura ad ordinem amplissimum reuertisset. Ut & supplicationes decernerentur, & hecatombe promitteretur a singulis. Denique senatores ad suos scriberent, nec ad suos tantum, sed etiam ad externos. Mitterentur praeterea litterae ad provincias, ut scirent oes socij, oesque nationes in antiquum statum rediisse Remp. Ac senatum principes legere, immo ipsum senatum principem factum, leges a senatu petendas, reges barbaros senatui supplicaturos. pacem, ac bella senatu auctore tractanda. nequid denique deesset cognitioni, plerasque huiusmodi epistolas in fine libri posui, & cum cupiditate & sine fastidio, ut existimo, perlegendas. Et prima quidem illi cura imperatoris facti haec fuit, ut

## TACITVS

omnes, qui Aurelianum occiderant, interimere, bonos, malos ue, cum iam ille uindicatus esset. Et quoniam a Mæotide multi barbari eruperat, hos eosdē consilio, atq; uiribus, ut eō redirent, cōpulit. Ipsa autem Mæotide ita congregabantur quasi acciti Aureliani ad bellum Persicum conuenissent auxilium daturi nostris, si necessitas postularet. Tullius dicat magnificentius eē dicere, quemadmodum ceperit consulum Marcus, & in isto uiro magnificum fuit, qd̄ tanta gloria cepit imperium. Gessit autem propter breuitatem temporum nihil magnum. Interemptus est enim insidijs militaribus, ut alij dicunt, sexto mense, ut alij, morbo interijt. Tamen constat factionibus eum oppressum mente, atq; animo defecisse. Hic idē mensem Septembrē Tacitum appellari iussit, iccirco, qd̄ eo mense & natus, & factus est imperator.

## FLORIANVS

**h** VIC successit Florianus frater eius, q̄ imperium arripuit, non senatus auctoritate, sed suo motu quasi hereditariū esset imperium, cum sciret adiuratum esse in senatu Tacitum, ut cū mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem faceret. Deniq; uix duobus mensibus imperium tenuit, & occisus est Tarsi à militibus, q̄ Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat. Tātus autem Probus fuit in re militari, ut illum senatus optaret, miles eligeret, ipse populus Romanus accla-

## FLORIANVS

211

mationibus peteret. fuit etiam Florianus morum fratris imitator, nec tamen usquequaq;. Nam effusionem in eo frater frugireprehendebat, & hæc ipsa imperandi cupiditas alijs eum moribus ostendit fuisse q̄ fratrem. Duo igitur principes una extiterunt domo, quorum alter sex mensibus, alter uix duobus imperauerunt, quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum post interregnum principes nuncupati. horum statuae fuerunt interamnæ duæ pedum tricennum ex marmore, quo illic eorum cenotaphia constituta sunt in solo proprio, sed deiectæ fulmine ita cōtrita sunt, ut membratim iaceant dissipatæ, quo tempore responsum est ab aruspibus quandocumque ex eorum familia imperatorem Romanum futurū seu per sceminam, seu per uirum, qui det iudices Parthis, ac Persis, qui Francos, & Alemannos sub Romanis legibus habeat, qui per omnem Africam barbarum nō relinquat, qui Taprobanae præsidem imponat, q̄ ad Romanam Insulam proconsulem mittat, qui Sarmatis omnibus iudicet, qui terram omnem, quam occasus ambit, captis omnibus gentibus, suam faciat, postea tamen senatui reddat imperium, & antiquis legibus uiuat ipse uicturus annis C. XX. & sine herede moriturus. Futurum autem eum dixerūt à die fulminis præcipitatis statuis, & confectis post annos mille, Non magna hæc urbanitas aruspicum fuit, q̄ principem talem post mille annos futurum esse dixerunt, quia si post centum annos prædicerent fore, possent eorum deprehendi mendacia pollicentes, cū uix remanere talis possit historia. Ego tamen iccirco



hac inserenda uolumini credidi, ne quis me legens legisse non crederet. Tacitus congiarium po. Ro. intra sex menses uix dedit. Imago eius posita est in Quintiliorum in una tabula quincuplex, in qua semel togatus, semel chlamydatus, semel armatus, semel palliatus, semel uenatorio habitu. De qua quidem epigrammatarius ita allusit, ut diceret. Non agnosco senem armatum, non chlamydatum inter cetera, sed agnosco togatum. Floriani & Taciti multi extiterunt, quorum sunt posterii credo millesimum annum expectantes. In quos multa epigrammata scripta, quo iocati sunt aruspices imperium pollicentes. Haec sunt, quae de uita Taciti, atq; Floriani digna memoratu comperisse memini. Nunc nobis aggrediendus est Probus uir domi, forisq; conspicuus, uir Aureliano, Traiano, Adriano, Antoninis, Alexandro, Claudioq; preferendus, nisi quia in illis uaria, in hoc omnia praecipua tunc fuere, quae post Tacitum omnium iudicio bonorum imperator est factus, orbemq; terrarum pacatissimum gubernauit, deletis barbaris gentibus, deletis et plurimis tyrannorum, qui eius temporibus extiterunt, de quo dictum est, ut Probus diceretur et si probus nomine non fuisset. Quem quidem multi ferunt sibyllinis libris fore promissum, quae si diutius fuisset, orbis terrae Barbaros non haberet. Haec ego in aliorum uita de Probo iccirco indidi, ne dies, hora, momentum aliquid sibi uindicaret, ne fatali necessitate absumptus Probo indicto desperarem. Nunc claudam uolumen satisfactum arbitraris studio, & cupiditati meae. Omnia impij Tacito haec fuerunt. Fanaticus quidam in templo Syluani tensis mem-

bris exclamauit tacita purpura, tacita purpura idque septimo. Quod quidem postea omni deputatum est. Viniuum, quo libaturus Tacitus fuerat in templo Herculis Fundani subito purpureum factum est. Vitis, quae uuas amineas albas ferebat, eo anno, quo ille imperium meruit, plurima purpurea facta sunt. Mortis omnia haec fuerunt. patris sepulchrum disruptis ianuis se apuit, matris umbra se per diem & Tacito et Floriano uelut uiuentis obrulit, nam diuersis patribus nati ferebantur, in Larario dii omnes seu terrae motu, seu casu aliquo conciderunt. Imago Apollinis, quae a diis colebatur, ex summo fastigio in lectulo posita sine hominis cuiuspiam manu dephensa est. Sed haec sunt, quae a plerisque dicuntur. Nos ad Probum & ad Probi gesta insignia reseruemus. Et quoniam me promisi aliquas epistolas esse positurum, quae creato Tacito principe gaudia senatus ostenderent, his additis finem scribendi faciam.

- Epistola publicae. Senatus amplissimus curiae Carthaginiensi S. D. Quod bonum, faustum, felix, salutareque sit Reip. orbique Ro. dandi ius imperii, appellandi principis, nuncupandi Augusti ad nos reuertit. Ad nos igitur referte, quae magna sunt. Omnis prouocatio praefecti urbis erit, quae tamen a proconsulibus, & ab ordinariis iudicibus emerferit, in quo quidem est uestram in antiquum statum redisse credimus dignitatem, siquidem primus hic ordo est, quae recipiendo uim suam ius suum ceteris seruat.
- Alia epistola. Senatus amplissimus curiae Treuirore. Ut estis liberi, & semper fuistis, Laetari uos credimus, creandi principis iudicium ad senatum redijt, simul et praefectura urbanae appellatio uniuersa decreta est.

Eodem modo scriptum est Antiochiensibus, Aquilei-  
 ensibus, Mediolanensibus, Alexandrinis, Thessalo-  
 nicensibus, Corinthiis, & Atheniensibus. Priuata  
 autem epistolæ hæc fuerunt. Antonio Iusto patri Au-  
 tronius Tiberianus salutem. Nunc te pater sancte in-  
 teresse deuit senatui amplissimo, nunc sententiam di-  
 cere, cum tantum authoritatis amplissimo ordini cre-  
 uerit, ut reuertat in antiquum statum Respu. & nos  
 principes demus, nos faciamus imperatores, nos de-  
 niq; nuncupemus Augustos. Fac igitur ut cõualescas  
 curiæ interfuturus antiquæ. Nos recepimus ius pro-  
 consulare, redierunt ad præfectum urbis appellatio-  
 nes omnium potestatum, & omnium dignitatum.  
 Item alia. Claudius Capilianus Cereio Metiano pa-  
 truo S. Obtinimus pater sancte, quod semper optaui-  
 mus, in antiquum statum senatus reuertit. Nos princi-  
 pes facimus. nostri ordinis sunt potestates. Gratias ex-  
 ercitu Romano & uere Romano, reddidit nobis,  
 quam semper habuimus potestatem. Abire sine Baia-  
 nos, Puteolanosq; secessus. Da te urbi, da te curiæ. Flo-  
 ret Roma, floret tota Respu. Imperatores damus, prin-  
 cipes facimus, possumus & prohibere, qui cœpimus  
 facere. Dictum sapienti sat est. Longum est oēs episto-  
 las connectere, quas reperi, quas legi. Tantum illud  
 dico senatores omnes ea esse lætitia elatos, ut domibus  
 suis omnes albas hostias cæderent imagines frequen-  
 ter aperirent, albatii sederent, conuiuia sumptuosiora  
 præuenirent, antiq̃tatem sibi redditam crederent.

## EIVSDEM PROBVS.

Errum est, qd̃ Sallustius Crispus, quodq;  
 M. Cato, & Gellius historici sententiæ  
 modo in litteras retulerunt, omnes om-  
 nium uirtutes tantas esse quantas uideri  
 eas uoluerint eorum ingenia, qui unius cuiusq; facta  
 descripserint. Inde esse, quod Alexander Magnus Ma-  
 cedo, cum ad Achillis sepulchrum uenisset, grauius  
 ingemiscens. Felicem te inquit, iuuenis, qui talem p̃co-  
 nem tuarum uirtutum reperisti. Homerum intelligi  
 uolens, qui Achillem tantum in uirtutum studio fin-  
 xit, quantum ipse ualebat ingenio. Quorsum hæc p̃-  
 tineant mi Celse? ne fortassis requiras, Probum prin-  
 cipẽ, cuius imperio oriens, occidens, meridies, septen-  
 trio, omnesq; orbis partes in totam securitatem redat.  
 Et sunt scriptorum inopia iam penè nescimus. Occi-  
 dit (pro pudor) tanti uiri & talis historia, qualena  
 non habent bella punica, non terror gallicus, nõ no-  
 tus pontici, non hispaniensis astutia. Sed non patiar  
 ego ille, à quo diudum solus Aurelianus est expetitus  
 cuius uitam quantum potui persecutus Tacito, Flori-  
 anoq; iam scriptis non me ad Probi facta descẽdere,  
 si uita suppetet, omnes, qui supersunt usq; ad Maximã  
 animum, Dioclitianumq; dicturus. Neq; ego nunc fa-  
 cultatem, eloquentiamq; polliceor, sed res gestas, quas  
 perire non patior. Vsus autem sum, ne in aliquo fallã  
 carissimam mihi familiaritatem tuam, præcipue li-  
 bris ex bibliotheca Vlpia ætate mea thermis Diocli-  
 tianis, item ex domo tiberiana, usus etiam ex registris

scribarum porticus propheticæ, actis etiã senatus, ac populi. et quoniam me ad colligenda talis uiri gesta ephemeris Turduli Gallicani plurimum iuuat uiri honestissimi, ac syncerissimi, beneficium amici senis tacere non debui. CN. Pompeium tribus fulgentem triumphis belli piratici, belli sertoriani, belli mithridatici, multarumq; reru gestarum maiestate sublimẽ quis tandem nosset, nisi eum M. Tullius, & T. Linius in litteras retulissent? Paulum Scipionem Africanum, immo Scipiones oēs, seu Lucios, seu Nasicas nomine tenebræ possiderent, ac tegerent nisi cõmendatores eorum historici nobiles, atq; ignobiles extitissent? Lõgum est omnia persequi, quæ ad exemplum huiusmodi et nobis tacentibus usurpanda sunt. Illud tm̄ contentatum uolo, me & rem scripsisse, quam si quis uoluerit, honestius eloquio celsiore demonstrat, & mihi quidem id animi fuit non Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atq; oēs. disertissimos imitari uiros in uita principum, & temporibus differendis, sed Marium Maximum, Sueto. Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem, Iulium Capitolinum, Ælium Lampridium, ceterosq; qui hæc, & talia non tam diserte q̄ uere memoriæ tradiderunt. Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non possum incẽdẽtibz uobis, qui, cum multa sciatis, scire multo plura cupiatis, & ne diutius ea, quæ ad meum consiliũ pertinent, loquar, magnum, & præclarum principem, & qualem historia nostra non nouit, arripia. Probus oriundus è Pannonia ciuitate Syrmienfi, nobiliore matre quàm patre, patrimonio moderato, as-

finitate non magna, tam priuatus quàm impator nobilissimis uirtutibus claruit. Probo, ut quidam in litteras retulerunt, pater nomine Maximus fuit, qui, cõordines honestissime duxisset, tribunatum adeptus apud Ægyptum uita functus est uxore, ac filio, & filia derelictis. Multi dicunt Probum Claudij propinquum fuisse optimi, & sanctissimi principis, quod quia p̄ unum tantum græcorum relatum est, nos in medio relinquentis. Vnũ tamen dico, quod in Ephemeride legisse me memini, à Claudia sorore Probum sepultum. Adolescens Probus corporis moribus tam clarus è factus, ut Valeriani iudicio tribunatum propè imberbis acciperet. Extat epistola Valeriani ad Galienum, qua Probum laudat adhuc adolescentem, & imitationi omnium proponit. Ex quo apparet neminem unquam peruenisse ad uirtutum summam iam maturum, nisi qui puer seminario uirtutũ generosiore concreuit aliquid inclytum designasset.

- Epistola Valeriani. Valerianus pater Galieno filio
- Augustus Augusto. Et meum secutus iudiciũ, quod
- semper de Probo adolescente primo habui & omni
- um honorum, qui eũdem sui nominis uirum dicũt,
- tribunatum in eum contuli datis sex cohortibus sar
- racenis, creditis etiã auxiliaribus Gallis cum ea Per
- sarum manu, quam nobis Artabassis Syrus mancia
- pauit. Te quæse fili carissime, ut eum inuenem, quẽ
- imitari pueris omnibus uolo, in tanto habeas hor
- nore, quantum uirtutes eius, & merita pro debito
- mentis splendore desyderant. Alia epistola de eo
- deni ad præfec. præto. cum salario. Valerianus Au



PROBUS

• gustus Muluio Gallicano praef. praeto. Miraris fortassis, quod ego imberbem tribunum fecerim contra constitutum D. Adriani. Sed non multa miraberis, si Probum cogitas adolescentem uere Probum, nunquam enim alium mihi, cum eum cogito, nisi nomen occurrat. Quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen. Huic igitur dari iubebis, quoniam mediocris fortuna est, ut eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas rufulas duas, pallia gallica duo fibulata, iterulas paragaudias duas, patinam argenteam libras decem spectatam, aureos antonianos centum, argenteos aurelianos mille, aereos philippeos decem millia. Item in salario diurno bubulae pondo, porcinae pondo sex, caprinae pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum sextarium unum, uini ueteris diurnos sextarios decem, cum larido bubalino salis olerum, lignorum, quantum satis est. Hospitia praeterea eidem, ut tribunis legionum praebere iubebis, Et haec quidem epistola declarat. Nunc quantum ex Ephemeride colligi potuit, cum bello Sarmatico iam tribunus transmissis Danubio multa fortiter fecisset, publice in concione donatus est hastis puris quatuor, coronis uallaribus duabus, corona ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera sacrificali quinquelibri una. Quo quidem tempore Valerium Flaccum adolescentem nobilem parentem Valeriani e quadam liberauit manu, unde illi Valerianus coronam ciuicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita. Suscipe Probe praemia pro Rep. suscipe coronam ciuicam pro parente, quo

PROBUS

215

• quidem tempore legionem tertiam eidem addidit sub testimonio eiusmodi. Epistola de legione tertia. Res gestae tuae Probe carissime faciunt, ut et serius tibi tradere maiores exercitus uidear, et cito tamen tradam, recipe in fidem tuam legionem tertiam felicem, quam ego adhuc nulli nisi pro uecto iam credidi, mihi autem eo tempore credita est, quo et me canosum, qui credebatur, cum gratulatione uidit. Sed ego in te non expecto aetatem, cum et uirtutibus fulgeas, et moribus polleas. Vestes tibi triplices dari iussi. Salarium duplex feci, uexillarium deputaui. Longum est, si per res gestas tanti percurram uiri, quae ille sub Valeriano, quae sub Galieno, quae sub Aureliano, et Claudio priuatus fecerit. Quoties murum conscenderit, uallum diripuerit, hostem comminus interemit, dona principum emeruerit, Rempublicam in antiquum statum sua uirtute reddiderit. docet Galieni epistola ad tribunos data, quae fuerit Probus. Galienus Augustus tribunis exercituum Illyricianorum. Etiam si patrem meum fatalis belli Persici necessitas tenuit, habeo tamen parentem Aurelianum, quo laborante possim esse securus, qui si affuisset, nunquam ille ne nominandus quidem tyrannus sibi usurpasset imperium. Quare oes uos consilijs eius cupio parere, qui et patris iudicio probatus est, et senatus. Non magnam fortassis iudicium Galieni esse uideatur principis mollioris, sed quod negari non potest, ne dissolutus quidem quispiam se nisi in eius fidem tradit, cuius sibi uirtutes existimat profuturas. Sed esto Galieni epistola sequatur. Quid Aureliani iudicium? qui Probo decimas

PROBUS

nos fortissimos exercitus sui, & cum quibus ipse ingentia gesserat, tradidit sub huiusmodi testimonio. Aurelianus Augustus Probo. S. D. Vt scias, quanti te faciam, decimanos meos sume, quos Claudius mihi crederididit. Isti enim sunt, qui quadam felicitatis prerogativa praesules nisi futuros principes habere non norunt. Ex quo intellectum est Aurelianum in animo habuisse, ut siquid sibi scienti, prudentique eueniret, Probum principem faceret. Iam Claudij, iam Taciti iudicia de Probo. Longum est innectere, quamuis feratur in senatu Tacitus dixisse, cum eidem offerretur imperium, debere Probum principem fieri. Sed ego S. C. ipsum inueni. Ipse autem Tacitus imperator primam tale ad Probum epistolam dedit. Tacitus Augustus Probo. Me quidem senatus principem fecit de prudentis exercitus uoluntate. Attamen sciendum tibi est tuis nunc humeris magis incubuisse Rempublicam, qui & quantus sis, omnes nouimus, scit senatus. Adesto igitur nostris necessitatibus tuae familiae assere, ut soles, Rempublicam. Nos tibi decreto totius orientis ducatu salarium quimultiplex fecimus, ornamenta militaria geminauimus, Consulatum in annum proximum nobiscum decruimus, te enim manet pro uirtutibus tuis capitolina palmata. Ferunt quidam Probo id pro imperij omine fuisse, quod Tacitus scripsit. Te manet capitolina palmata. Sed in hanc sententiam omnibus semper COS. scribebatur. Anior militum erga Probum ingens semper fuit. Neque enim unquam ille passus est peccare militem. Ille quinetiam Aurelianum saepe a graui crudelitate deduxit. Ille singulos manipulos adiit, uestes, & cal-

PROBUS

216

ciamenta perspexit. siquid praedae fuit, ita diuisit, ut sibi nihil praeter tela, & arma seruaret. Quin etiam cum de praedato hic ex Alanis, siue ex aliqua alia gente incertum est, repertus esset equus non decorus, neque ingens, qui quantum captiui loquebantur, centum ad diem milliaria currere diceretur. ita ut per dies octo, uel decem confirmaret, & omnes crederent Probum tale animal sibi in seruaturum, Iam primum dixit, fugituo militum potius quam forti hic equus conuenit. Deinde in urnam militares iussit nomen suum mittere, ut aliquis eum forte ductus acciperet. Et cum essent in exercitu quidam nomine Probi alij quatuor milites, casu euenit, ut primum emergeret, cui Probo nomen existeret, cum ipsius Probi ducis nomen missum non esset. Sed cum quatuor milites inter se contenderent, ac sortem sibi quisque defenderet, iussit iterum agitari urnam, sed & iterum Probi nomen emerit, cumque tertio & quarto fecisset, quarto Probi nomen effusum est. Tunc omnis exercitus equum illum Probo duci dicit. Ipsis est militibus, quorum nomina exierant, id uolentibus. Pugnauit & contra Marmaridas in Africa fortissime, eos denique uicit, atque ex Libya Carthaginem transiit, eademque a rebellionibus unidicit. Pugnauit & singulari certamine contra quendam Aradionem in Africa, eundemque prostrauit, & quia fortissimum, ac pertinacissimum uirum uiderat, sepulchro ingenti honorauit, quod adhuc extat tumulo usque ad ducentos pedes terra lato pro milites, quos otiosos esse nunquam est passus. Extant apud Aegyptum eius opera, quae pro milites struxit in plurimis ciuitatibus. In Nilo autem

tam multa fecit, ut uectigal frumentarium solus adiuuerit, pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit, ora fluminum multa patefecit, paludes plerasq; siccauit, atq; in his segetes, agrosq; constituit. Pugnavit etiam contra Palmyrenos pro Odenati, & Cleopatrae partibus Aegyptum defendentes, primo feliciter, postea temere, ut penè caperetur, sed postea relictis uiribus Aegyptum, & orientis maximam partem in Aureliani potestatem redegit. Cum igitur his tot & tantis uirtutibus eniteret, Tacito absumpto fataliter, ac Florianus imperium arripiente, omnes orientales exercitus eundem imperatorem fecerunt. nō inepta neq; inelegans fabula est, scire quē admodum imperium Probus sumpserit. Cum ad exercitus nuntius uenisset, tum primum animus militibus fuit praenire Italicos exercitus, ne iterum senatus principem daret. Sed cum inter milites sermo eēt, quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur dicentes requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, uerecundum, clementem, Probum, Idq; per multos circulos, ut fieri assollet, diceretur, quasi diuino nutu undiq; ab omnibus acclamatum est. Probe Auguste dii te seruent, deinde concursus, & cespitiū tribunal, appellatumq; imperator ornatus etiam pallio purpureo, quod de statu templi oblatum est, atq; inde ad palatium reductus inuictus, & redactus, & saepe dicens. Non. n. uobis expedit milites, non mecum bene agitis. Ego enim uobis blandiri non possum. Prima eius epistola data ad Capitonem praef. praet. talis fuit imperiū

nunquam

• nunquam optaui. & inuictus accepi. Deponere mihi  
 • rem inuidiosissimam non licet. Agenda est persona,  
 • quam mihi miles imponat. Te quaeso Capito (ita me  
 • uam salua Rep. perfruaris) annonam, & commeat  
 • tus, & quicquid necessarium est ubiq; militi pares,  
 • ego, quantum in me est si recte omnia gubernaueris,  
 • praefectum alterum non habebo. Itaq; milites cogni  
 • to quod imperaret Probus milites Florianū, qui qua  
 • si hereditarium imperium arripuerat, interueniunt  
 • scientes neminem dignius imperare, q̄ Probum. Ita  
 • ei sine ulla molestia totius orbis imperium & militi  
 • tum, & senatus iudicio delatum est. Et quoniam me  
 • tionem senatus fecimus, sciendum est, quid ipse ad se  
 • natū scripserit, qd item ad eum amplissimus ordo re  
 • scripserit. Oratio Probi prima ad senatum. Recte atq;  
 • ordine P. C. proximo superiore anno factum est, ut  
 • uestra clementia orbis terrarum principem daret,  
 • & quidem de uobis, qui & estis mundi principes,  
 • & semper fuistis, et in uestris posteris eritis. Atq; uti  
 • nam id Florianus expectare uoluisset. Nec uelut haereditarium sibi uindicasset imperium, uel illum, uel  
 • alium quempiam maestas uestra fecisset. Nunc quo  
 • niam ille imperium arripuit, nobis à militibus dela  
 • tum est nomen Augustum, uindicatum quinetiam  
 • in illum à prudentioribus militibus, quod fuerat usur  
 • patum, quaeso ut de meis meritis faciatis, quicquid  
 • iusserit uestra clementia. Item S. C. die III. nonas  
 • Februarias in aede Concordiae. Inter caetera Aelius  
 • Scorpionus COS. dixit. Audistis P. C. litteras Aure  
 • lij Valerij Probi. De his quid uidetur? Tunc acclat



PROBUS

• matū est. Probe Auguste dii te seruent. Olim dignus  
 • Et fortis, Et iustus, bonus ductor, bonus imperator.  
 • Exemplum militiae, exemplum imperij, dii te seruent.  
 • Assertor Reipub. felix imperes. Magister militiae felix  
 • imperes, te cum tuis dii custodiāt, Et senatus antea  
 • te delegit. Aetate Tacito posterior, ceteris prior. Qd  
 • impiū suscepisti, gratias agimus, tuere nos, tuere rep.  
 • bene tibi cōmittimus, quos ante seruasti. Tu Frācicus,  
 • tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Particus, tu omnia, et  
 • prius fuisti semper dignus imperio, dignus triūphis,  
 • felix agas, feliciter imperes. Post hac Manlius Star  
 • tianus, qui primae sententiae tunc erat, ita locutus est.  
 • Dijs immortalibus gratias Et praeceteris P. C. Iov  
 • ui optimo, qui nobis principem talem, qualem sem  
 • per optabamus, dederunt. Si recte cogitemus, non no  
 • bis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, non  
 • Traianus, non Claudius requirendi sunt, omnia in  
 • uno principe constituta sunt, rei militaris sciētia, ani  
 • mus clemens, uita uenerabilis. exēplar agēdae Reip.  
 • atq; omnium praerogatiua uirtutum. Enimvero quae  
 • mundi pars est, quam ille non uincendo didicerit? tes  
 • tes sunt Marmarida in Africa solo uicti, testes Fran  
 • ci inuisi strati paludibus, testes Germani Et Aleman  
 • ni longe à Rhēni submoti litoribus. Iam uero qd Sar  
 • matas loquor? quid Gothos? qd Parthos, ac Persas,  
 • atq; omnem ponticum tractum? ubiq; uigent Probi  
 • uirtutis insignia. Longum est dicere quot reges ma  
 • gnarum gentium fugauerit, quot duces manu sua oc  
 • ciderit, quantum armorum sit, quae ipse cepit priuar  
 • tus, superiores principes quas illi gratias egerint, tes

PROBUS

218

• tes sunt litterae publicis insertae monumentis, dii boni  
 • quoties ille donis militaribus est donatus? quas mili  
 • tum laudes emeruit? Adolefcens, tribunatus, non lon  
 • ge post Adolefcētiā, regendas legiones accepit.  
 • Iuppiter OPT. MAX. Iuno regina, tuq; uirtutum pra  
 • sul Minerva, tu orbis concordia, Et tu Romana uicto  
 • ria date hoc senatui P. Q. R. date militibus, date sor  
 • cijs, atq; exteris nationibus. Imperet quemadmodum  
 • militauit. Decerno igitur P. C. uotis omnium concin  
 • nentibus nomen caesareum, nomen Augustum, addo  
 • proconsulare imperium, patris patriae reuerētiā,  
 • pontificatum maximum, ius tertiae relationis, tribu  
 • nitiam potestatem. Post hac acclamatum est omnes  
 • oēs. Accepto igitur hoc S. C. secundum orationē per  
 • misit patribus, ut ex magnorum iudicium appellatio  
 • nibus ipsis cognoscerent, proconsules crearent, lega  
 • tos consulibus darent, ius praetorium praesidibus da  
 • rent, leges, quas Probus ederet, senatus consultis pro  
 • prijs consecrarent. Statim deinde, si qui de interfecto  
 • ribus Aureliani superfuerant, uario genere uindica  
 • uit. Mollius tamen, moderatiusq; q̄ prius exercitus, et  
 • postea Tacitus uindicauerant. Deinde animaduertit  
 • etiam in eos, qui Tacito insidias fecerant. Floriani so  
 • cijs pepercit, quod non tyrannum aliquem uidebant  
 • tur secuti, sed sui principis fratrem. Recepit deinde  
 • de omnes europenses exercitus, qui Florianum Et  
 • imperatorem fecerant, Et occiderant. His gestis, cū  
 • ingenti exercitu Gallias petit, quae omnes occiso  
 • Posthumo, turbatae fuerant, interfecto Aureliano,  
 • à Germanis possessae. Tanta autem illic praelia felicis

PROBUS

ter gessit, ut à Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet ciuitates. Prædam deinde omnem illi præter diuinas, quæ tamen offerebatur ad gloriam. Et cum iam in nostra ripa, immo per omnes Gallias securi uagarentur, caesis propè quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant solum, reliquias ultra Nigrum fluuium, & Albam remouit, tantum his prædæ barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant, contra urbes Ro. & castra in solo barbarico posuit, atq; illic milites collocauit. Agros, & horrea, & domos, & annonam transrhenanis omnibus fecit ijs uidelicet, quos in excubijs collocauit, nec cessatum est unquam pugnari, cum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur. Iam ad singulos aureos singula quandiu reguli nouem ex diuersis gentibus uenirent, atq; ad pedes Probi iacerent, quibus ille primum obsides imperauit, qui statim dati sunt, deinde frumentum postremo etiam uaccas, atq; oues dicitur iussisse. His acrius ut gladijs non uterentur Romanam expectaturi defensionem, si essent ab aliquibus uindicandi. Sed uisum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota provincia Maxime tamen ipsis regibus consentientibus in eos uindicatum est, qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea sedecim millia tironum, quos omnes per diuersas provincias sparsit, ita ut numeris, uel limitaneis militibus quinquagenos, & sexagenos interfereret. dicens sentiendum esse non uidentem, cum auxiliarijs barbaris Romanus inuatur. Compositis igitur rebus in Gallia tales ad senatum lit

PROBUS

219

teras dedit. Ago dijs immortalibus gratias P. C. quæ uestra in me iudicia comprobauerunt. Subacta est ois, qua tenditur late Germania, nouem reges gentium diuersarum ad meos pedes immo ad uestros supplices, statimq; iacuerunt. Oes iam barbari uobis arant, uobis iam seruiunt. Et contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur uestro more decernite. Nam & quadringenta millia hostium caesa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, & septuaginta urbes nobilissimæ captiuitate hostium uindicatæ. Et omnes penitus Gallia liberatæ. Coronas, quas mihi obtulerunt omnes Gallia ciuitates aureas uestræ P. C. clementia dedicaui. Et has Ioui OPT. MAX. ceterisq; dijs, deabusq; immortalibus uestris manibus consecrate. Præda omnis recepta est, capta etiam alia, & quidem maior quàm fuerat ante direpta. Arantur gallicana rura barbaris bobus, et iuga germanica captiua præbent nostris colla cultoribus, pascuntur ad nostram alimoniam gentium pecora diuersarum, equinum pecus nostro iam foecundatur equitatu, frumento barbarico plena sunt horrea. Quid plura? illis sola relinquimus, sola nos eorum omnia possidemus. Uolueramus P. C. Germaniæ nouum præsidem facere, sed hoc ad pleniora uota distulimus. Quod quidem credimus conferre, cum diuina prouidentia nostros uberius foecundarit exercitus. Post hæc Illyricum petit, & prius quàm ueniret, Rhetias sic pacatas reliquit, ut illic ne suspicionem quidem ullius terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas, ceterasq; gentes ita confudit, ut propè sine bello cuncta reciperet, quæ illi di

ripuerant. Tetendit deinde iter per Thracias, atque omnes Geticos populos fama rerum territos & anti qui nominis potentia pressos, aut in deditiōem aut in amicitiam recepit. His gestis, orientem petijt, atq; in itinere potentissimo quodam Latrone Palsuerio capto, & interfecto, omnem Isauriam liberauit, populis, atq; urbibus Romanis legibus restituit barbarorum, qui apud Isaurios sunt, uel per terrorem, uel p uoluntatem loca ingressus est, quæ cum peragrasset, hoc dixit. Facilius est ab istis locis latrones arceri, q̄ tolli. ueteranis omnia illa, quæ auguste aduentur, loca priuata donauit. addens, ut eorum filij ab anno octauo decimo mares diuntaxat ad militiam mitterentur, ne ante latrocinari quàm militare discerent. Pacatis deniq; omnibus Pamphilia partibus, cæterarūq; prouinciarum, quæ sunt Isauria uicina ad orientem iter flexit. Blemias etiā subegit. quorum captiuos Romanam transmisit, qui mirabilem sui uisum stupente Populo Romano præbuerit. Ioppem præterea, & Ptolemaidem urbes ereptas barbarico seruitio Romano addidit iuri. Ex quo tantum profecit, ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem, pacēq; poscentes, quos ille superbius acceptos magis timētes domum remisit. Fertur etiā epistola illius repudiatas donis, quæ rex Parthorum miserat, ad Narseum talis fuisse. Miror te de omnibus, quæ nostra futura sunt, tam pauca misisse. Habeto interim omnia illa, quibus gaudes, quæ si nos habere cupiamus, scimus quemadmodum possidere debeamus. His acceptis litteris, Narseus maxime territus ex eo præcipue, qd̄

Ioppem, & Ptolemaidem cōperit à Blemijs, qui eas tenuerunt, uindictas, cæsosq; ad internitionem eos, q̄ gentibus fuerant ante terrori. Facta igitur pace cum Persis, ad Thracias redit, & centum millia Bastarnarum in solo Romano cōstituit, qui oēs fidem seruauerunt. Sed cum & ex alijs gentibus plerosq; pariter transtulisset idest ex Gepidis Gaurinis, & Vādilis, illi oēs fidem fregerunt. Et occupato bellis tyrannicis Probo per totum penè orbem pedibus, & nauigādo uagati sunt. Nec parū molestiæ Romanæ gloriæ intrerunt, quos q̄dem ille diuersis uicibus, uarijsq; uictorijis oppressit, paucis cū gloria domum redeuntibus, qd̄ Probi euasissent manus. hæc Probus cū Barbaris gessit. Sed habuit et non leues tyrannicos motus. Næ & Saturninum, qui orientis imperium arripuerat, uarijs præliorū generibus, & nota uirtute superauit. Quo uicto, tanta in oriēte q̄es fuit, ut, quæ admodum uulgo loquebatur, nures rebelles nullus audiret. Deinde cum Proculus & Bonosus apud Agrippinā in Gallia imperiū arripuissent, oēsq; sibi Britannias Hispanias & braccata Gallia prouincias uindicarēt, Barbaris semet iuuatibus uicit, ac ne requiras plura uel de Saturnino, uel de Proculo, uel de Bonoso, suo eosdē inseram libro. Pauca de iisdē, ut decet, immo ut poscit necessitas, locuturus. Vnū sanè sciendū est. qd̄ Germani oēs, cum ad auxiliū essent rogati à Proculo, Probo potius perferuire maluerunt, q̄ cū Bonoso, & Proculo esse Gallis omnibus, et Hispanis, ac Britanis hinc permisit, ut uites haberent, uinūq; cōfiterent. Ipse Almā montē in Illyrico circa Syrmū mi-



PROBUS

litari manu fossam lecta uite & consuit, & dedit Romanis etiam uoluptates & quidem insignes delatis etiam congiarijs. triumphauit de Germanis & Blemijs omnium gentium, Drungos usq; ad quinquagenarios homines ante triumphum duxit. uenationem in circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores ualidae per milites radicibus uulsae connexis late longeq; trabibus affixae sunt, terra deinde superiecta, totusq; circus ad syluae consitus speciem gratiam nobis uiroris obtulit. Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damae, ibices, oues ferae, & caetera herbatia animalia, quanta uel ali potuerunt, uel inueniri. Immissi deinde populares, rapuit qsq; quod uoluit. Addidit alia die in amphitheatro in amissione centum iubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant, qui omnes contis\* ficijs interempti sunt non magnum praebentes spectaculum cum occidebantur. Neq; enim erat bestiarum impetus ille, qui esse ab eis egredientibus solet. Occisi sunt praeterea multi, qui dirigere uolebant, sagittis. Sed ibidem immissi centum leopardi libyci, centum deinde syriaca, centum leanae, & ursi simul trecenti, quarum omnium ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quam gratum. Edita praeterea gladiatorum paria trecenta a Blemijs plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis, & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Isauris. Quibus peractis, bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret a militibus suis per insi-

PROBUS

221

dias interemptus est. Cause occidendi eius haec fuere. Primum quod nunquam militem otiosum esse pprofessus est. Siquidem multa opera militari manu perfecit, dicens annonam gratuitam militem comedere non debere. His addit dictum eius graue, si unquam eueniat salutare Reip. breui milites necessarios non futuros, quod ille compererat animo, qui hoc dicebat nonne omnes barbaras nationes subiecerat pedibus, quia totum mundum fecerat iam Romanum, breui inquit, milites necessarios non habebimus, quod est aliud dicere? Romanus iam miles erit nullus, ubiq; regnabit, omnia possidebimus, secura Resp. orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam praebet. uobis habebuntur aratra, equus nascetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captiuitas. Vbiq; pax, ubiq; Romanae leges, ubiq; iudices nostri. Longius amore imperatoris optimi progredior, quam pedestris sermo desiderat. Quare addam illud, quod praecipue tanto uiro fatalem propperauit necessitatem. Nam cum Syrmium uenisset, ac solum patrium effaecundari cuperet, & dilatari, ad siccandam quamdam paludem multa simul millia militum posuit in gentem parans fossam, qua deiectis in altum nauibus, loca Syrmiensibus profutura siccaret, permoti milites confugientem eum in turrem feratam, quam ipse speculae causa, & latissimam aedificauerat, interemerunt anno imperij sui quinto. Postea tamen in gens ei sepulchrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt cum titulo huiusmodi inciso marmori. Hic Probus imperator, & uere probus situs est uictor omnium gentium barbararum, Victor

etiam tyrannorum. Conferens ego cum alijs imperatoribus principem Probum omnibus propè Romanis duabus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo hunc virum parè fuisse, aut si non repugnat invidia furiosa, meliorè, quin quennio enim imperij sui per totam orbem terrarum tot bella gessit, & quidem per se, ut mirabile sit què admodum omnibus occurrerit plijs, multa manus fecit, duces præclarissimos instituit. Nam & eius disciplina Carus, Dioclitianus, Cōstantinus, Asclepiodorus, Anibalianus, Leonides, Cecropius, Pisonianus, Herennianus, Gaudiosus, Ursinianus, Herculius, Maximianus, & cæteri, quos patres nostri mirati sunt, & de quibus nonnulli boni principes extiterunt, instituti sunt. Conferat nunc, cui placet, viginti Traiani, Adrianiq; annos, conferat propè totidè Antoninorum. Nam quid de Augusto loquar? cuius imperij anni vix possunt credi. Malos aut principes taceo, ipsa vox Probi clarissima indicat, quod se facere potuisse speraret, quod dixit, breui necessarios milites non futuros. Ille vero conscius sui non Barbaros timuit, non tyrānos. Quæ deinde felicitas emicuisset, si sub illo principe milites non fuissent? Annonam provincialibus daret nullus, stipendia de largitionibus nulla erogaretur, æternos thesauros haberet. Romana Resp. Nihil expenderetur à principe, nihil à possessore redderetur, aureum profecto seculum promittebat. Nulla futura erant castra, nusquā lituus audiendus, arma non erāt fabricanda, populus iste militantium, qui nunc bellis civilibus Remp. vexat, apparet studijs incūbere, erit

dire artibus, navigare. Adde quod nullus occideretur in bello, dii boni quod tantum uos offendit Ro. Respu. cui talem principem substulistis? Eant nunc, quod ad civilia bella milites parant in Germanorum necè, arment dexteras fratrum, hortentur in patrum uulnera liberos, & dignitatem Probo derogent, quā imperatores nostri prudenter & consecrandam militibus, & ornandam templis, & celebrandā ludis circensibus iudicant. Posterij Probi uel odio inuidiæ, uel timore Romanam rem fugerunt. Et in Italia circa Veronam, ac Benacum, & Lariū, atq; in his regionibus larem locauerunt. Sanè, quod præterire non potui, cū imago Probi in Veronensi situ ita fulmine iccta esset, ut eius prætexta colores mutaret, aruspices responderūt huius familiae posteris tantæ in senatu claritudinis fore, ut oēs summis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem uidimus. Posterij autem uidentur aternitatem habere. Senatus mortem Probi grauis sine accepit, æque populus. Et cum esset nuntiatum, Carum imperare uirum bonum quidem, sed longe à moribus Probi causa filij eius Carini, qui semper pessime uixerat, tam senatus, quod populus iborruit. Metuebant enim unusquisq; tristiore principem, sed magis improbum metuebant heredem. Hæc sunt, quæ de Probo cognouimus, uel quæ digna memoratu existimauimus. Nunc in alio libro, & quædam breui de Firmo, & Saturnino, & Bonoso, & Proculo dicemus. Non enim fuit, ut quadrigæ tyrannorum bono principi miscerentur. Post deinde, si uita suppetit, Carum incipientis propagare cum liberis.

E I V S D E M C A R V S .

f Ato Remp. regi, eamq; nunc ad summū  
 euehi, nunc ad minima retrahi, Probi  
 mors satis prodidit. Nam cum ducta per  
 tempora uarijs uel erecta motibus, uel  
 afflicta nunc tempestate aliqua, nunc scelicitate uar  
 riata, omnia propè passa esset, quæ patitur in homi  
 ne uno mortalitas, uidebatur post diuersitatem malo  
 rum iam secura continuata scelicitatis mensura, post  
 Aurelianum uehementem principem Probo ex sen  
 tentia senatus, & populi leges, & gubernacula tem  
 perante. Sed ruina in gens uel naufragij modo, uel in  
 cendij accensis fataliter militibus, sublato è medio ta  
 li principe, in eam desperationem uotum publicum  
 redegit, ut timerent omnes Domitianos, Vitellios, &  
 Neronos. Plus enim timetur de incertis moribus prin  
 cipis, maxime in ea Repub. quæ recentibus confossa  
 uulneribus Valeriani captiuitatem, Galieni luxuri  
 am, XXX etiam propè tyrannorum cæsa ciuiliū  
 membra sibimet uindictantium perpeffa meruerit.  
 Nam, si uolumus ab ortu urbis repetere quas uarie  
 tates sit passa Romana Respu. inueniemus nullam  
 magis uel bonis floruisse, uel malis laborasse. Et, ut à  
 Romulo incipiam uero patre, ac parente Reip. qua  
 illius scelicitas? qui fundauit, constituit, roborauitque  
 Remp. Atq; unus omnium conditorum perfectam  
 urbem reliquit. Quid deinde Numam loquar? q; fre  
 quentem bellis, & grauidam triumphis ciuitatem  
 religione munuit? Venit igitur usq; ad Tarqni Sup/

C A R V S

223

bi tempora nostra Respub. sed passa tempestatem de  
 moribus regijs non sine graui exitio semet ulti est.  
 Adoleuit deinde usq; ad tempora gallicani belli, sed  
 quasi quodam mersa naufragio, capta præter arcem  
 urbe, plus penè mali sensit, quam tunc boni habuer  
 rat. Reddidit se deinde in integrum, sed eo usq; gra  
 uata est punicis bellis, ac terrore Pyrrhi, ut mortalit  
 tatis mala præcordiorum timore sentiret. Creuit de  
 inde uicta Carthagine trans maria missis imperijs  
 sed scialibus affecta discordijs extenuato scelicitatis  
 sensu usq; ad Augustum bellis ciuilibus confecta conse  
 ruit, per Augustum deinde reparata (si reparata di  
 ci potest libertate deposita) Tamen utrumq; etiam si  
 domi tristis fuit, apud exterarum gentes effloruit. passa  
 deinceps tot Neronos, per Vespasianum caput extul  
 lit. Nec omni Titi scelicitate, Domitiani uulnerata im  
 manitate per neruam, atq; Traianum usq; ad Mar  
 cum scilicet melior, Commodi uecordia, & crudelitas  
 te lacerata est, nullum post hæc præter Seueri dilige  
 tiam usq; ad Alexandrum Mammææ sensit bonum.  
 Longum est quæ sequuntur uniuersa connectere. Vti  
 enim principe Valeriano non potuit. & Galienum  
 per XV annos passa est. Inuidit Claudio longinqui  
 tatem impij amans uarietatem propè et semp inimica  
 fortuna iustitiæ. Et Aurelianus occisus est, et sic Tacit  
 us absumptus, sic Probus cæsus, ut appareat nihil tã  
 gratum esse fortune, quam ut ea, quæ sunt in publi  
 cis actibus, euentuum uarietate mutantur, sed quor  
 sum talibus querelis, & temporum casibus distine  
 mur? Veniamus ad Carum mediū (ut ita dixerim)



uirū inter bonos magis quā inter malos principes collocandum, & longe meliorem, si Carinum non reliquisset heredem. Cari patria sic ambigue à plerisque proditur, ut p̄sumpte ueritatem dicere nequeā, quæ illa uera sit. Onesimus enim, qui diligentissime uitam Probi scripsit, dicit Romæ illum & natum, & litteris eruditum. Sed Illyricianis parentibus fuisse cōtendit. Sed Fabius Cerilianus, qui tempora Cari, Carini, & Numeriani scelerissime persecutus est, neque Romæ, sed in Illyrico genitū, neq; Pannonijs, sed Pænis parentibus asserit natum. In Ephemeride quadam legisse me memini Carum Mediolanēsem fuisse. Sed auos Iuri Agleiēsis ciuitatis insertum. ipse, quod negari nō pōt, ut epistola eius indicat, quā pro cōsul ad legatum scripsit, cum eū ad bona hortaretur officia, Romanus uult uideri. Epistola Cari. Carus Manlius Aurelius procon. Ciliciæ Iunio legato suo. Maiores nostri Romani illi principes in legatis creandis hac usi sunt consuetudine, ut mox suorum specimen per eos ostenderent, quibus Rēp. delegabāt. Ego uero, si ita nō esset, aliter non fecissem, feci aliter, si te iuuante nō fallar. Fac igitur, ut maioribus nostris, idest Romanis non discrepemus uiris. Vides quā tota epistola maiores suos Romanos uult intelligi, indicat & oratio eius ad senatū data istā generis pro gatiuam. Nā cū primum impator esset creatus, sic ad senatorium ordinē scripsit. Inter cætera gaudēdū est itaq; P. C. quā unus ex uestro ordine, uestri ēt generis impator est factus. Quare adnitimini, ne meliores peregrini, quā uestri eē uideantur. Hoc quoq; loco satis clarum est, illum uo-

uisse intelligi se esse Romanum. i. Roma oriundum. Hic igitur per ciuiles militares gradus, ut tituli statuarum eius indicant ad præf. præf. à Probo factus, tantum sibi apud milites amoris locauit, ut ita facto Probo tanto principe, solus dignissimus uideretur imperio. Non me p̄terit suspicatos esse plerosq;, & eos in factos retulisse Cari factione interemptum Probum, sed neq; meritū Probi erga Carum, neq; Cari mores id credi patiuntur. Simul quia Probi mortem et acerrime, & constantissime uindicauit. Quid autem de eo Probus senserit, indicant litteræ de eius honoribus ad senatū datae, Probus Augustus amantissimo senatui suo. S. D. Inter cætera felix esset nostra Resp. si qualis Carus est, aut pleriq; uestrum, plures habere in actibus collocatos. Quare equestrem statuiam uiro morū ueterū, si uobis placet, decernendam censeo. Addito, ut publico sumptu, uel eidē exadificetur domus maribus à me delatis. Decet. n. nos talis integritatem remunerari uiri, & reliqua. Ac ne minima quæq; cōnectam, & ea, quæ apud eos poterunt inueniri, ubi primū accepit imperiū, cōsensu oīum militū bellum Persicū quā Probus parabat, aggressus est, liberis Cæsaribus nuncupatis, & ita quidem, ut Carinū ad Gallias tuendas cum uiris lectissimis destinaret. Secū uero Numerianū adolescentem cū lectissimum, tum etiā disertissimum duceret. & dicitur quidem saepe dixisse se misere, quā Carinum ad Gallias principem mitteret, neq; illa ætas esset Numeriani, ut illi gallicanum, quā maxime constantem principem quærit, crederetur imperiū. Sed hac aliàs, nā extāt iā litteræ Cari, qui

bus apud præf. suum de Carini moribus queritur, ut  
 Appareat uerum esse, quod Onesimus dicit, habuisse  
 in animo Carum, ut Carino casareū abrogaret im-  
 perium. Sed hæc, ut diximus alias, in uita Carini di-  
 cenda sunt. Nunc ad ordinem reuertamur. Ingenti  
 apparatu, & totis uiribus Probi profligato magna  
 ex parte bello Sarmatico, quod gerebat contra Persas  
 profectus nullo sibi accurrente Mesopotamiam Car-  
 rus cepit, & Ctesiphontem usq; puenit. Occupatisq;  
 Persis, domestica seditione imperatoris Persici nomen  
 emeruit. Verum cum auidus gloria præfecto suo ma-  
 xime iurgante, qui & ipsius, & filij eius q̄rebat exiti-  
 um cupiens imperare longius progressus esset, ut alij  
 dicunt morbo, ut plures fulmine interemptus est. Ne-  
 gari non potest eo tempore, quo perijt, tantum fuisse  
 subito tonitruum, ut nulli terrore ipso exanimati eē  
 dicantur. Cum igitur ægrotaret, atq; in tentorio iacer-  
 ret, ingenti exorta tempestate immani coruscatione,  
 immaniori, ut diximus, tonitru exanimatus est. Iuni-  
 us Calphurnius, qui ad memoriā dictabat talem ad  
 præf. urbis super mortem Cari epistolam dedit, inter  
 cetera cum inquit, Carus princeps noster uere Carus  
 ægrotaret, & tantū turbinis subito exorta tempestas  
 esset, ut caligarent omnia, neq; alter alterum noscere  
 permetteret uis coruscationum, deinde tonitruum in-  
 modum fulgurum igniti syderis continuata uibratio  
 omnibus nobis ueritatis scientiam susulit. Subito. n.  
 conclamatum est imperatorem mortuum, & post  
 illud præcipue tonitruum, quod cuncta terruerat. His  
 accessit, quod cubicularij dolentes principis mortem  
 incenderunt

incenderunt tentorium. Vnde fama emerfit fulmine  
 interemptum eum, quem, quantum scire possimus,  
 ægritudine constat absumptum. Hanc ego epistolam  
 iccirco indidi, quod pleriq; dicunt uim fati quādam  
 esse, ut Ro. princeps Ctesiphontem transire non possit.  
 Ideoq; Carum fulmine absumptum, quod eos fir-  
 nes transgredi ueret, qui fataliter constituti sunt.  
 Sed sibi habeat artes suas timiditas calcanda uirtuti-  
 bus. Licet planè, ac licebit per sacratissimum Cæsar-  
 em Maximianum Persas uincere, atq; ultra eos pro-  
 gredi, & futurum reor, si à uestris nō deseratur pro-  
 missis numinum fauor. Bonum principem Carum  
 fuisse, cum multa indicant, tum illud etiam, quod sta-  
 tim adeptus imperium, Sarmatas adeo morte Probi  
 feroces, ut inuasuros se non solum Illyricū, sed Thra-  
 cias quoq; Italiamq; minarentur, ita inter bella par-  
 tiendi contudit, ut paucissimis diebus Pannonias se-  
 curitate donauerit, occisis Sarmatarum sedecim mil-  
 libus, captis diuersi sexus uiginti millibus. Hæc de  
 Caro satis esse credo. Veniamus ad Numerianum,  
 cuius est mentio. qui & patre mirabilior per secerū  
 suum facta uidetur historia. Et quamuis Carinus ma-  
 ior ætate fuerit, prior etiam Cæsar sit nuncupatus, ta-  
 men necesse est, ut prius de Numeriano loquamur,  
 qui patris secutus est mortem, post de Carino, quem  
 uir Reip. necessarius Augustus Dioclitianus habitis  
 conflictibus interemit.

EIVSDEM NUMERIANVS.

Vmerianus Cari filius moratus egregie & uere dignus imperio, eloquentia etiam præpollens, adeo ut publice declamauerit, feranturq; illius scripta nobilia, declamationi tamen magis quàm Iuliano accommodatiora stylo. Versu autem talis fuisse prædicatur, ut omnes poetas sui temporis uicerit. Nam & cum Olympio Nemesiano cõtendit, qui ἀλιότι καὶ, κωννηετικά & νοωτικά scripsit, quicq; omnibus colonijs illustratus emicuit. Et Aurelium Apollinarem amborum scriptorem, qui patris eius gesta in litteras retulit, isdēq; recitauerat editis ueluti radio solis obtexit. Huius oratio fertur ad senatum missa tantum habuisse eloquentiæ, ut illi statua non quasi Cæsari, sed quasi Rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Vlpia, cui subscriptum est. Numeriano Cæsari oratori temporibus suis potētissimo. Hic patri comes fuit bello Persico, quo mortuo, cū nimio fletu oculos dolere cœpisset, quod illū a gratitudinis genus, nimia ut pote confecto uigilia incurrisset, & dū lectica portaretur, factione Arrij Apri socii sui, qui inuadere conabatur imperium, occisus est. Sed cum per plurimos dies de imperatoris salute quæreretur à milite, concionareturq; Aper, iccirco illum uideri non posse, quod oculos inualidos à uēto, ac se le subtraheret, scetore tamē cadaueris res esset prodita, omnes inuasērunt Aprū, cuius factiolare non potuit, eumq; ante signa, & principia protraxere. Tūc habitata est ingens concio,

NUMERIANVS. 226

factum etiam tribunal. Et cum quæreretur quis uindex Numeriani iustissimus fieret, quod daretur Reip. bonus princeps, Dioclitianum oēs diuino consensu, cui multa iam signa facta dicebantur imperij, Augustum appellauerunt. Domesticos tunc regentē uix insignem, callidum, amantem Reip. amantē suorum, & ad omnia, quæ tempus quæsierat, paratum. Consilij semper alti, nonnunquā tamen effrontis, sed prudentis, nimia peruicacia motus inq; pectoris comprimētis. Hic, cum tribunal conscendisset, atq; Augustus eēt appellatus, & quæreretur quemadmodum Numerianus esset occisus, educto gladio Aprū. præf. præf. ostentās percussit, addēs uerbis suis. Hic est author necis Numeriani. Sic Aper seipm fœdauit, & de formibus consilijs agens dignū moribus suis exitū dedit. Auis meus retulit se interfuisse concioni, cum Dioclitiani manu esset Aper occisus, percussisse autē dicebat Dioclitianū, & dixisse. Gloriare Aper magni. Aeneæ dextra cadis. Quod ego miror de homine militari, quāuis plurimos plus quàm militares uel græce, uel latine, uel comicorum usurpari dicta, uel talium poetarum. Ipsi deniq; comici plerunq; sic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. Nam & lepus tute es, & pulpamentum quæris, Lini Andronici dictum est, multaq; alia, quæ Plautus, Cæciliusq; posuerunt. Curiosum non puto neq; satis uulgare fabellam de Dioclitiano Augusto ponere hoc conuenientē loco, quæ illi data est ad omen imperij. Auis meus mihi retulit ab ipso Dioclitiano compertum. Cū inquit, Dioclitianus apud Tūgros in Gallia in quadā



caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, cum Druyde quadam muliere, cum ratione conuictus sui quotidiani faceret, atq; illa diceret. Dioclitiane nimium amarus, nimium parcus es, ioco non serio Dioclitianus respondisse fertur. Tunc ero largus cum imperator fuero. Post quod uerbum Druydas dixisse fertur. Dioclitiane iocari noli, nā imperator eris, cum Aprum occideris. Semper exinde Dioclitianus in animo habuit imperij cupiditatē, idq; Maximiano conscio, atq; auo meo, cuius hoc dictum à Druyde ipse retulerat. Deniq; ut erat altus, risit, & tacuit, Aprus tamen in uenationibus, ubi fuit facultas, manu sua semper occidit. Deniq; cum Aurelianus imperium accepisset, cum Probus, cum Tacitus, cū ipse Carus, Dioclitianus dixit. Ego semper Aprus occido, sed alter semper utitur pulpamento. Iam illud notum est, atq; uulgatum, quod cum occidisset Aprum praefectum praet. dixisse fertur eundem. Aprum fatalem occidi. Ipsum Dioclitianum idem auus meus dixisse dicebat, nullam aliam fuisse sibi causam occidendi manu sua Aprum, nisi ut impleret Druydis dictū, & suum firmaret imperium. Non enim tam crudellem se innotescere cuperet primis maxime diebus imperij, nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis attraheret. Dictum est de Caro, dictum etiam de Numeriano, superest nobis de Carino.

Arinus homo omnium contaminatissimus, adulter, frequens corruptor iuuentutis, pudet dicere quod in litteras Onesimus retulit, ipse quoq; male usus generis sui. hic cum Caesar decretis sibi Gallijs atq; Italia, Illyrico, Hispanijs, ac Britanijs & Africa relictus à patre Caesarianum teneret imperium, sed ea lege, ut omnia faceret, quae Augusti faciunt, enormibus sauitijs & ingenti sceditate maculauit. Amicos optimos quos relegauit. pessimum quenq; elegit, aut tenuit praef. urbi unum ex cācellarijs suis fecit. Quis scedius nec cogitari potuit aliquando nec dici praefectum praet. quem habebat, occidit. In eius locum Matronianum ueterem conciliatorem fecit, unum ex his notarijs, quem stuprorum, & libidinum conscium semper, atq; adiutorem habuerat, inuito patre COS. fecit. Superbas ad senatum litteras dedit, Vulgo urbis Romae quasi populo Ro. bona senatus promisit. Vxores ducendo, ac reiiciendo nouem duxit pulsas plerisq; praegnantibus. Mimis, meretricibus, pantomimis, cantoribus, atq; lenonibus palatium impleuit. Fastidium subscribendi tantum habuit, ut impurum quendam, cum quo semper meridie iocabatur, ad subscribendū poneret, quem obiurgabat plerunq; quod bene suā imitaretur manū. Habuit gemmas in calceis, nisi gemmata fibula usus non est. Balteū etiā saepe gemmatū, ut regē deniq; illum Illyrici pleriq; uocitarent. Praefectus nunq; COSS. obuiā processit.

CARINVS

Hominibus improbis plurimum detulit, eosque ad conuiuium semper uocauit. Centum libras amium, Centum piscium, mille diuersæ carnis in cōiuiuo suo frequēter exhibuit. Vini plurimum effudit. Inter posma, & melones natauit. Rosis Mediolanensibus, & triclinia et cubicula strauit. Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse callæ suppositoriæ frigidarijs semper nivalibus. Cum hyemis tempore ad quendam locū uenisset, in quo fons erat aqua per tepida, ut solet per hyemem naturaliter eaq; in piscina usus esset, dixisse balneatoribus fertur. Aquam mihi muliebrem præparatis, atq; hoc eius clarissimū dictum effertur. Audiebat pater eius quæ ille faceret, & clamabat. Non est meus. Statuerat deniq; Constantium, qui postea Cæsar est factus (tunc autem præsidatum Dalmatiæ administrabat) in locum eius subrogare, quod nemo tunc uir melior uidebatur. Illum uero, ut Onesimus dicit, occidere. Longum est, si de eius luxuria plura uelim dicere. Quicumq; hostiatim cupit noscere, legat etiam Fuluium Asprianum usq; ad tædium gestorū eius uniuersa dicentem. Hic ubi patrem fulmine absumptum, fratrem à socero interemptum, Dioclitianum Augustum appellatum comperit, maiora uitia, & scelera edidit, quasi iam liber à frenis domesticæ pietatis suorū moribus absolutus. Nec ei tñ defuit ad uindicandum sibi met imperium uigor mentis. Nam contra Dioclitianum multis prælijs confligit. Sed ultima pugna apud Murium commissa, uictus occubuit. Hic trium principum finis fuit, Cari, Numeriani & Carini, post quos Dioclitianū, et Maximianum

CARINVS

218

principes dii dederunt iungentes talibus uiris Galeerium atq; Constantium, quorū alter natus est, q̄ acceptam ignominiam Valeriani captiuitate deleteret, alter, qui Gallias Romanis legibus redderet. Quatuor sanè principes mundi, fortes, sapientes, benigni, & admodum liberales unum in Rep. sentientes, præterea senatus Romani moderati po. amici potestate graues, religiosi, & quales principes semper orauimus, quorū uitam singulis libris Claudius Euthemus, qui Dioclitiano ab epistolis fuit, scripsit. Quod iccirco dixi, nequis à me tantam rem quæreret, maxime cū uel uiuorū principū uita non sine reprehensione dicatur. Memorabile maxime & Carini, et Numeriani hoc habuit imperiū, quod ludos Romanos nouis ornatos spectaculis dederunt, quos in palatio circa porticum stabuli pictos uidimus. Nam & Neurobatem, qui uelut in uentis cothurnatus ferretur, exhibuit & Thycobatem, q̄ per parietem urso eluso cucurrit, & ursos in circū agentes, & item centum Salpistas uno crepitu concincentes, & centū camptaulas, choraulas centum, et piaculas centum, pantomimos, & gymnicos mille pegma præterea, cuius flammis scena conflagrauit, quā Dioclitianus postea magnificentiorē reddidit. Mimos præterea undiq; aduocauit. Exhibuit & ludū Sarmaticū, quo dulcius nihil est. Exhibuit Cycloperum adornatum. & græcis artificibus, & gymniscis, et histrionibus, & musicis aurum, & argentū, donata et uestis serica. Sed hæc omnia nescio quantū ad populū gratiæ habeant, nullius certe sunt momenti apud principes bonos. Dioclitiani deniq; dictū

CARINVS.

fertur, cum ei quidam rationalis suus editionem Carri laudaret, dicens multum placuisse principes illos causa ludorum theatralium, ludorumq; circensium, Ergo inquit, bene risus est imperio suo Carus. Deniq; cum omnibus gentibus aduocatis Dioclitianus daret ludos parcissime usus liberalitate, dicens castiores esse oportere ludos spectante censere. Legat hunc locum Iunius Messala, quē ego libere culpāre audeo. Ille enim patrimonium suum scenicis dedit. heredibus abnegauit. matris tunicam dedit mimae. Laceram nam patris mimo, & rete flauiae. pallio aurato, atq; purpurato pro Syrmate tragoedus uteretur. Inscriptum est adhuc in choraule pallio hianthino, quo ille uelut spolio nobilitatis exultat, Messalae nomen, et uxoris. iam quid lineas petitas Aegypto loquar? quid tyro & sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumā di difficultate pernobiles, donati sunt ab Atrabaticis birri petiti, donati birri canusini, Africanae orpes in scena nō prius uisae. Et haec quidem in circo ego in litteras retuli, quo futuros editores pudor tāgeret, ne patrimonia sua proscriptionis legitimis heredibus, mimis, & ballionibus deputarent. Habe mi amice meum munus, quod ego, ut saepe dixi, non eloquentiae causa, sed curiositatis in lumen edidi, id praecipue agens, ut si quis eloquens uellet facta principum referare, materiam non requireret habiturus meos libellos ministros eloquii, te quaeso sis contentus, nosq; sic uoluisse scribere melius quam potuisse contendas.

VITAE EORVM, QUI AVT CAESARIS  
TANTVM NOMEN ADEPTI,  
AVT PER TYRANNIDEM  
IMPERIVM IN/  
VASERE.

SPARTIANI AELIUS VERVS CAESAR.

Dioclitiano Augusto Aelius Spartianus suus salutem. In animo mihi est d Diocletiane Auguste tot principum maxime non solum eos, qui principum locum in hac statione, quam temperas, retentarunt, ut usque ad D. Adrianum feci, sed illos etiam, qui uel Caesarum nomine appellati sunt, nec principes, aut Augusti fuerunt, uel quolibet alio genere, aut in famam, aut in spem principatus uenerunt, cognitioni numinis tui sternere. Quorum praecipue de Aelio Vero dicendum est, qui primus tantum Caesaris nomen accepit adoptione Adriani familiae principum adscitus. Et quoniam nimis pauca dicenda sunt, nec debet prologus enormior esse quam fabula, de ipso iam loquar.

Eionius Commodus, qui et Aelius Verus c appellatus est, quem sibi Adrianus auro ingrauescente morbis tristioribus pressus peragrato iam orbe terrarum adoptauit, nihil habet in sua uita memorabile, nisi quod tantum Caesar est appellatus non testamento, ut antea solebat, neq; eo modo, quo Traianus est adoptatus, sed eo propere



## ÆLIUS

genere, quo nostris temporibus à uestra clemētia Maximianus, atq; constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam principum filij uiri, & designati Augustæ maiestati hæredes. & quoniam de Cæsarium nomine in huius præcipue uita est aliquid disputandum, qui hoc solū nomen adeptus est, Cæsarem uel ab elephanto, quæ lingua Maurorum Cæsa dicitur, in prælio cæso, eumque primus sic appellatus est, doctissimi uiri, & eruditissimi putant dictum, uel quia mortua matre, uentre cæso sit natus, uel cum magnis criminibus sit utero parentis effusus, uel quod oculis cæsis, & ultra humanum morem uiguerit. Certe quæcumque illa felix necessitas fuit, inde tam clarum, & duraturum æternitate mundi nomen effloruit. Hic ergo, de quo sermo est primum, L. Aurelius Verus est dictus, sed ab Adriano ascitus in Aeliorum familiam, hoc est in Adriani, transcriptus, & appellatus est Cæsar. Huic pater Ceionius Commodus fuit, quem alij Verum, alij L. Aurelium multi Annum prodiderunt, maiores omnes nobilissimi, quorum origo pleraque ex Hetruria fuit, uel ex Fauentia. Et de huius quidem familia plenius in uita L. Aurelij Ceionij Commodi Veri Antonini filij huiusce, quem sibi adoptare Antoninus iussus est, disseremus. Is enim liber debet omnia, quæ ad stemma generis pertinent continere, quæ habet principem, de quo plura dicenda sunt. Adoptatus autem Ælius Verus ab Adriano eo tempore, quo iam, ut superius diximus, parum uigebat, & de successore necessario cogitabat, statimque prætor factus, et Pannonijs dux, ac rector impositus, mox COS. creatus. Et quia erat deputatus im-

## VERUS

230

perio, iterum COS. designatus est. Datum etiam populo congiarium causa eius adoptionis, collatumque milibus HS III millies circenses editi, neque quicquam prætermisum, quod posset lætitiæ publicam frequentare. Tantumque apud Adrianum principem ualuit, ut præter adoptionis affectum, quo ei uidebatur adiunctus, solus omnia, quæ cuperet, etiam per litteras impetraret. Nec provincia quidem, cui præpositus erat, defuit. Nam bene gestis rebus, uel potius feliciter, & si non summi, medijs tamen obtinuit ducis famam. Hic tamen ualetudinis adeo misera fuit, ut Adrianum statim adoptionis pœnituerit, potueritque eum amouere à familia imperatoria, cum sæpe de alijs cogitaret, si forte uixisset. Fertur denique ab alijs, quæ Adriani uitam diligentius in litteras retulerunt, Adrianum Veri scisse genituram, & eum, quem non multum ad Remp. regendam probarat, ob hoc tantum adoptasse, ut suæ satisfaceret uoluntati. Et, ut quidam dicunt, tamen iureiurando, quod intercessisse iuter ipsum, ac Verum secretis conditionibus ferebatur. Fuisse enim Adrianum peritum matheos Marius Maximus usque adeo demonstrarat, ut eum dicat cuncta de se scisse sic, ut omnium dierum usque ad horam mortis futuros actus ante perscripserit. Satis præterea constat eum de uero sæpe dixisse.

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra  
Esse sinent. Quos uersus cum aliquando in hor-  
nulo spatians cantaret, atque adesset unus ex littera-  
tis, quorum Adrianus speciosa societate gaudebat,  
uelletque addere.

## ÆLIUS

- Nimum uobis Romana propago
- Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.  
Adrianus dixisse fertur, hos uersus Vita non capit Veri. illud addens,
- Manibus date lilia plenis.
- Purpureos spargam flores, animamq; nepotis
- His saltem accumulem donis, & fungar inani
- Munere. Cum quidem etiam illud dicitur cum iri-  
sione dixisse. Ego mihi diuum adoptavi non filium.  
Eum tamen cum consolaretur unus de litteratis, qui  
aderat, ac diceret, quid si non recte constellation eius  
• collecta est, quem credimus esse uicturum? Adrianus  
• dixisse fertur. Facile ista dicis tu, q; patrimonij tui non  
Reip. queris heredem. Vnde apparet eum habuisse  
in animo alium deligere, atq; hunc ultimo uitæ suæ  
tempore à Rep. submouere sed eius consilijs fuit eue-  
tus. Nam cum de provincia Ælius redisset, atq; ora-  
tionem pulcherrimam, quæ hodie legitur siue per se,  
siue per scriniorum, aut dicendi magistros paras-  
set, qua Calen. ipsis Ianuarijs Adriano patri gratias  
ageret, Accepta potioe. qua se existimaret iuuari, Cal-  
len. ipsis Ianuarijs periit. Iussusq; ab Adriano, qua no-  
ta interueniebant, nō lugeri. Fuit hic uitæ letissimæ,  
eruditus in literis. Adriano (ut maleuoli loquuntur)  
acceptior forma quàm moribus. In aula diu nō fuit,  
in uita priuata, & si minus probabilis, minus tamen  
reprehendendus, ac memor familiæ suæ, comptus, del-  
corus, pulchritudinis regiæ, oris uenerandi, eloquenti-  
æ celsioris, uersu facilis, in Rep. etiam non inutilis.  
Huius uoluptates ab ijs, qui uitam eius scripserunt,

## VERVS

231

multæ feruntur, equidem non infames, sed, aliquate-  
nus diffluentes. Nam tetrarmacum, seu potius pe-  
tapharmacum, quo postea semper Adrianus è usus,  
ipse dicitur reperisse. Hoc est sumen, fasianum, panno-  
nè, crustulatum, & aprunã. De quo genere cibi aliter  
refert Marius Maximus non pentarmacum, sed  
tetrarmacum appellans, ut et nos ipsi in eius uir-  
ta profecuti sumus. Fertur etiam aliud genus uolupta-  
tis, quod Verus inuenerat. Nam lectum eminentibus  
quatuor anacliterijs fecerat minuto reticulo undiq;  
inclusum, eumq; folijs rosæ, quibus demptum eēt al-  
bum, replebat. Iacensq; concubinis uelamine de lili-  
is facto se tegebat unctus odoribus persicis, iam illa  
frequentantur à nonnullis, quod & accubationes, ac  
mensas de rosis, ac lilijs fecerit, & quidem purgatis,  
quæ & si non decora, non tamen ad perniciem publi-  
cam prompta sunt. Atq; idem Ouidij libros amorum  
in lecto semper habuisse. Idem Martialem epigram-  
maticum poetam Virgilium suum dixisse. Iam illa  
leuiora, quod cursoribus suis exemplo cupidinū alas  
frequenter apposuit, eosq; uetorum nominibus sæpe  
uocitauit Boream alium, alium Notum, et item Aq-  
lonem, aut Circium, cæterisq; nominibus appellas,  
& inde fesse, atq; inhumaniter faciens cursitare. Idē  
• uxori conquerenti de extraneis uoluptatibus dixisse  
• se fertur, Patere me per alias exercere cupiditates  
• meas. Vxor enim dignitatis nomen est, non uolupta-  
tis. Eius filius est Antoninus Verus, qui adoptatus è  
à Marco. Verus certe cum Marco æquale gessit impe-  
rium. Nā ipsi sunt, qui primi duo Augusti appellati

sunt & quorum fastis consularibus sic nomina præscribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini, & duo Augusti, tantumq; huius rei & novitas, & dignitas ualuit, ut fasti consulares nonnulli ab his sumerent ordinem consulum. Pro eius adoptione infinitam pecuniam populo, & militibus Adrianus dedit. Sed cum eum uideret homo paulo argutior miserrima ualeitudinis ita, ut scutum solidius iactare non posset, dixisse fertur, Ter millies perdidimus, quod ex erant, populoq; dependimus siquidem satis in caducum parietem incumbimus, & qui non ipsam Remp. sed nos ipsos sustentare uix possit. Et hæc quidem Adrianus cum præfecto suo locutus est. Quæ cum prodidisset præfectus, ac per hoc Ælius Caesar in dies magis, magisque solitudine ut pote desperati hominis aggravaretur, præfecto suo Adrianus, qui rem prodiderat, successorem dedit uolens uideri, quæ uerba tristia temperasset, sed nihil profuit. Nam, ut diximus, Lucius Ceionius Commodus Verus Ælius Caesar (Nam his omnibus nominibus appellatus est) periit, sepultusq; imperatorio funere, neq; quicquam de regia in morte habuit dignitate. Doluit ergo illius mortem, ut bonus pater, non ut bonus princeps. Nam cum amici solliciti quærent, qui adoptari posset, Adrianus dixisse fertur his etiam uiuente adhuc Verus decreueram, ex quo ostendit aut iudicium suum, aut scientiam futurorum post hunc deniq; Adrianus diu anticeps, quid faceret, Antoninum adoptauit pium cognomine appellatum, cui conditionem addidit, ut ipse sibi Marcum & Verum Antoninos adoptaret, filiaq;

suam Verus non Marco daret. Nec diutius uixit grauatius langore, ac diuerso genere morborum sæpe dicens sanum principem mori debere non debilem. Statuas sanè Ælio Verus per totum orbem colossas poni iussit, templa etiam in nonnullis urbibus fieri. Denique illius merito filium eius Verum nepotem utpote suum, qui pereunte Ælio in familia ipsius Adriani remanserat, adoptandum Antonino Pio, cum Marco ut iam diximus, dedit, sæpe dicens. Habeat Respu. quodcumq; de Verus, quod quidem contrarium ijs, quæ de adoptionis pœnitentia per authores plurimos intimata sunt. Cum Verus posterior nihil dignum præter clementiam in moribus habuerit, quod imperatorie familie lumen afferret. Hæc sunt, quæ de Verus Cesare mandata litteris fuerunt, de quo iccirco non tacui, quia mihi propositum fuit omnes, qui uel post Casarem dictatores hoc est D. Iulium, uel Casares, uel Augusti, uel principes appellati sunt, quiq; in adoptionem uenirent, uel imperatorum filij, aut parentes Cesarum nomine consecrati sunt, singulis libris exponere, meæ satisfaciens conscientie, etiam si nullis nulla sit necessitas talia requirendi.



AVIDIVS VVLGATII GAL-  
LICANI. V. C.

Vidius Cassius, ut quidam uolunt, ex familia Cassiarū fuisse dicitur, per matrem tamen nouo genitus Auidio Senecro, qui ordines duxerat, & post ad summas dignitates puenerat. Cuius Quadratus in historijs meminit, et quidem grauer, cum illum summum uirum, & necessarium Reip. asserit. Et apud ipsum Marcum praeualidum. Nam iam eo imperante perisse fatali sorte perhibetur. Hic ergo Cassius ex familia (ut diximus) Cassiorum, qui in C. Iulium conspirauerant. oderat tacite principatū, nec ferre poterat imperatorium nomen. Dicebatq; eē grauius nomen imperij, quod non posset e Reip. tolli nisi per alterum imperatorē. Deniq; tentasse in pueritia dicitur extorquere etiam Pio principatum, sed per patrem uirum sanctum, & grauem affectationē tyrannidis latuisse. Habitum tamen semper ducibus suspectum. Vero autem illum parasse insidias, ipsius Veri epistola indicat, quam inserui ex epistola Veri.

- Auidius Cassius auidus est imperij, quantum & mihi uidetur, & iam inde sub auo meo patre tuo innotuit, quem uelim obseruari iubeas. Omnia enim nostra displicent, opes non mediocres parat, litteras nostras ridet. Te philosophiam anniculam, me luxuriosum morionem uocat. Vide quid agendum sit, Ego hominem non uidi, sed uide, ne tibi, & liberis tuis non bene cōsulat. Cum tales inter praecinctos habeas, qualē milites

AVIDIVS

233

- milites libenter audiunt, libenter uident. Rescriptum
- Marci de Auidio Cassio. Epistolam tuam legi, & solicitam potius q̄ imperatoriam & non nostri temporis. Nam si ei diuinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiam si uelimus. Scis etiam pro aui tui dictum. Successorem suum nullus occidit, si minus, ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos incidat. Adde quod non possum reum facere, quem nullus accusat, et, ut ipse dicis, milites amant. Deinde in causis maiestatis haec natura est, ut uideantur uim pati etiā quibus probatur. Scis enim ipse quid auius tuus Adrianus dixerit, misera conditio imperatorum, quibus de affectata tyrannide nisi occisis non potest credi. Eius autem exemplum ponere quā Dormitiani, qui hoc primus dixisse fertur, malui. Tyrannorum enim etiam bona dicta non habent tantum auctoritatis, quantum debent. Sibi ergo habeat suos mores, maxime cum bonus dux sit, & seuerus & fortis & Reip. necessarius. Nam quod dicis liberis meis cauendum esse morte illius, planē liberi mei pereant, si magis amari merebitur Auidius q̄ illi, & si Reip. expedit Cassiū uiuere q̄ liberos Marci. Haec de Cassio Verus, haec Marcus. Sed nos hominis naturam et mores breuiter explicauimus. Neq; enim plura de his sciri possunt, quorum uitam illustrare nullus audet, eorum causa, a quibus oppressi fuerint. Addeamus autem quemadmodum ad imperium uenerit, & quē admodum sit occisus, & ubi uictus. Proposui enim Dioclitiane Auguste, omnes, qui imperatorium nomen siue iuste, siue iniuste habuerunt, in litteras mitte

AVIDIVS

re, ut omnes purpuratos Augustos cognosceres. Fuit  
his moribus, ut nonnunquam trux & asper uideretur.  
Aliquando mitis & lenis, saepe religiosus. Aliàs  
contemptor sacrorum, avidus uini, idem abstinens, ci-  
bi appetens, & inediae patiens. Veneris cupidus, &  
castitatis amator, nec defuere, qui illum Catilinam  
uocarent. Cum & ipse se ita gauderet appellari, ad-  
dens futurum se Sergium, si Diolagistam occidisset,  
Antoninum hoc nomine significans, qui tantum eni-  
tuit in philosophia, ut iturus ad bellum Marcoman-  
nicum timentibus cunctis, nequid fatale proveniret,  
rogatus sit non adulatione sed serio, ut praecepta phi-  
losophiae ederet, nec ille timuit, sed per ordinem τὰ  
καὶ ὁ τῶς, hoc est praeceptionum per triduum di-  
spuit. Fuit praeterea disciplinae militaris Auidius  
Cassius tenax, & qui se Marium dici uellet. Quoni-  
am de seueritate illius dicere coepimus, multa extant  
crudelitatis potius quam seueritatis eius indicia.  
Nam primum milites, qui aliquid provincialibus  
tulissent per uim in illis ipsis locis, in quibus pecca-  
uerant, in crucem sustulit. Primus etiam id supplicij  
genus inuenit, ut stipitem grandem poneret pedum  
octoginta & centum, idest materiam. Et à summo  
usq; ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum  
apponeret, incensisq; alijs alios fumi cruciatu timore  
etiam alios necaret, idem denos catenatos in profluē-  
tem mergi iubebat uel in mare. Idem multis desertor-  
ibus manus excidit, alijs crura incidit, ac poplites  
dicens maius exemplum esse uiuentis miserabiliter  
criminosi quam occisi. Cum exercitum duceret, &

AVIDIVS

234

incise ipso manus auxiliaria centurionibus suis au-  
thoribus tria millia Sarmatarum negligentius agen-  
tium in Danubij ripis occidissent, & cum praeda in-  
genti ad eum redissent, sperantibus centurionibus prae-  
mium, quod per parua manu tantum hostium se-  
gnius agentibus tribunis, & ignorantibus occidis-  
sent, rapi eos iussit, & in crucem tolli, seruilique sup-  
plicio affici. Quod exemplum non extabat. dicens eue-  
nire potuisse, ut essent insidiae, ac periret Romani im-  
perij reuerentia, & cum ingens seditio in exercitu or-  
ta esset, processit nudus campestri solo tectus, & ait  
percutite inquit me, si audetis, & corruptae discipli-  
nae facinus addite. Tunc conquiescentibus cunctis me-  
ruit timeri, quia non timuit. Quae res tantum disciplinae  
Romanis addidit, tantum terroris Barbaris iniecit,  
ut pacem annorum centum ab Antonino absente pe-  
terent. Si quidem uiderant damnatos Romani ducis iu-  
dicio esse eos, qui contra fas uicerant. De hoc multa gra-  
uia contra militum licentiam facta inueniuntur apud  
Aemilium Parthenianum, qui affectatores tyrannidis  
iam inde à ueteribus historiae tradidit. Nam & uirgis  
cecidit in foro, & in medijs castris securi percussit, quae  
ita meruerunt, et manus multis amputauit. Et propter la-  
ridum, ac bucellatum, atque acetum militem in expedi-  
tione portare prohibuit. Et si aliquid quippiam reperit  
luxuriam non leui supplicio affecit. Extat de hoc epi-  
stola D. Marci ad praefectum suum talis. Auidio Cas-  
sio legiones syriacas dedi diffuentes luxuria & dar-  
phnes moribus agentes, quas totas excaldantes se res-  
perisse Cesonius Vestilianus scripsit, & puto me non

errasse, siquidem & tu notum habes Cassium homi-  
 nem Cassianæ seueritatis, et disciplinæ, neq; enim mi-  
 lites regi possunt, nisi uetere disciplina. Scis enim uer-  
 sum à bono poeta dictum, & omnibus frequētatū.  
 Moribus antiquis res stat Romana uirisq;  
 Tu tantum fac adsint legionibus abunde comnear-  
 tus. Quos si bene Auidium noui, scio non perituros.  
 præfecti ad Marcum. Recte consulisti mi domine,  
 quod Cassiū præfecisti Syriacis legionibus. Nihil.n.  
 tam expedit, q̄ homo seuerior græcanicis militibus. Il-  
 le sanè omnes excaudationes, omnes flores de capite,  
 collo, & sinu militi excutiet. Amona militaris omnis  
 parata est, neq; quicquam deest sub bono duce, nō.n.  
 multum aut queritur aut impeditur. Nec se fellit de  
 se iudicium habitum. Nam statim & ad signa edici  
 iussit, et programma in parietibus fixit, ut siquis cin-  
 ctus inueniretur apud Daphnem, discinctus rediret.  
 Arma militum septima die semper respexit. Vestimē-  
 ta etiam, & calciamenta, & ocreas. delicias omnes  
 de castris submouit, iussitq; eos hyemem sub pellibus  
 agere, nisi corrigerent suos mores, & egressent nisi ho-  
 nestius uixissent. Exercitium septimi diei fuit omni-  
 um militum ita, ut sagittas mitterent, & armis lude-  
 rent. Dicebant enim miserum esse, cum exercerentur  
 athletæ, uenatores, & gladiatores, non exerceri mili-  
 tes, quibus minor esset futurus labor, si consuetus esset.  
 Ergo correctâ disciplina, & in Armenia, & in Ara-  
 bia, & Ægyptores optime gessit. Amatusq; est ab  
 omnibus orientalibus, & speciatim ab Antiochensibus,  
 qui etiam imperio eius consenserunt, ut docet Ma-

rius Maximus in uita. D. Marci. Nam & cū bucoli-  
 cū milites per Ægyptū grauiamulta facerent, ab hoc  
 reuersi sunt, ut idē Marius Maximus refert in eo li-  
 bro, quem secundū de uita Marci Antonini edidit.  
 imperatorē se in oriente appellauit, ut quidā dicunt,  
 Faustina uolente, quæ ualitudini Marci iam diffide-  
 bat, & timebat, ne infantes filios tueri sola nō posset,  
 atq; aliqs existeret, qui capta statione regia, infantes  
 de medio tolleret. Alij aut dicunt hanc artem adhi-  
 buisse militibus, & provincialibus Cassiū p̄tra Mar-  
 ci amorem, ut sibi posset consentiri, quod diceret Mar-  
 cum diem suum obiisse. Nam & diuum eū appellas-  
 se dicitur, ut desiderium illius leniret impatorio aīo  
 cum processisset, eū, qui sibi aptauerat ornamenta re-  
 gia, statim p̄fectum prætorij fecit, qui & ipse occisus  
 est Antonino inuito ab exercitu, qui & Metianū, cui  
 erat commissa Alexandria, quiq; p̄senserat spe parti-  
 cipatus Cassio, inuito, atq; ignorante Antonino intere-  
 nit. Nec tñ Antoninus grauius est iratus rebellionē  
 cognita, nec in eius liberos, aut affectus scēuit. Sena-  
 tus illum hostē appellauit, bonaq; eius proscripsit.  
 Quæ Antoninus in priuatum ærariū congeri noluit.  
 Quare senata p̄cipiente in ærarium publicū sunt rela-  
 ta. Nec Romæ terror defuit, cū qdam Auidiū Cas-  
 sium dicerent absente Antonino, qui nisi à uoluptari-  
 is unice amabatur, Romā esse uenturæ, atq; urbem ty-  
 rannice direpturæ, maxime senatorum causa, qui eū  
 hostem iudicauerant bonis proscriptis, & amor An-  
 tonini hoc maxime enituit, quod consensum omnium  
 præter Antiochenses Auidius interemptus est, quens



AVIDIVS

quidem occidi non iussit, sed passus est, cum apud cūctos clarum esset, si potestatis suæ fuisset, parsurum illi fuisse. Caput eius ad Antoninum cum delatum esset, ille non exultavit, non elatus est, sed etiam doluit, ereptam sibi esse occasionem misericordiae, cum diceret se uiuum illum uoluisse capere, ut illi exprobraret beneficia sua, eumq; seruaret. Deniq; cum quidam diceret reprehendendum Antoninum, quod tam mitis esset in hostem suum, eiusq; liberos, & affectus, atq; omnes, quos conscios tyrannidis reperisset, addente illo, qui reprehendebat. Quid si ille uicisset, dixisse dicitur. Nō sic deos coluimus, nec si uiuimus, ut ille nos uinceret. Enumeravit deinde omnes principes, qui occisi essent, habuisse causas, quibus mererentur occidi, nec quenquam facile bonum uel uictum à tyranno, uel occisum. dicens meruisse Neronem debuisse Caligulam. Othonem ut Vitellium nec impetrare uoluisse. Nam de Pertinace, & Galba paria sentiebat, cū diceret in imperatore auaritiā esse acerbissimum malum. Deniq; non Augustum, non Traianum, non Adrianū non patrem suum à rebellibus potuisse superari. Cum & multi fuerint, & ipsis uel inuitis, uel inscijs extincti. Ipse aut Antoninus à senatu petijt, ne grauius in conscios defectionis animaduertetur. Eo ipso tempore, quo rogauit, ne quis senator temporibus suis capitali supplicio afficeretur, quod illi maximum amorem conciliauit. Deniq; paucissimis centurionibus punitis deportatos reuocari iussit. Antiochenis, qui Auidio Cassio consenserant, sed & his & alijs ciuitatibus, quæ illum inuerant, ignouit. Cū pri-

AVIDIVS

236

mo Antiochenis grauius iratus esset, his spectacula sustulisset, & multa alia ciuitatis ornamenta, quæ postea reddidit. Filios Auidij Cassij Antoninus Marcus parte media paterni patrimonij donauit, ita ut filias eius auro, argento, & gemmis honestaret. Nam & Alexandria filia Cassij & genero Druentiano liberam euagandi ubi uellent, potestatem dedit. Vixeruntq; non quasi tyranni pignora, sed quasi senatorij ordinis in summa securitate. Cū illis etiā in lite obijcti fortunā propria uenisset domus. damnatis aliquibus ob iniuriā, qd in eos petulantes fuissent, quos qdē amicae suae marito cōmendauit. Siquis aut omnē hanc historiā scire desiderat, legat Marij Maximi secundū librum de uita Marci, in quo ille ea dicit, quæ solum Marcus mortuo iam uero egit. Tunc enim Cassius rebellauit, ut probat epistola missa ad Faustina, cuius hoc exemplum est. Verus mihi de Auidio uerum scripserat, quod uiperet imperare. Audisse enim te arbitror, quod eruscatores de eo nuntiarent. Veni igitur in Albanum, ut tractemus omnia dijs uolentibus nil timens, hic autem apparet Faustina ista nescisse. Cum dicat Marius infamari eam cupiens, quod ea conscia Cassius imperium sumpsisset. Nam et ipsius epistola extat ad Veram, qua urget Marcum, ut in eum grauius uindictet. Exemplū epistolae Faustinae ad Marcū. Ipsa in Albanum oras, & iubes, mox ueniam. Tñ iam hortor, ut, si amas liberos tuos, istos rebelliones acerrime prosequaris. Male enim assueuere & duces, & milites, q nisi opprimuntur, opprimēt. Itē alia epistola eiusdē Faustinae ad Marcum. Mater

• mea Faustina patrem tuum Pium eiusdem in defe-  
 • ctione Celsi sic hortata est, ut pietatem primum cir-  
 • ca suos seruaret, sic circa alienos. Non enim pius est im-  
 • perator, qui non cogitat uxorem, & filios. Commo-  
 • dus noster uides in qua aetate sit, Pompeianus gener  
 • & senior est, & peregrinus. Vide quid agas de Aui-  
 • dio Cassio, & de eius conscijs. Noli parcere homini-  
 • bus, qui tibi non pepererunt, & nec mihi, nec filijs  
 • nostris parcerent, si uicissent. Ipsa iter tuum mox con-  
 • sequor, quia Fadilla nostra aegrotabat. in Formianum  
 • uenire non potui. Sed si te Formijs inuenire non pote-  
 • ro, assequar Capuam, quae ciuitas & meam, & filio-  
 • rum nostrorum aegritudinem poterit adiuuare. Sor-  
 • teridem medicum in Formianum, ut dimittas rogo,  
 • ego autem Dositheo nihil credo, qui puellae uirgini  
 • curationem nescit adhibere. Signatas mihi litteras  
 • Calphurnius dedit, ad quas rescribam, si tardauero,  
 • per Cacilium senem spadonem hominem, ut scis, si-  
 • delem. Cui uerbo mandabo, quid uxor Auidij Cassij  
 • & filij, & gener te iactare dicantur. Ex his litteris  
 • intelligitur Cassio Faustinae consciam non fuisse, quae  
 • etiam supplicium eius grauius exegisset, siquidem An-  
 • toninum quiescentem, & clementiora cogitantem ad  
 • uindictae necessitatem impulit. Cui Antoninus quid  
 • rescripserit subdita epistola perdocebit. Tu quidem mea  
 • Faustinae religiose pro marito, & pro nostris liberis  
 • agis. Nam relegi epistolam tuam in Formiano, qua  
 • me hortaris, ut in Auidij conscios uindicem. Ego ue-  
 • ro & eius liberis parcam, & genero, & uxori, &  
 • ad senatum scribam, ne aut proscriptio grauior sit,

• aut poena crudelior. Non enim quicquam est, quod im-  
 • peratorem Romanum melius commendat gentibus  
 • quam clementia. Haec Caesarem deum fecit. Haec Au-  
 • gustum consecrauit. Haec patrem tuum in primis Pij  
 • nomine ornauit. Denique si ex mea sententia de bello iu-  
 • dicatum esset, nec Auidius esset occisus. Esto igitur se-  
 • cura, dii me tuentur dijs pietas mea cordi est. Pompe-  
 • ianum nostrum in annum sequentem COS. dixi. Haec  
 • Antoninus ad coniugem. Ad senatum autem qualis ora-  
 • tionem miserit, interest scire ex oratione Marci Anto-  
 • nini. Habetis igitur Patres Conscripti pro gratulatio-  
 • ne uictoriae generum meum COS. Pompeianum dico.  
 • Cuius aetas olim reuerenda fuerat consulatu, nisi uiri-  
 • fortes interuenissent, quibus reddi debuit, quod a Re-  
 • publica debebatur. Nunc quod ad defectionem Cassia-  
 • nam pertinet, uos oro, atque obsecro P. C. ut censura ue-  
 • stra deposita, meam pietatem, clementiamque seruetis,  
 • immo uestram, neque quenquam ullum senatus occidat.  
 • Nemo senatorum puniatur, nullius frondatur uiri nobilis  
 • sanguis, deportati redeant, proscripti bona recipiant.  
 • Unquam possem multos et ab inferis excitare. Non enim  
 • unquam placet in imperatore uindicta sui doloris,  
 • quae & si iustior fuerit, acrior uideatur. Quare filijs Au-  
 • uidij Cassij & genero, & uxori ueniam dabit. Et  
 • quod dico ueniam, cum illi nihil fecerint. Uuant igitur  
 • securi scientes sub Marco uiuere. Uuant patrimonio  
 • parentum pro parte donato, auro, argento, uestibus  
 • fruantur. sint diuites, sint securi, sint uagi & liberi, et  
 • per ora omnium ubique populorum circulerant mea, cir-  
 • culerant uestra pietatis exemplum. Nec magna haec

AVIDIVS

est P. C. clementia ueniam proscriptorū liberis, & cō  
iugibus dari. Ego uero à uobis peto, ut conscios sena-  
torij ordinis, & equestris à cæde, à proscriptione, à  
timore, ab infamia, ab inuidia, & postremo ab om-  
ni uindictis iniuria. Detisq; hoc meis temporibus, ut  
in cā tyrannidis, qui in tumultu cecidit, probetur oc-  
cisus. Hanc eius clementiā senatus his acclamationi-  
bus prosecutus est. Antonine Pie dii te seruent. Anto-  
nine clemens dii te seruent. Antonine clemēs dii te ser-  
uent. Tu uoluisti, quod licebat, nos fecimus qd̄ dece-  
bat. Cōmodo imperiū iustum rogamus progeniē tuā  
robora. Fac securi sint liberi tui, bonū imperiū nulla  
uis ledit. Cōmodo Antonino tribunitiā potestatē ro-  
gamus, p̄sentia tuā rogamus, philosophiæ tuæ, patien-  
tiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitatis tuæ, innocentia tuæ.  
Vincis inimicos, hostes exupas, dii te uentur, & reli-  
qua. Vixerunt igitur posteri Auidij Cassij securi, &  
ad honores admissi sunt. Sed eos Cōmodus Antonia-  
nus post excessum diui Patris sui oēs uiuos incēdi ius-  
sit quasi in factione deprehensos. Hæc sunt, q̄ de Cassi-  
sio Auidio cōperimus. Cuius ipsius mores, ut supra di-  
ximus, uarij semp fuerunt. Sed ad cēsuram, crudeli-  
tatemq; propensiores, q̄ si obtinuisset imperiū, fuisset  
nō mō clemens, sed bonus, sed utilis, et optimus impe-  
rator. Nā extat epistola eius ad generū suū iā impera-  
toris huiusmodi. Misera Resp. quæ istos diuiniatē cupi-  
dos, & diuites patitur misera. Marcus homo sanè opti-  
mus, q̄ dñ clemens dici cupit, eos patitur uiuere, quorū  
ipse nō probat uitā. Vbi L. Cassius, cuius nos frustra  
tenet nomen? Vbi Marcus ille Cato Cēsorius? Vbi oīs

AVIDIVS 238

disciplinam maiorē, quæ olim qdem intercudit? Nunc  
uero nec queritur. Marcus Antoninus philosophat-  
tur, & querit de clementia, & de animis, & de ho-  
nesto, & iusto, nec sentit pro Rep. Vides multis opus  
esse gladijs, multis elogijs, ut in antiquū statum pu-  
blica forma reddatur. Ego uero istis p̄sidibus provin-  
ciarū. an ego proconsules, an ego præsides putem, quē  
ob hoc sibi à senatu, & ab Antonino provincias dar-  
tas credunt, ut luxurientur, ut diuites fiant? Audisti p̄-  
fec. præ. nostri philosophi ante triduum, quā fieret,  
mendicum, & pauperem, sed subito diuitem factum?  
Vnde quæso, nisi de uisceribus Reip. provincialiūq;  
fortunis? Sint sanè diuites, sint locupletes ærariū pu-  
blicum referent. Tantum dii faueant. bonis patribus  
reddant cassianum Reip. principatum. Hæc episto-  
la eius indicat, quā seuerus, & quā tristis futu-  
rus fuerit imperator.

SPARTIANI PESCENNIUS  
NIGER.

Arum, atq; difficile est, ut quos tyranni  
nos aliorum uictoria fecerit, bene mit-  
tantur in litteras. Atque ideo uix om-  
nia de his plene in monumentis, atque  
annalibus habentur. Primū. n. q̄ magna  
sunt in eorū honorē ab scriptoribus deprauantur, de-  
inde alia supprimuntur. Postremo nō magna dilige-  
tia in eorum genere, ac uita requiritur. Cum satis sit  
audaciam eorum, & bellum, in quo uicti fuerint,



ac poenam proferre. Pescennius ego Niger, ut alij tradunt, modicis parentibus, ut alij, nobilibus fuisse dicitur patre Annio Fusco, matre Lampridia, amo curatore Aquini. Ex qua familia originē ducebat. Quod quidem dubium etiā nunc habetur. Hic eruditus mediocriter, moribus ferox, diuitijs immodicus, uita parcus, libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatū. Ordines diu duxit, multisq; ducatus peruenit. Ut exercitus syriacos iussu Comodi reget suffragio maxime athletæ, qui Commodum strangulauit, ut omnia tunc fiebant. Is, posteaquā comperit occisum Commodum, Iulianum imperatorem appellatum, eundemq; iussu Seueri, & senatus occisum, Albinum et in Gallia sumpsisse nomen imperatoris, ab exercitibus syriacis, quos regebat, appellatus est imperator, ut quidam dicunt magis in Iuliani odium, quā in æmulationem Seueri. Huic ob detestationem Iuliani primis imperij diebus, ita Romæ factum est à senatoribus dūtaxat, qui & Seuerum oderant, ut inter lapidationes, execrationesq; omnium illi feliciter optarent, illum principem insuper, & illum Augustum populus acclamaret. Iulianum aut oderant populares, quod Pertinacem milites occidissent, & illum imperatorem aduersi populi uolūate appellassent. Deniq; ingentes ob hoc seditiones fuerunt. Ad occidendum aut Nigrum primipilarē Iulianus miserat stulte ad eum, q̄ haberet exercitus, & se tueri posset, proinde quasi qualislibet impator à primipilario posset occidi. Eadem aut dementia etiam Seuerō iam principi Iulianus successorē miserat. Deniq; et Aqlum

Centurionem notū cadibus ducum miserat, quasi impator tantus à Centurione posset occidi. Par deniq; in sania fuit, quod cum Seuerō ex interdicto de imperio egisse fertur, ut iure uideretur ad principatum peruenisse. Et de Pescenio Nigro iudicium populi ex eo apparuit, quod cum ludos circenses Iulianus Romæ daret, & indiscrete subsellia Circi Maximi repleta essent, ingentiq; iniuria populus affectus esset, p̄ oēs uno consensu Pescennius Niger ad tutelam urbis est expetitus, odio, ut diximus, Iuliani, & amore occisi Pertinacis. Cui quidem Iulianus dixisse fertur. Nec sibi, nec Pescennio longum imperiū deberi, sed Seuerō, qui magis esset odio habendus à senatoribus, militibus, provincialibus, popularibus, q̄ probauit rei euentus. Et Pescennius q̄dem Seuerō eo tempore, quo Lugdunensem prouinciam regebat, amiciissimus fuit, nam ipse missus erat ad comprehendendos desertores, qui innumeri Gallias tunc uexabant. In quo officio, quod se honeste gessit, iucundissimum fuit Seuerō, ita ut de eo ad Commodum Septimus referret asserens necessarium Reip. uirum. & reuera in re militari uehemens fuit. Nunquam sub eo miles provinciali lignum, oleum, operam extorsit. Ipse à milite nihil accepit, cū tribunatus ageret, nihil accipi passus est. Nam & impator tribunos duos, quos constitellatur as accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariibus iussu. Extat epistola Seueri, qua scribit ad Rogonium Celsum Gallias regentē. Miserū est, ut imitari eius disciplinā militarem nō possimus, quem p̄ bellū uicimus, milites tui uagantur. Tribuni medio die la-

PESCENNIUS

uant, pro triclinijs popinas habent, pro cubiculis me-  
 ritoria. saltant, bibunt, cantant, & mensuris conui-  
 uiorum uacant, cum hoc sine mensura potant. hæc si ulla  
 uena paternæ disciplinæ in nobis uiueret, fieret? Emenda  
 igitur primū tribunus, deinde militē, quem quādiu  
 timueris, tandiu timebis. Sed scias, idque de Nigro mi-  
 litem timere non posse, nisi integri fuerint tribuni, et  
 duces militum. Hæc de Pescennio Seuerus Augustus  
 adhuc miles. M. Antoninus ad Cornelium Balbum. Per-  
 scennium mihi laudas. Agnosco, nam & decessor  
 tuus manu sirenium, uita graue, etiā tum plus quam mili-  
 tem dixit. Itaque nisi litteras recitandas ad signa, qui-  
 bus eum trecentis Armenicis, & centum Sarmatis,  
 & mille nostris posse iussimus. Tuum est ostendere  
 hominem non ambitione, quod nostris non conuenit  
 moribus, sed uirtute uenisse ad eum locum, quæ auus  
 meus Adrianus, quem Traianus proamus non nisi ex-  
 ploratissimis dabat. De hoc eodem Commodus, Per-  
 scennium fortem uirum noui, & ei tribunatus iam du-  
 os dedi. Ducatum mox dabo, ubi per senectutem Aeli-  
 us Corduenus Remp. recusauerit. Hæc de eo iudicia  
 omnium fuerunt. Sed & Seuerus ipse sæpe dixit igno-  
 raturum se Pescennio nisi perseueraret. A Comodo de-  
 niq; Pescennius COS. declaratus Seuerus prepositus  
 est, & quidem irato. quod primipilaribus commen-  
 dantibus consulatum Niger mereretur. In uita sua Se-  
 uerus dicit se prius quam filij sui id ætatis haberent, ut im-  
 perare possent, ægrotantem id in animo habuisse, ut  
 siquid forte sibi accidisset, Niger Pescennius idem &  
 Clodius Albinus succederet. Qui ambo Seuerus gra-

NIGER

240

uissimi hostes extiterant. Vnde apparet, quod etiam  
 Seueri de Pescennio iudicium fuerit. Si Seuerus credi-  
 mus, fuit gloria cupidus Niger, uita fictus, moribus  
 turpis, ætatis prouectæ, cum imperium inuasit, ex  
 quo cupiditates eius inuasit. Proinde quasi Seuerus  
 minor ad imperium uenerit, qui annos suos contrahit,  
 cum decem & octo annis imperauit, & octogesimo  
 nono perierit. Sanè Seuerus Heraclium ad obtinen-  
 dam Bithyniam misit. Fuluium autem ad occupan-  
 dos adultos Nigri filios, nec tamen in senatu quicquam  
 de Nigro Seuerus dixit, cum iam audisset de eius im-  
 perio, ipse autem proficisceretur ad componendū ori-  
 entis statum. Tantum sanè illud fecit proficiscens, ut le-  
 giones ad Africam mitteret, ne eam Pescennius oc-  
 cuparet, & fame populum Romanum perurgeret.  
 Et uidebatur autem id facere posse per Libyā, Aegy-  
 ptumque uicinas Africae difficili licet itinere, ac nauis-  
 gatione. Et Pescennius quidem ueniente ad orientem  
 Seuerus Græciam, Thracias, Macedoniam interfectis  
 multis illustribus uiris tenebat ad participatū impij  
 Seueri uocans. A quo causa eorum, quos occiderat, cum  
 Aemiliano hostis est appellatus. Deinde à ducibus Se-  
 ueri per Aemilianum pugnans uictus est. Et cum illi-  
 tutum exiliū promitteret, si ab armis recederet, persi-  
 stens iterum pugnavit, & uictus est, atque apud Cyzicum  
 circa paludem fugiens sauciatus, & sic ad Seuerum ad-  
 ductus, atque statim mortuus. Huius caput circumlatum  
 pilo Romam missum. Filij occisi, necata uxor, patri-  
 monium publicatū, familia omnis extincta. Sed hæc  
 omnia posteaquam de Albinus rebellionem cognitam

## PESCENNIUS

est, facta sunt. Nam prius & filios Nigri, & matrē in exilium miserat. Sed exarsit secundo civili bello, immo etiam tertio, & factus est durior. Tunc & innumeros senatores interemit Severus, & ab alijs Syl-  
la, ab alijs pr: nici, ab alijs Marij nomen accepit. Fuit statura Pescennius prolixa, forma decorus, capillo in uerticem ad gratiam reflexo, uocis canora ita, ut in campo loquens per mille passus audiretur, nisi uentus aduersaretur. Oris uerecundi & semper rubidi, ceruice adeo nigra, ut quemadmodum multi dicunt, ab ea Nigri nomen acceperit. Cetera corporis parte candidus, & magis pinguis, uini uidus, cibi parcus, rei uenerae nisi ad creādos liberos prorsus ignarus. Deniq; etiam sacra quaedam in Gallia, quae a castissimis decernuntur, consensu publico celebranda suscepit. Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pictum de musiuo inter Commodi amicissimos uidemus sacra Isidis ferentem, quibus Commodus adeo deditus fuit, ut & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes partes expleret. Fuit ergo miles optimus, tribunus singularis, dux praecipuus, legatus scuerissimus, consul insignis, uir domi, forisq; cōspiciuus, imperator infelix, usui deniq; Reipublicae sub Seuerro homine tetrico esse potuisset, si cum eo eē uoluisset. Sed deceptus est consilijs Seueri Aureliani, qui filias suas eius filijs despondens persistere eum fecit in imperio. Hic tanta fuit authoritatis, ut ad Marcum primum, deinde ad Commodum scriberet, cum uiueret prouincias facili administrationum mutatione subuertere. Primum ut nulli ante quinquennium succederetur

retur

## NIGER

241

retur prouinciae praesidi, uel legato uel proconsuli, quā prius deponerent potestatem, quam scirent administrare. Deinde ne noui ad regendam Remp. accederent, praeter militares administrationes. intimaui etiam assessores, in quibus prouincijs assedissent, in his administrarent. Quod postea Severus, et deinceps nulli tennerunt, ut probant Pauli & Ulpiani praefecturae, qui Papiniano in consilio fuerunt, ac postea, cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim praefecti facti sunt. Huius etiam illud fuit, ut nemo assideret in sua prouincia, nemo administraret Romae nisi Romanus, hoc est oriundus urbe. Addidit praeterea consiliarijs salaria, ne eos grauarent, quibus assidebant dicens iudicem nec dare debere, nec accipere. Hic erga milites tanta fuit censura, ut cū apud Aegyptum ab eo limitanei milites uinum peterent, responderit Nilum habetis, & uinum queritis? Siquidem tanta est illius fluminis dulcedo, ut accolae uina non querant. Idem tumultuantibus ijs, qui à Sarracenis uicti fuerant, & dicentibus uinum non accepimus, pugnare non possumus, Erubescite inquit, illi, qui uos uincunt, aquam bibunt. Idem Palaestinis rogantibus, ut eorum censitio leuaretur, iccirco, quod esset grauita respondit, uos terras uestras leuari censitione uultis, ego uero etiam aerem uestrum censere uellem. Deniq; Delphici Apollinis uates in motu Reip. maxime cum rantiaretur tres esse imperatores, Seuerum, Septimum, Pescennium Nigrum, Clodium Albinum consultus, quē expediret Reipu. imperare, uersum graecum huiusmodi fuisse dicitur.

E



PESCENNIUS

- *Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.*  
Ex quo intellectum Fuscum Nigrum appellatum uaticinatione. Seuerum Afrum, Albium uero Albinum dictum. Nec defuit alia curiositas, requisitum est, qui esset obtenturus Remip. Ad quod ille respondit alium uersum talem.
- *Fundetur sanguis Albi, Nigriq; animantis.*
- *Imperium mundi poena reget urbe profectus.*  
Item cum quastum esset, quis illi successurus esset respondisse itidem graeco uersu dicitur.
- *Cui dederint superi nomen habere Pij.*  
Quod omnino intellectum non est, nisi cum Bassianus Antoninus, quod uerum signum Pij fuit, nomen accepit. Item cum quaeretur quandiu imperaturus esset, respondisse graece dicitur,
- *Bis denis italum conscendit nauibus aequor,*
- *Si tamen una ratis transiliet pelagus.*  
Ex quo intellectum Seuerum uiginti annos expleturum. Haec sunt Dioclitiane Maxime Augustor, quae de Pescennio didicimus ex pluribus libris. Non. n. facile, ut in principio libri diximus, quisq; uitas eorum mittit in libros, qui aut principes in Rep. non fuerunt, aut a senatu appellati non sunt imperatores, aut occisi citius ad famam uenire nequerunt. Inde quod laet V index, quod Piso nescitur, quod oesilli, qui aut tantum adoptati sunt, aut a militibus imperatores appellati, ut sub Domitiano Antonius, aut cito interempti uitam cum imperij usurpatione posuerunt. Ac, nequid ex ijs, quae ad Pescennium pertinent, preterisse uideamur, licet alijs libris cognosci possint, de hoc uar

NIGER

242

tes Seuero Septimio dixerunt, quod neq; uiuus, neq; mortuus in potestate Seueri uenturus esset, sed iuxta aquas illi perendum esset. Quod quidem dicunt ipsum Seuerum de mathesi, quam callebat, dixisse. Nec absuit responsis ueritas, cum ille inuentus sit iuxta paludem semiuiuus. Hic tanta fuit seueritatis, ut cum milites quosdam in caueo argenteo expeditionis tempore uiuere uidisset, iusserit omne argentum summoneri de usu expeditionali, addito eo, ut ligneis uasis uterentur. Quod quidem illi odium militare concitauit. Dicebat. n. posse fieri, ut sarcinae militares in potestatem hostium uenirent, ne se barbarae nationes argento nostro gloriosiores facerent, cum alia minus apta hostica uiderentur ad gloriam. Idem iussit uinum in expeditione neminem bibere, sed aceto uniuersos esse contentos. Idem pistores sequi expeditionem prohibuit, bucellato iubens milites & omnes contentos esse. Idem ob unius gallinacci direptionem decem commanipulones, qui raptum ab uno comederant securi percussit, & fecisset, nisi ab omni exercitu propere usque ad metum seditionis esset rogatus, & cum pepercisset, iussit, ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem, qui simul furto consenserant addito eo, ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane, ac frigidis uescerentur appositis speculatoribus, qui id curarent. Idem iussit ne in Conis milites ad bellum aureos uel argenteos numos portarent, sed publice commendarent recepturi post praelia, quod dederant. Addens liberis eorum &

PESCENNIUS

uxoribus, & heredibus certe reddendum, qui uenissent, ne ad hostes aliquid praeda perueniret si quod forte aduersi fortuna fecisset. Sed haec omnia, ut se haberat Commodi temporum dissolutio, aduersa eidem fuerunt. Denique & si nemo fuit, qui suis temporibus dux se uerior uideretur, ad perniciem illi magis ista fuere quam mortuo. Vbi & inuidia, & odium deposita erant, talia exempla ualuerunt. Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem nec sibi inquam uel contra solem, uel contra imbres, quaesuit tecti suffragium, si miles non habuit, tantum denique belli tempore ratione militibus demonstrata sibi & seruis suis uel contubernalibus portauit quantum a militibus ferebatur. Cum seruos suos annonae oneraret, ne illi securi ambularent, et onusti milites. Idem ab exercitu, cum suspirio uideretur. Idem in concione iurauit se quandiu in expeditionibus fuisset, essetque adhuc futurus, non aliter esse acturum quam militem. Marium ante oculos habentem, et duces tales, ne alias fabulas inquam habuit, nisi de Annibale, ceterisque talibus. Denique cum imperatori factum quidam panegyricum recitare uellet, dixit ei. Scribe laudes Marii, uel Annibalis, uel alicuius ducis optimi uita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. Nam uiuentes laudare irrisio est maxime imperatores, a quibus speratur, qui timentur, qui praestare publice possunt, qui possunt necare, qui proscribere. Se autem uiuum placere, uelle etiam mortuum laudari. Amavit de principibus Augustum, Vespasianum, Titum, Traianum Pium, Marcum, reliquos

NIGER

243

foemineos uel uenenatos uocans, Maxime tamen in historijs Marium, & Camillum. Q. Martium Coriolanum dilexit. Interrogatus autem quid de Scipionibus sentiret, dixisse fertur, felices illos fuisse magis quam fortes, idque probare domesticam uitam, & iuuentutem, quam in utroque minus speciosam domi fuisse apud omnes constat, quod si rerum potitus fuisset, omnia correcturus fuerat, quae Seuerus uel non potuit emendare, uel noluit. Et quidem sine crudelitate, immo etiam cum lenitate, sed militari non remissa, & inepta, atque ridicula. Domus eius hodie Romae uisitur in campo Iouis, quae appellatur Pescenniani, in qua simulacrum eius in trichoro constituit, statim post annum ex thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum a rege Thebaeorum acceperat. Extat etiam epigramma graecum, quod latine hanc habet sententiam.

- Terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens,
- Thebaidos scius aurea saecula uolens,
- Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.
- Hic Antoninis carus, & imperio.
- Nigrum nomen habet, nigrum formauimus ipsi,
- Ut consentiret forma metallo tibi.

Quos quidem uersus Seuerus eradi noluit, cum hoc ei & praefecti suggererent, & officiorum magistri. ad densi talis fuit, sciant omnes qualem uicerimus. Si talis non fuit, putent omnes nos talem uicisse, immo sic sit, quia fuit talis. Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam, qui quasi socius huius habetur, quod & pariter contra Seuerum rebellauerunt, & ab eodem

uidēti, atq; occisi sunt, de quo ipso neq; satis clara ex-  
tant, quia eadem fortuna illius fuit, quæ Pescennij, et  
si uita satis dispar.

IULII CAPITOLINI CLODII  
VS ALBINVS.

No, eodemq; tempore post Perinacē,  
qui auctore Albino interemptus est,  
Iulianus à senatu Romæ, Septimus Se-  
uerus ab exercitu in Syria, Pescennius  
Niger in oriente, Clodius Albinus in  
Gallia imperatores appellati sunt. Et Clodium qui-  
dem Herodianus dicit Seuerum Cæsarem fuisse. Sed cū  
alterum indignaretur imperare, nec Galli ferre possent,  
aut Germanici exercitus, quod et ipsi suū spe-  
cialem principem haberent, undiq; cuncta turbata  
sunt. Fuit autem Clodius Albinus familia nobili A-  
drumentinus tamen ex Africa. Quare sortem illam,  
qua Seuerum laudatum in Pescennij uita diximus,  
ad se trahere nolens intelligi pessimus Albinus, qd  
eodem uersu continebatur, quo et Seueri laus, et ap-  
probatio Nigri Pescennij. Sed prius quàm uel de ui-  
ta eius, uel de morte dixero, et hoc dicendum est, qd  
eum nobilem fecit. Nam ad hunc eundem quondam  
Commodus, cum eū successorem Albino daret, litte-  
ras, dederat, quibus iusserat, ut Cæsar esset. exemplū  
indidi. Imperator Commodus Clodio Albino. Alias  
ad te publice de successore, atq; honore tuo misi, sed  
hanc familiarem et domesticā oēm (ut uides) manū

mea scriptam epistolā dirigo, qua tibi do facultatem,  
ut si necessitas fuerit, ad milites prodeas, et tibi cæsa-  
reum nomen assumes. Audio enim et Septimum,  
et Seuerum, et Nonium Murcum male de me apud  
milites loqui, ut sibi parent stationis Augustæ procura-  
tionem. Habebis præterea, cum id feceris, dandi sti-  
pendij usq; ad tres aureos liberam potestatem, quin-  
et sup hoc ad procuratores meos litteras misi, quas  
ipse signatas excipies signo Amazonia, et cū opus  
fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant, cum de  
erario uolueris imperare. Sanè ut tibi insigne aliqd  
imperialis maiestatis accedat, habebis utendi cocci-  
nei pallij facultatem me p'sente, et ad me. Et cum me  
cum fueris habiturus et purpureā, et sine auro, qd  
ita et procius meus Verus, qd puer uita functus est,  
ab Adriano, qd eū adoptauit, accepit. His litteris acce-  
ptis à Nonio facere id, qd iubebat, noluit timens odio-  
sum Commodū propter mores suos, quibus Remp. pdide-  
rat, et ipse dedecorauerat, quancunq; feriendū, ne pari-  
ter occideretur. Extat deniq; illius concio, qd, cū acce-  
pit impiū, et qdē Seueri, ut qdā uoluit, aū Firmatū,  
huius rei memoriā facit, cuius hoc exemplum est. Inui-  
tū me cōmilitones ductū ad imperiū et illud probat,  
qd Commodum donantem me Cæsareano noīe ptem-  
psi, sed et uesiræ uoluntati, et Seueri Augusti paren-  
dū est. Quia credo sub hoīe optimo, et uiro forti posse  
bene Rēp. regi. nec negari pōt. Marius Maximus di-  
cit hūc animū Seueri primū fuisse, ut si qd ei contin-  
geret. Pescenniū Nigrum, et Clodium Albinum si-  
bi substitueret. Sed postea et filiis iam masculis suis



CLODIVS

dens, & Albinum amari inuidens, sententiam mutasse, atq; illos utrosq; bello oppressisse maxime precibus uxoris adductum. Deniq; Severus eum COS. designavit, quod utiq; nisi de optimo viro non fecisset homo in legendis magistratibus diligens. sed ut ad eum redeam, fuit (ut dixi) Albinus Adrumentinus oriundus, sed nobilis apud suos, & originem à Romanis familijstrahens Posthumiorum. s. & Albinorū Ceioniorū, Quae familia hodie quoq; Constantine Maxime nobilissima est, & per te aucta, & augenda, quae per Galienum, & Gordianos plurimum crevit. Hic tñ natus lare modico, patrimonio pertenui, Parentibus sanctis, patre Ceionio Posthumio matre Aurelia Messalina primus suis parentibus fuit, cum exceptus uterq; quod contra cōsuetudinem puerorum, qui nascuntur, & solent rubere, esset candidissimus, Albinus est dictus. Quod verum esse patris epistola ad Aelium Bassianū tunc proconsulem Africae data designat affinem, quantum videtur, eorū ipsorum. Epistola Ceionii posthumi ad Aeliū Bassianū Filius mihi natus ē VII Calen. Decembres, ita candidus statim toto corpore, ut linteamen, quo exceptus est, uinceret. Quare susceptum eum Albinorū familiae, quae mihi tecum cōmunis est, dedi Albinum nomine imposito. Fac ut Remp. & te, & nos, ut facis, diligas. Hic ergo oēm pueritiā in Africa transegit eruditus litteris graecis, ac latinis mediocriter, qđ esset animi iam militaris, & supbi. Fertur in scholis saepissime cantasse inter puerulos.

- Arma amens capio, nec sat rationis in armis
- Repetens

ALBINVS

245

- Arma amens capio.

Huic multa imperij signa, cum esset natus, facta dicuntur. Nam & bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est, quod mirandum fuit, quae tamen cornua in templo Apollinis Baiani ab eodem posita iam tribuno diu fuisse dicuntur, quod cum illis sortem de fato suo tolleret, his uersibus eidem dicitur esse responsum.

- Hic rem Romanam magno turbante tumultu
- Sistet eques, sternet Pœnos, gallumq; rebellem.

Et in Gallia qđem eum multas gentes domuisse constat. Ipse aut suspicabatur de Severo sibi praedictum, sternet Pœnos, qđ Septimius Afer esset. Fuit & aliud signū futuri imperij. Nam cū Caesariana familia hoc speciale habuerit, ut paruuli domus eius in testudinibus alueis lauarentur, nato infantulo testudo ingēs patri eius munere piscatoris allata ē, quod ille homo litteratus omen accipiens & testudinem libenter accepit, & eam curari iussit, atq; infantulo ad excaudationes pueriles dicari, nobilitandū ēt hunc sperans. Cui rarū esset Aqlas in his locis uideri, in quibus natus est Albinus, septima eius diei hora conuiuio, qđ celebritati pueri deputabatur, cum ei fierent noīa, septem Aqlae paruulae de nidis allatae sunt, & quasi ad iocum circa cunas pueri cōstitutae, nec hoc omen pater abnuuit, qui iussit Aquilas ali, & diligenter curari. Accessit omen, quod cum pueri eius familiae russulis fasciis illigarentur, qđ forte lotae atq; uide eēt russulae fasciulae, quas mater pugnans parauerat, purpurea matris illigatus ē fascia. Vnde illi ioco nutricis

CLODIVS

etiam Porphyrii nomen inditum est. Hæc atq; alia si-  
 gna imperij futuri fuere. Quæ quæ uolet nosse, Ælium  
 Cordum legat, q; frivola super huiusmodi omnibus  
 cuncta psequitur. Adolefcens igitur statim se ad militi-  
 am cõtulit, atq; Antoninis per Lolium Serenum, &  
 Bebiũ Metianum, & Ceionium Posthumiã suos  
 affines innotuit, Egit tribunus eqtes dalmatas, egit  
 & legionem quartanorũ, & primanorum, bithyni-  
 cos exercitus eo tpe, quo Auidius rebellabat, fideliter  
 tenuit. Deinde p Cõmodum ad Galliam translatus,  
 in qua fuis Phrysijs transhenanis, celebre nomen su-  
 um & apud Romanos, et apud Barbaros fecit. Qui-  
 bus rebus accensus Cõmodus Cæsarianum ei nomen  
 obtulit, & dandi stipendij facultatem, & pallij cocci-  
 ni utendi. Quibus omnibus ille prudenter abstinuit,  
 dicens Cõmodum querere, q; aut cum eo pient, aut  
 quos cũ cã ipse posset occidere. Quæstura gratia illi  
 facta est, qua pcessa, ædilis nõ amplius q; decem die-  
 bus fuit, qd ad exercitum festinanter mitteretur. Dein-  
 de præturam egit sub Cõmodo famosissimam. Nam  
 eiusdẽ ludis Cõmodus & in foro, & in theatro pug-  
 nas exhibuisse phibetur COS. à Seuerõ declaratus  
 est eo tpe, quo Albinum sibi cũ Pescennio parauerat  
 subrogare ad imperium uenit. natu iam grandior, et  
 maior Pescennio Nigro, ut Seuerus ipse in uita sua te-  
 statur. Sed uicõ Pescennio, cum & filijs suis imperi-  
 um seruare cuperet, & uoluntatem senatus maiorẽ  
 circa Clodiũ Albinum uideret, qd eẽt uir antiquæ fa-  
 milia, litteras ad eum p quosdam summi honoris, ac  
 summæ affectionis misit, qbus hortabatur, ut qm occi-

ALBINVS

246

sus esset Pescennius Niger, ipse cum eo fideliter Rẽp.  
 regeret. Quarum exemplum hoc esse Cordus ostendit.  
 Imperator Seuerus Augustus Clodio Albino Cæ-  
 sari fratri amantissimo, & desyderantissimo salutẽ.  
 Victo Pescennio, litteras Romam dedimus, quas ser-  
 natus tui amantissimus libenter accepit. Te quæso, ut  
 eo animo Remp. regas, quo dilectus es frater animẽ  
 mei, frater imperij. Bassianus & Geta te salutant. Iu-  
 lia nostra & te, & sororem salutat. Infantulo tuo Pe-  
 scennio Prineo nuuera digna suo loco, tuoq; mitte-  
 mus. Tu uelim exercitus Reipũ. ac nobis retentes mĩ  
 unanime, mi carissime, mi amantissime. Et has qdẽ  
 litteras missis stipatoribus fidelissimis dedit, quibus  
 præcepit, ut epistolam publice darent, postea uero di-  
 cerent, se uelle pleraq; occulte suggerere, quæ ad res  
 bellicas pertinerent, & ad secreta castrorum, atque  
 aulicam fidem. Vbi uero in secretum uenissent, quasi  
 mandata dicturi quinq; ualidissimi eum interimeret  
 gladiolis infra uestem latentibus. Nec illorum qui-  
 dem fides defuit. Nam cum ad Albinum uenissent,  
 & epistolam dedissent, qua lecta, cum dicerent quæ-  
 dam secretis suggerenda, & locum semotum ab om-  
 nibus arbitris postularent, & cum omnino neminẽ  
 paterentur ad porticum longissimam cũ Albino pro-  
 gredi, ea spẽ ne mãdata proderẽtur, Albinus intellexit  
 insidias. Deniq; indulgẽs suspicionibus eos tormẽ-  
 tis dedit. Qui diu primo pnegarũt, sed postea uicõ ne-  
 cessitate pcessi sunt ea, quæ Seuerus iisdẽ pcepit. Tũc  
 iã proditis rebus, & aptis insidijs, ea, q; suspicabatur  
 Albinus, clara esse intelligens exercitu ingenti colle-

CLODIUS

esto, contra Seuerum, atq; eius duces uenit, et primo quidem conflictu habito, contra duces Seueri potior fuit. Post aut Seuerus ipse, cum id egisset apud senatū ut hostis iudicaretur Albinus, contra eum profectus acerrime, fortissimeq; pugnavit in Gallia non sine uarietate fortunæ. Deniq; cum sollicitus augures consulere, responsum illi est, ut dicit Marius Maximus, uenturum quidem in potestate eius Albinum, sed nō uiuum nec mortuum, quod & factum est. Nam cū ultimum prælium commissum esset, innumeris suorum cæsis, plurimis fugatis, multis etiam deditis Albinus fugit, & ut multi dicunt, se ipse percussit, ut, alij à seruo percussus semiuiuus ad Seuerum deductus ē. Unde confirmatum est augurium, quod fuerat ante prædictum. Multi præterea dicunt à militibus, cuius necesse à Seuero gratiam requirebant. Fuit Albinus unus (ut aliqui dicunt) filius. Maximus dicit duo. Quibus primum ueniam dedit. Postea uero eos cum matre percussit, & in profluentem abiici iussit. Caput eius excisum pilo circumtulit. Romanq; misit litteris ad senatum datis, quibus insultabat, quod Albinum tanto pere dilexissent, ut eius affines, & fratrem præcipue ingenti honore cumularent. Iacuisse ante prætorium Seueri Albini corpus p̄ dies plurimos dicitur usq; ad scetore, laniatumq; à canibus in profluentem abiectū esse. De moribus eius uaria dicuntur. Et Seuerus quod ipse hæc de eodem loquitur, ut eū dicat turpē, malitiosum, improbum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. Sed hæc belli tempore uel post bellum, qñ ei iā uelut de hoste credi nō poterat. Cū & ipse ad eum

ALBINUS

247

quasi ad amicissimum frequentes miserit litteras, & multi de Albino bene senserint, & Seuerus ipse Cæsarem suum eundem appellari uoluerit. Et cū de successore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos. Extant præterea Marci epistolæ de hoc eodē, quæ testimoniū & uirtutum eius ferant, & morū, quarū unam inserere ad præfectos datam sup̄ eius nomine absurdū nō fuit. M. Aurelius Antoninus præfectis suis salutem. Albino ex familia Ceioniorū Afro quodens homini, sed nō multa ex Afris habenti, Plautini genero duas cohortes alares regendas dedi. Est homo exercitatus, uita tristis, grauis moribus, puto eum rebus castrensibus profuturum, certe obfuturum nō eē satis noui. Huic salarium duplex decreui ueste militarē simplicem, sed loci sui stipendium quadruplum. Hūc uos adhortamini, ut se Reip. ostendet habiturus præmiū, qđ merebitur. Est & alia epistola, qua idē M. Auidij Cassij temporibus de hoc eodem scripsit, cuius exemplum hoc est. Laudanda est Albini cōstantia, qui grauiter deficientes exercitus tenuit, cum ad Auidium Cassiū confugerent. Et nisi hic fuisset, oēs defecissent. Habemus igitur uirū dignum consulatu, quem sufficiam in locū Cassij Papirij, qđ mihi ex animis propē iam nūtiatus est. Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipsum Papiriū, aut ad eius affectus perueniat. Nosq; uideamur in locum uiuentis COS. subrogasse. Et istæ igitur epistolæ testantur Albinum uirū utilem fuisse. Indicat & illud præcipue, qđ ad eas ciuitates instaurandas, quas Niger attriuerat, pecuniā misit, quo facilius sibi earū accolæ cōci-



liaret. Gulosum eum Cordus, qui talia persequitur, in suis voluminibus fuisse dicit. Et ita quidem, ut priorum tantum hauserit, quantum ratio humana non patitur. Nam et quingentas ficus passarias, quas graeci callistrucias uocant, ieiunium comedisse dicit, et centum persica campana, et melones hostienses decem, et uuarum laucanarum pondus uiginti, et ficodulas centum, et ostrea quadringenta. Vini sane parcum fuisse dicit, quod Seuerus negat, qui eum asserit ebrium etiam in bello fuisse, cum suis etiam nunquam cenauit, uel propter uinolentiam, ut dicit Seuerus, uel propter morum acrimoniam, uxori odiosissimus fuit, seruis iniustus, atrox circa militem. Nam saepe et ordinarios centuriones, ubi causae qualitas non postulat, in crucem sustulit. Verberauit certe uirgis saepissime, neque unquam delictis pepercit. In uestitu nitidissimus fuit, in conuiuio sordidissimus, et soli studens copia, mulierarius inter primos amatores aduersae ueneris semper ignarus, et talium persecutor. Agricola lendi pitissimus ita ut etiam georgica describeret. Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quae fama non ignobilis habetur, quae mediocriter scriptae sint. A senatu tantum amatus est, quantum nemo principum in odium speciatim Seueri, quem uehementer ob crudelitatem oderant senatores. Denique uicto eo, plurimi senatores a Seuero interfecti sunt, qui eius partium uel uere fuerant, uel esse uidebantur. Denique cum apud Lugdunum eundem interfecisset, statim litteras inquit iussit, ita ut inueniret, uel ad quos ipse scripsisset, uel qui ad eum rescripsissent, omnesque illos, quorum epistolas reperit, hostes

iudicari a senatu fecit, nec his pepercit, sed et ipsos interemit, et bona eorum proposuit, atque in aerarium publicum retulit. Extat epistola Seueri, quae ostendit animum suum missa ad senatum, cuius hoc exemplum est. Nihil mihi gratius potest euenire P. C. quam ut uestrum iudicium Albinus haberet potius quam Seuerus. Ego frumenta Reip. detuli, ego multa bella pro rep. gessi, ego populo Romano tantum olei detuli, quantum rerum natura uix habuit. Ego interfecto Pescennio Nigro, uos a malis tyrannicis liberaui. Magnam sane mihi reddidistis uicem, magnam gratiam, unum ex Afris et quidem Adrumentinis fingentem, quod de Ceioniorum stemmate sanguinem duceret, usque adeo extulistis, ut eum principem habere uelitis me principe, saluis liberis meis. defuit ne quae so tanto senatu, quem amare deberetis, qui uos amaret? huius fratrem honoribus extulistis, ab hoc consulatus, ab hoc praeturas, ab hoc speratis, cuius uis magistratus insignia. non eam gratiam mihi redditis, quam maiores uestri contra Pisonianam factionem, quam item pro Traiano, quam nuper contra Auidium Cassium praestiterunt, factum illum et ad omnia mendaciorum genera paratum, qui nobilitatem quoque mentitus est, mihi praeposuitis quinetiam audiendus in senatu fuit Statilius Consulenus, qui honores Albino, et eius fratri decernendos ducebat, cui hoc superfuit, ut de me ille decerneret homo nobilis ad triumphum, maior fuit dolor, quod illum pro litterato laudandum plerique duxistis, cum ille nanius quibusdam anilibus occupatus inter milesias punicas Apuleij sui, et ludicra litteraria consenseret.

CLODIUS

Hinc apparet quanta seueritate factionem uel Pescē-  
 nianam, uel Clodianam uindicauerit. Quae quidem  
 omnia in uita eius posita sunt. Quae qui diligētius scī-  
 re uelit, legat Mariū Maximum de latinis scriptori-  
 bus, de græcis Herodianum, qui ad fidem pleraque  
 dixerunt. Fuit statura procerus, capillo renodi & cri-  
 spo, fronte lata, candore mirabili, & ut pleriq; pu-  
 tant, ex eo nomen accepit, uoce muliebriet propē ad  
 eunuchorum sonum, motu facili, iracundia graui, fu-  
 rore tristissimo, in luxuria uariis. Nam sæpe appetēs  
 uini, frequenter abstinens. Armorum strenuus pror-  
 sus, ut non male sui temporis Catilina diceretur. Nō  
 ab re esse credimus causas ostendere, quibus amorem  
 senatus Clodius Albinus meruerit. Cum Britannicos  
 exercitus regeret iussu Commodi, atq; illum interem-  
 ptum adhuc falso comperisset, cum sibi ab ipso Com-  
 modo Caesarianum nomen eēt delatum, processit ad mi-  
 lites & hac concione usus est. Si senatus P. C. suum il-  
 lud uetus haberet imperium, nec in unius potestate  
 res tanta consisteret, nō ad Vitellicos, neq; ad Nerōes,  
 neq; ad Domitianos publica fata uenissent. in impio  
 consulari nostrae ille gentes Ceioniorum, Albinorū,  
 Posthumiorum, de quibus patres uestri, qui & ipsi  
 ab auis suis audierant, multa didicerunt, & certe  
 Africam Romano imperio senatus adiūxit. Galliam  
 senatus subegit, & Hispanias. orientalibus populis  
 senatus dedit leges, Parthos tentauit senatus, & sub-  
 egisset, nisi tam auarum principem Romano exerci-  
 tui fortuna Reip. tunc dedisset. Britannias Caesur sub-  
 egit certe senator non diu tamen dictator. Hic ipse  
 Commodus

ALBINUS

249

Commodus quanto melior fuisset, si timuisset senatū.  
 Et usq; ad Neronem quidem senatus auctoritas ualuit,  
 it, qui sordidum, & impurum principem damnare  
 non timuit, cum sententiae in eū dictae sunt, qui uita,  
 necisq; potestatem, atq; imperium tunc tenebat. Quae  
 re commilitones ego Caesarem nomen, qd̄ mihi Com-  
 modus detulit, nolo dii faxint, ut ne alij quidem uer-  
 lint. Senatus impet, prouincias diuidat, senatus nos  
 consules faciat, & quod dico senatus, uos ipsi senator  
 res & patres uestri etiam eritis. Haec concio uiuo ad-  
 huc Commodō, Romam delata est, quae Commodū  
 in Albinum exasperauit, statimq; successorem misit  
 Iunium Seuerum unum ex contubernalis suis. Se-  
 natui autem tantum placuit, ut iniris acclamationi-  
 bus absentem eum ornaret, & uiuo Commodō &  
 deinceps interempto, ita ut nonnulli etiam Pertinaci  
 authores fuerint, ut eum sibi sociū adsciceret, apud  
 Iulianum de occidendo Pertinace ipsius plurimum  
 auctoritas ualuerit. Ut autem hoc uerum intelligen-  
 tur, epistolam Commodi ad praes. praet. suos datam  
 inserui, qua de occidendo Iuliano significauit suam  
 mentem. Aurelius Commodus Seuerus praefectis salu-  
 tem. Audisse uos credo primum fictum esse, qd̄ ego  
 in meorum consilio interfectus eēm, deinde concionē  
 Clodij Albini apud milites meos habitā, qui se mult-  
 tum senatui commendat, idq; quantum uidemus non  
 frustra. Nam qui principem unum in Remp. negat  
 esse debere, quiq; asserit a senatu oportere totam Rem-  
 pu. regi, is per senatum sibi petit imperium. Cauete  
 igitur diligētissime, iam enim hominem scitis uobis

militibus, populoq; uitandum. Has litteras cū Pertinax inuenisset, in Albini odiū publicauit. Quare Albinus occidendi Pertinacis Iuliano author fuit.

ANTONINVS GETA EIVS/  
DEM SPARTIANI.

ficio Constantine Auguste et multos,  
& clementiam tuam quaestionem  
mouere posse, cur etiam Geta Antoninus à me tradatur. De cuius prius  
q̄ uel uita uel nece dicam, differā, cur  
ipsi Antonini à se uero patre sit nomen appositum.  
Neq; enim multa in eius uita dici possunt, qui prius  
rebus humanis exēptus est q̄ cum fratre teneret imperium. Septimius Seuerus quodam tempore, cū consulisset, ac petisset, ut sibi indicaretur, quo esset successore moriturus, in somnis uidit Antoninum sibi successurum. Quare statim ad milites processit & Bassianum filium maiorem natū M. Aurelium Antoninum appellauit. Quod cum fecisset, & paterna cogitatione, uel (ut quidam dicunt) à Iulia uxore commotus, quæ gnara erat somnij, quod minori filio hoc facto, ipse interclusisset aditum imperandi, etiam Geta tam minorem filium Antoninum uocari iussit. Itaq; semper ab eo in epistolis familiaribus dictus est Antoninus. cum si forte abesset, scriberet. Salute Antoninos filios & successores meos. Sed nihil ualuit patris matris ue cautio. Nam solus ille successit, qui primus Antonini nomen accepit. Et hæc de Antonini nomio

ne. Geta autem dictus est uel à patris nomine uel à uita patris, de cuius uita, & moribus in uita Seueri Marci Maximus primo septenario satis copiose retulit. Fuit aut Antoninus Geta et ob hoc ita dictus, qd in animo habuit Seuerus, ut oēs deiceps principes, quē admodū Augusti, ita et Antonini dicerentur. Atque amore Marci, quē fuisse uel fratrem suū dicebat, & cuius philosophiā, litterarūq; institutionē semper imitatus est. Dicunt aliqui non in Marci honorē tm Antonini nomini delatū, cū id Marcus adoptiuus habuerit, sed in eius, qui Pius cognominatus. Adriani. s. successoris, & qdem ob hoc, qd Seuerus ille ad fisci aduocationem delegerat ex formula forensi, cū ad tantos processus ei patuisset dati ab Antonino primi gradus uel honoris auspiciū, simul qd nemo ei uideretur felicior impator ad commodandū nomen eo principe, cuius propriū nomen iā per quatuor principes cucurrisset. De hoc eodē Seuerus gnarus genitura illius, cuius ut pleriq; Afrorum peritissimus fuit, dixisse fertur.

- Mirum mihi uidetur Iuuenalis amantissime Geta noster diuus futurus, cuius nihil imperiale in genitura uideo. Erat. n. Iuuenalis præf. eius prætorij, nec eum fefellit. Nam Bassianus, cum eum occidisset, ac ueretur tyrānicam ex paricidio notam, audiretq; posse mitigari facinus, si diuū fratrem appellaret, dixisse fertur, sit diuus, dum non sit uiuus. Deniq; eum inter diuos retulit, atq; ideo utranq; redit fama in gratiam paricida. Natus est Geta Seuero & Vitellio COSS. Mediolani, & si aliter alij prodiderunt. VI. Carlen. Iunias ex Iulia, quam iccirco Seuerus uxorem



duxerat, quod eam in genitura habere compererat, ut regis uxor esset. Isq; priuatus, sed iā optimi in Re pu. loci. Statim ut natus est, nuntiatum est ouum gal linam in aula peperisse purpureum. Quod cū allat tum. Bassianus frater eius accepisset, & quasi puu lus applosum ad terram fregisset, Iulia dixisse fertur Ioco, Maledicte paricida fratrem tuum occidisti. Idē q; ioco dictum. Seuerus alius q̄ quisquam presentiu accepit. A circumstantibus autem postea uelut diuini tus effusum approbatum est. Fuit etiam aliud omen. Nam cum in uilla cuiusdam Antonini plebei homi nis agnus natus esset, qui uellus in fronte purpureum haberet, eadem die atq; hora, qua Geta natus est, au disse q; ille ab aruspice, post Seuerum Antoninū im peraturum, ac de se ille auguraretur, sed tamen tale fati timeret iudicium, ferro eum adegit, quod et ipm signum fuit, Getam ab Antonino interimendum, ut postea satis claruit. Fuit etiam aliud omen in gens po stea, ut exitus docuit huius facinoris, qd̄ euenit. Nam cum infantis Getae natalem Seuerus cōmendare uel let, hostiam popa nomine Antoninus percussit, quod tunc nec quæsitum, nec animaduersum, post uero in tellectum est. Fuit adolescens decorus, moribus asper, sed non impijs. A natura decorus, tractator, gulosus, cupidus cibor, & uini uarie conditi. Huius illud pue ri fertur insigne, quod cum uellet partium diuersarū uiros Seuerus occidere, & inter suos diceret, hostes uobis eripio, consentiretq; adeo usq; Bassianus, ut eo rum etiam liberos si sibi consuleret, diceret occiden dos, Geta interrogasse fertur, quātus esset interficiens

dorum numerus, cumq; dixisset pater, ille interroga uit, isti habent parentes, habent propinquos, cum re sponsum esset habere complures, plures ergo in ciuita te tristes erūt q̄ læti, quod uicimus. Et obtinisset eius sententia, nisi Plautianus præfectus, uel Iuuenalis in stitissent spe proscriptiōum, ex quibus ditati sunt. His accedebat Bassiani fratris nimia crudelitas, qui cum contenderet, & diceret quasi ioco, quasi serio omnes cum liberis occidendos partium diuersarum, Geta ei dixisse dicitur. Tu qui nulli parcis, potes etiam fra trem occidere. Quod dictum eius tunc nihil, post ue ro pro præfagio fuit. Fuit in litteris assequendis et te nax, ueterum scriptorū, paternarum ēt sententiæ me mor, fratri semper inuisus, matri amabilior, q̄ frater, subbalbe tamen canorus. Vestitus nitidi cupidissimus ita, ut patri doleret, siquid accepit à presentibus, ad suum conuulit cultum, neq; quicquam cui piā dedit. Post Parthicum bellum cum ingenti gloria floreret Bassiano particeps impij appellato, Geta quoq; Cæsa ris, & Antonini, ut quidam dicunt, nomen accepit. Familiare illi fuit has q̄stiones grāmaticis proponere, ut dicerēt singula animalia quo modo uocē emit terent, uelut agni balant, porcelli grunniunt, palū bes minarriunt, ursi sæuiunt, leones rugiunt, leopar di rictant, elephantū barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudūt, tauri nugunt, easq; de ueteri bus approbare. Sereni Sāmonici libros familiarissi mos habuit, quos ille ad Antoninū scripsit. Habebat etiam istā cosuetudinē, ut conuiuia, & maxime præ dia per singulas litteras iuberet sciētibus seruis, uelut

ANTONINVS

in quo erat anser, aper, anas. Item pullus, perdix, pa-  
uus, porcellus, piscis, perna. Et quae in eam litteram  
genera edulium caderent. Et item fasianus, farrata,  
ficus, et talia, quare comis etiam habebatur in ado-  
lescentia. Occiso eo, pars militum, quae incorrupta erat,  
parricidium a gerrime accepit dicentibus cunctis duo-  
bus se liberis fide promississe, duobus seruare debere.  
Clausisque portis diu non est imperator admissus. De-  
niq; nisi querelis de Geta editis, et animis militum  
delinitis enormibus etiam stipendijs datis Romam Bas-  
sianus redire non potuit. Post haec deniq; et Papinia-  
nus et multi alij interempti sunt, qui uel concordiae  
fauerant, uel qui partium Getae fuerant, ita ut utrius-  
que ordinis uiri et in balneo coenantes, et in publico  
percuterentur, Papinianus ipse securi percussus sit im-  
probante Bassiano, quod non gladio res peracta sit.  
Ventum deniq; est usque ad seditionem urbanicianorum  
militum, quos quidem non leui auctoritate Bassianus  
compressit tribuno eorum, ut alij dicunt, interfecto,  
ut alij, relegato. Ipse autem tamen timuit, ut lorica subla-  
to clauo etiam curiam sit ingressus, atque ita rationem  
facti sui, et necis geticae reddiderit. Quo quidem tem-  
pore Aelius Pertinax filius Pertinacis, qui postea est  
ab eodem Bassiano interemptus, recitanti faustum pro-  
torij, et dicenti, Sarmaticus Maximus, et Parthi-  
cus Maximus dixisse dicitur, adde et Geticus Maxi-  
mus quasi Gotthicus, quod dictum alius in pectus  
Bassiani descendit, ut postea nece Pertinacis est ap-  
probatum nec solum Pertinacis, sed et aliorum, ut su-  
pra dictum est, passim et inique. Aelium autem etiam

GETA

257

suspectum habuit affectatae tyrannidis, quod esset in  
amore omnium et filius Pertinacis impatoris, quae  
res nulli facile privato satis tuta est. Funus Getae accu-  
ratus fuisse dicitur, quam eius, qui fratre uideretur occisus  
Illatusque est maiore sepulchro hoc est Seueri, quod est  
in Appia uia euntibus ad portam dextram specie se-  
ptuaginta extructum, quod sibi ille uiuus ornauerat.  
Occidere uoluit et matrem Getae nouercam suam,  
quod fratrem lugeret, et mulieres, quas post reditum  
de curia flentes reperit. Fuit praeterea eius immanita-  
tis Antoninus, ut his praecipue blandiretur, quos ad  
necem destinabat, ut eius magis blandimentum time-  
retur, quam iracundia. Mirum sane omnibus uide-  
batur, quod mortem Getae toties ipse etiam fleret, quo-  
ties nominis eius mentio fieret, quoties imago uideretur,  
aut statua. Varietas autem tanta fuit Antonini  
Bassiani, immo tanta sitis caedis, ut modo fautores Ge-  
tae, modo inimicos occideret, quos fors obtulisset, quo  
facto magis Geta desiderabatur.

EIVSDEM TRIGINTA  
TYRANNI.

Scriptis iam pluribus libris non histori-  
co, nec diserto, sed pedestri alloquio, ad  
eam temporum uenimus serie, in qua per  
annos, quibus Galienus, et Valerianus Re-  
pu. tenuerunt, triginta tyranni occupato Valeriano, ma-  
gnis belli psui necessitatibus extiterunt. Cum Galienum  
non solum uiri, sed etiam mulieres contemptui haberent,

ut suis locis probabitur. Sed quoniam tanta obscuritas eorum hominum fuit, qui ex diuersis orbis partibus ad imperium conuolabant, ut non multa de his uel dici possint à doctioribus, uel requiri, deinde ab omnibus historicis, quae graece ac latine scripserunt, ita nonnulli pretereantur, ut eorum nomina frequentantur. Postremo cum tam uarie à plerisque superbis nonnulla sint prodita, in unum eos libellum contuli equidem breuem, maxime cum uel in Valeriani, uel in Galieni uita plerisque de his dicta, nec repetenda tamen satis constat.

#### CYRIADES PRIMVS.

**h**ic patrem Cyriadem fugiens diues, & nobilis cum luxuria sua, & moribus perditis sanctum senem grauaret, direpta magna parte auri argenti etiam infinito potestere Persas petit, atque inde Saporis regi coniunctus, atque sociatus cum hortator belli Romanis inferendississet, Odenatum primum, deinde Sapore ad Romanum scilicet traxit. Antiochia etiam capta, & Caesarea, Caesareanum nomen accepit. Atque inde uocatus Augustus cum omnem orientem uel uirum audacia, uel terrore quateret, patrem uero interemisset (quod alij historici negant factum) ipse per insidias suorum, cum Valerianus iam ad bellum persicum ueniret, occisus est. Neque plus de hoc historiae quicquam mandatum est, quod dignum memoria esse uideatur. Quem clarum perfugium et paricidium, & aspera tyrannis, & summa luxuries litteris dederunt.

#### POSTHVMVS SECVNDVS.

**h**ic uir in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni uita grauis, usque adeo ut Saloninum filium suum eidem Galienus in Gallia positum crederet, quasi custodi uita, & morum, & actuum imperialium institutori. Sed quantum plerisque asserunt, quod eius non conuenit moribus, postea fidem fregit, & occiso Salonino, sumpsit imperium. Ut autem uerius plerisque tradiderunt, cum Galli uehementissime Galienum odissent, puerum autem apud se imperare ferre non possent, eum, qui commissum regebat imperium, imperatorem appellarunt, missisque militibus adolescentem interfecerunt. Quo interfecto, ab omni exercitu, & ab omnibus Gallis Posthumus gratanter acceptus, tale se praebuit per annos septem, ut Gallias instaurauerit. Cum Galienus luxuriae & popinis uacaret, et amore barbarae mulieris consensesceret. Gestum est tamen à Galieno contra hunc bellum, tunc cum sagitta Galienus est uulneratus. Siquidem nimius amor erga Posthumum omnium erat in Gallicanorum gente populorum, quod submotis omnibus germanicis gentibus Romanum in pristinam securitatem reuocasset imperium. Sed cum se grauissime regeret more illo, quo Galli nouarum rerum semper sunt cupidi, Lolliano agente interemptus est. Siquis sanè Posthumi meritum requirit, iudicium de eo Valeriani ex hac epistola, quam ille ad Gallos misit, intelliget. Transrhenani limitis ducem, & Galliae praesidem Posthumum fecimus uirum



- dignissimum seueritate Gallorum. presentē quo non
- miles in castris, non iura in foro, non in tribunali
- bus lites, non in curia dignitas pereat. Qui uniuersaq;
- proprium, & suum seruet. Virum quem ego præ cæ
- teris stupeo, & qui locum principis mereatur iure,
- de quo spero quod mihi gratias agetis, quod si me fe-
- fellerit opinio, quam de illo habeo, sciatis nusquam
- gentium reperiri, qui possit penitus approbari. Huius
- ius filio Posthumo nomine tribunatum Vocontiorum
- dedi adoleſcēti, q̄ se dignum patris moribus reddet.

### POSTHVMVS IVNIOR TERTIVS.

*d* E hoc propè nihil est, quod dicatur, nisi quod à patre appellatus Cæsar, ac deinceps in eius honore Augustus cum patre dicitur interemptus. Cum Lollianus in locum Posthumi subrogatus delatum sibi à Gallis sumpsisset imperium. Fuit autem, quod solum memoratu dignū est, ita in declinationibus disertus, ut eius controuersia Quintiliano dicantur inserta, quem declamatorem Romani generis acutissimum unius capituli lectio prima statim fronte demonstrat.

### LOLLIANVS QVARTVS.

*c* Vius rebellione in Gallia Posthumus uir oīum fortissimus interēptus est. Cū iam nutante Galieni luxuria in ueterē statum Romanū reformasset imperium. Fuit q̄dem ēt fortissimus, sed rebellionis intuitu minorem apud Gallos authoritatem de suis uiribus tenuit. Interemptus autē est à Victorino Victorina, uel Victoria filio, quæ postea mater castrorū appellata est, & Augusta noīe affecta, cum ipsa p̄ se fugiens tantū ponderis molenti primum in Marium, deinde in Tetricū, atq; eius filium pulisset imperia. Et Lollianus q̄dem nō nihilū Reip. profuit. Nam plerasq; Gallie ciuitates nonnulla ēt castra Posthumus p̄ septem annos in solo barbarico ædificauerat, quæ interfecto Posthumo subita irruptione Germanorū, & direpta fuerant, & incensa, statum ueterem reformauit. Deinde à suis militibus, q̄ in labore nimius esset, occisus est. Ita Galieno p̄dēte Rēp. in Gallia primū Posthumus deinde Lollianus, Victorinus deinceps, Postremo Tetricus (Nā de Mario nihil dicimus) affectatores Romani noīs extiterunt, quos oēs datos diuinitus credo, ne cum illa pestis inaudita luxuria impediretur, malis possidēdi Romanum solū Germanis daretur facultas, q̄ si eo genere tunc euasissent, quo Gotthi, & Persæ p̄sentientibus in Romano solo gentibus uenerabile hoc Romani noīs finitum esset imperiū. Lolliani autē uita in multis obscura ē, ut et ipsius Posthūi, sed priuata uirtute clara, nō nobilitatis pōdere uixerūt.

## VICTORINVS QVINTVS.

**P**osthumus senior, cum uideret multis se Galieni uiribus peti, atq; auxilium non solum militum, uerum etiam alterius principis necessarium, Victorinum militaris industriae uirum in participatum uocauit imperij, & cum eodem contra Galienum confligit. Cumq; adhibitis in gentibus Germanorum auxilijs, diu bella traxissent, uicti sunt. Tunc interfecto etiam Lolliano solus uictorinus in imperio remansit, qui et ipse, quod matrimonijs militum, & militarium corrumpedis operam daret à quodam actuario, cuius uxorem stuprauerat, composita factione Agrippinae percussus uictorino filio Cesare à matre uictorina, siue uictoria, quæ mater castrorum dicta est, appellato, qui & ipse puerulus statim est interemptus, cum apud Agrippinam pater eius esset occisus. De hoc quod fortissimus fuerit, et præter libidinem optimus imperator à multis multa sunt dicta. Sed satis credimus Iulij Ateriani partem libri cuiusdam ponere, in quo de uictorino sic loquitur uictorino, qui Gallias post Iunium Posthumum rexit, neminem existimo præferendum. Non in uirtute Traianum, non Antoninum in clementia, non grauitate Neruam, non in gubernando ærario uespasianum, non in censura totius uitæ, ac seueritate militari Pertinacem, uel Seuerum. Sed omnia hæc libido, & cupiditas mulierariae uoluptatis sic pdidit, ut nemo audeat uirtutes eius in litteras mittere, quæ cõstat omnium iudicio meruisse

puniri. Ego cum id iudicij de uictorino scriptores habuerint, satis mihi uideor de eius dixisse moribus.

## VICTORINVS IUNIOR SEXTVS.

**A**d hoc nihil amplius in litteras est relatatum quàm quod nepos uictoriae uictorini filius fuit, & à patre, & ab auia sub eadem hora, qua uictorinus interemptus Cesar est nuncupatus, ac statim à militibus ita occisus. Extant deniq; sepulchra circa Agrippinam breui marmore impressa humilia, in quibus unus è inscriptus, hic duo uictorini tyranni siti sunt.

## MARIVS SEPTIMVS.

**M**arino, Lolliano, & Posthumo interemptis, Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tñ imperauit. De hoc quod amplius requiratur, ignoro, nisi quod eum insigniorem breuissimum fecit imperium. Nam ut COS. qui sex meridianis horis consulatum susceptum tenuit à M. Tullio tali aspersus est ioco. Consuleni habuimus tam seuerum, tamq; censorium, ut in eius magistratu nemo pranderit, nemo coenauerit, nemo dormierit. De hoc èt dici posse uidetur, quod una die factus est imperator, alia die uisus est imperare, tertia interemptus est. Et uir quidem strenuus, ac militaribus usq; ad imperium gradibus euectus est, quem pleriq; Ma

*murium, nonnulli Vecturium, opificem utpote ferrari-  
 rum, nuncuparunt. Sed de hoc nimis multa, de quo  
 illud addidisse satis est. Nullius manus uel ad feriendum,  
 uel ad impellendum fortiores fuisse, cum in digitis ner-  
 uos uideretur habuisse, non uenas. Nam et cerra uer-  
 nientia digito salutari repulisse dicitur, et fortissimos  
 quosque uno digito sic afflixisse, ut quasi ligni, uel ferri  
 obtusioris ictu percussi dolerent. Multa duorum digi-  
 torum allisione contriuit. Occisus est a quodam mili-  
 te, qui, cum eius quondam operarius in fabribili offi-  
 cina fuisset, contemptus est ab eodem, uel cum duxisset,  
 uel cum imperium cepisset. Addidisse haec uerba  
 dicitur interemptor, hic est gladius, quem ipse fecisti,  
 huius concio prima talis fuisse dicitur. Scio commilito-  
 nes posse mihi obijci artem pristinam, cuius mihi oes  
 testes estis. Sed dicat quisque quod uult. Utinam sem-  
 per ferrum exerceam. Non uino, non floribus, non mu-  
 lierulis, non popinis, ut facit Galienus, indignus pa-  
 tre suo, et sui generis nobilitate depereat. Ars mihi  
 obijciatur ferraria, dum me et exterarum gentes ferrum  
 attraxerit suis cladibus recognoscant in Italia. De-  
 niq; ut omnis Alemannia, omnisque Germania cum cae-  
 teris, quae adiacent gentibus Romanorum populum fer-  
 ratam putent gentem, ut specialiter in nobis ferrum  
 timeant. Vos tamen cogitetis uelim, fecisse uos princi-  
 pem, qui nunquam quicquam scierit tractare, nisi fer-  
 rum. Quod iccirco dico, quia scio mihi a luxuriosissima il-  
 la peste nihil opponi posse, nisi hoc, quod gladiatorum  
 armorumque artifex fuerim.*

## INGENUVS OCTAVVS.

*Vsco et Basso COSS. cum Galie-  
 nus uino, et popinis uacaret, cumque  
 se lenonibus, mimis, et meretricibus  
 dederet, ac bona natura luxuria con-  
 tinuatione deperderet, Ingenius,  
 qui Pannonias tunc regebat, a Maesi-  
 acis legionibus imperator est dictus caeteris Pannoniarum uolentibus,  
 neq; in quo quam melius consultum Reip. a mil-  
 litibus uidebatur, quam quod instantibus Sarmatis  
 creatus est imperator, qui fessis rebus mederi sua uir-  
 tute potuisset. Causa autem ipsi arripiendi tunc im-  
 perij fuit, ne suspectus esset imperatoribus, quod erat  
 fortissimus, ac Reip. necessarius, et militibus, quod  
 imperantes uehementer mouet, acceptissimus. Sed  
 Galienus, ut erat nequam, et perditus, ita etiam  
 ubi necessitas coegisset, uelox fortis, uehemens, crude-  
 lis. Denique Ingenium conflictu habito uicit, eoque  
 occiso in omnes Maesiacos tam milites quam ciues as-  
 sperrime saeuit. Nec quenquam suae crudelitatis exor-  
 tem reliquit. Usque adeo asper, et truculentus, ut  
 plerasque ciuitates uacuas a uirili sexu relinqueret.  
 fertur sane idem Ingenius ciuitate capta, intrasse dor-  
 mium, in qua se pugione transfodit, atque ita uitam fini-  
 disse, ne in tyranni crudelis potestatem ueniret. Ex-  
 tat sane epistola Galieni, quam ad celerem Veria-  
 num scripsit, qua eius nimietas crudelitatis ostendi-  
 tur, ego iccirco interposui, ut omnes intelligerent ho-  
 minem luxuriosum crudelissimum esse, si necessitas*



postulet. Galienus Veriano. Non mihi satis facies, si tantum armatos occideris, quos & fors belli interire potuisset. Perimendus est omnis sexus uirilis, si & senes, atq; impuberes sine reprehensione nostra occidi possent, occidendus est quicumq; male uoluit, occidendus est quicumq; male dixit. contra me, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem & fratrem. Ingenuus factus est imperator? Latera, occide, concide, animum meum intelligere potes, mea mente irascere, qui hac manu mea scripsi.

#### REGILLIANVS NONVS

f Ati publici fuit, ut Galieni tempore quicumq; potuit, ad imperium prosiliret. Regillianus deniq; in Illyrico ducatum gerens imperator est factus auctoribus imperij Mæsijs, qui cum Ingenno fuerant ante superati. In quorum parentes grauer Galienus saeuierat. Hic tñ multa fortiter contra Sarmatas gessit, sed auctoribus Roxolanis, consentientibusq; militibus, & timore provincialium ne iterum Galienus grauiora faceret, interemptus est. Mirabile fortasse uideatur, si quæ origo imperij eius fuerit, declaretur. Militari. n. ioco regna promeruit. Nam cū milites cū eo qdam cœnarent, exiit Valerianus tribunus, qui diceret Regilliani nomen unde credimus dictum? Alius continuo, credimus, quod à regno. Tñ is, qui aderat scholasticus, cœpit quasi gramaticaliter declinare, et dicere, Rex regis regio Regillianus. Milites, ut est hoium  
genus

genus prouum ad ea, quæ cogitant, dixerunt. Ergo potest rex esse? item alius, ergo potest nos regere? itē alius, deus tibi regis nomen imposuit. Quid multa? His dictis, cum alia die mane processisset, à principibus imperator est salutatus. Ita quod alijs uel audacia uel iudicium detulit, huic iocularis astutia fuit, quod negari non potest, uir in militari re semp probatus, & Galieno iam ante suspectus, quod dignus uideretur imperio. Gentis Daciae Decibali ipsius, ut fertur, affinis. Extat epistola D. Claudij adhuc priuati, qua Regilliano Illyrici dici gratias agit ob redditum Illyricum, cum omnia Galieni segnitia deperirent, quam ego repertam in archiuis inserendam putauit, fuit. n. publica. Claudius Regilliano multam salutem. Felicem Remp. quæ te talem uirum habere rei castræ sis bellis his meruit, felicem Galienum, etiam si ei uera nemo, nec de bonis, nec de malis nuntiat. Pertulerunt ad me Bonitus, & Celsus stipatores principis nostri, qualis apud Scupos in pugnando fueris, quot uno die prælia, & qua celeritate confeceris. Dignus eras triumpho, si antiqua tempora extaret. Sed quid multa? Memor cuiusdam hominis cautius uelim uincas. Arcus sarmaticos, & duo saga ad me uelim mittas, sed sibi latorie cum ipse miserim de nostris. Hac epistola ostenditur, quid de Regilliano senserit Claudius, cuius grauissimum iudicium suis temporibus fuisse non dubium est. Nec à Galieno qdem uir iste promotus est, sed à patre eius Valeriano, ut & Claudius, & Macrianus, & Ingenuus, & Posthumus, et Aureolus, qui omnes in impio interempti sunt, cū mere-

rentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quod omnes quoscūq; duces fecit, postea militum testimonio ad imperium peruenerunt, ut appareat senem imperatorem in deligendis Reip. ducibus talem fuisse, qualem Romana felicitas si continuari fataliter potuisset, sub bono principe requirebat. Et utinam uel illi, qui arripuerāt imperia, regnare potuissent. Vel eius filius Galienus in imperio diutius non fuisset, ut libere se in suo statu Resp. nostra tenuisset. Sed nimis sibi fortuna indulgendum putauit, quæ cum Valeriano bonos principes tulit, Et Galienum diutius q̄ oportebat, Reip. reseruauit.

#### AVREOLVS DECIMVS.

h Ic quoq; Illyricanos exercitus regēs in contemptu Galieni, ut omnes eo tempore, coactus à militibus sumpsit imperiū. Et cum Macrianus cū filio suo Macriano contra Galienum ueniret, cum plurimis exercitus eius cepit, aliquos corruptos fidei suæ addixit, & cum factus esset inualidus imperator, cumq; Galienus expugnare uirum fortem frustra tentasset, pacem cum eo contra Posthumum pugnaturus fecit, quorum pleraq; & dicta sunt, & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto iam Galieno conflictu habito apud eum pontem interuenit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atq; illic ut tyrannum sepulchro humiliore donauit. Extat etiam epigramma græcum in hanc formam,

• Dona sepulchrorum uictor post multa tyranni  
• Prælia iam felix Claudius Aureolum  
• Munere prosequitur mortali, & iure superstes  
• Viuere quem uellet, si pateretur amor  
• Militis egregij, uitam qui iure negauit  
• Omnibus indignis, & magis Aureolo.  
• Ille tamen clemens, qui corporis ultima seruans  
• Et pontem Aureoli dedicat, & tumultum

Hos ego uersus à quodam grammatico trāslatos ita posui, ut fidem seruarem, non quo non melius potuerint trāsferri, sed ut fidelitas historica seruaretur, quæ ego præ cæteris custodiendam putauit, qui id, quod ad eloquentiā pertinet, nihil curo. Rē enim uobis proposui deferre non uerba, maxime tanta reꝝ copia, ut triginta tyrānoꝝ simul uitas scribēdas accesserim.

#### MACRIANVS VNDECIMVS.

c Apto Valeriano diu clarissimo principe ciuitatis, fortissimo Denique imperatore, ad postremū oīum infelicissimo, uel qđ senex apud Persas consenuit, uel quod indignos se posteros dereliquit, Cum Galienū contēnendum Balista p̄fectus Valeriani, & Macrianus primus intelligerent q̄rentibus ēt militibus principē, unum in locū concesserunt, q̄rentes qđ faciēdū esset. Tuncq; constitit Galieno longe posito Aureolo usurpante imperium debere aliquē principem fieri, & qđem optimum, ne q̄spiā tyrannus existeret. Verba igitur Balistæ quantum Maonius Astianax, qui

consilio interfuit, asserit, hac. Mea ætas, et professio,  
Et uoluntas longe ab impio absunt, Et ego, qd ne gra  
re non possum, bonum principē quæro. Sed quis tan  
dem est, qui Valeriani locum possit implere? nisi ta  
lis qualis tu es ò Macriane. Fortis, constans, integer,  
probatas in Rep. Et, qd maxime ad imperium pti  
net diues. Arripe igitur locum meritis uis debitum,  
me præfecto quãdiu uoles, uteris. tu cum Rep. tantū  
bene agas, ut te Romanus orbis factū principē gau  
deat. Ad hac Macrianus, Fateor Balista imperiū pru  
denti non frustra est. Volo. n. Reip. subuenire, atq; il  
lam pestem à legum gubernaculis dimouere, sed nō  
hoc in me ætatis est. Senex sum, ad exemplum eqta  
re non possum. Lauandum est mihi frequentius, edē  
dum delicatius, diuitiæ me iandudum ab usu militia  
retraxerunt. Iuuenes aliqui sunt quæredī, nec unus,  
sed duo, uel tres fortissimi, qui ex diuersis partibus or  
bis Romani Remp. restituant, quam Valerianus fa  
cto, Galienus uitæ suæ genere perdidit. Post hac in  
tellexit eū Balista sic agere, ut de filiis suis uideretur  
cogitare, atq; adeo sic aggressus est. Prudētia tuæ Rē  
pu. tradimus. Da igitur liberos tuos Macrianum, Et  
Quietum fortissimos iuuenes olim tribunos à Valeria  
no factos, qui Galieno imperāte, qd boni sunt, salui eē  
non possunt. Tunc ille, ubi intellectum se esse compe  
rit. Do inquit manus. de meo stipendium militi du  
plex daturus. Tu tantum pfecti mihi studium, et an  
nonam in necessarijs locis præbe. Nam ego fixim, ut  
Galienus sordidissimus sceminarum oīum duces sui  
parentis intelligat. Factus est igitur cum macriano et

Quieto duobus filijs cunctis militibus uolentibus imp  
perator. Ac statim contra Galienum uenire cepit, ut  
cunq; rebus in oriente derelictis. Sed cum quadragin  
ta quinque millia militum secum duceret in Illyrico,  
uel in Thraciarum extremis congressus cum Aureo  
lo uictus, Et cum filio interemptus est. Triginta deni  
que millia militum in Aureoli potestatem concesser  
re. Domitianus autem eundem uicit dux Aureoli for  
tissimus, Et uehementissimus, qui se originem diceret  
à Domitiano imperatore trahere, atq; à Domicilla.  
De Macriano autem nefas mihi uidetur iudiciū Vale  
riani præterire, quod ille in oratione sua, quam ad se  
natum è Persidis finibus miserat, posuit. Inter cætera  
ex oratione D. Valeriani. Ego Patres Conscripti bel  
lum Persicum gerens Macriano totam Remp. credi  
di, quod à parte militari ille uobis fidelis, ille mihi  
deuotus, illum Et amat, Et timet miles. Vtrunq; res  
exegerit, cum exercitibus agit, nec P. C. noua, uel in  
cognita nobis sunt pueri eius uirtus in Italia, adoles  
centis in Gallia, iuuenis in Thracia, in Africa iam  
prouecti, senescentis deniq; in Illyrico, Et Dalmatia  
comprobata est, cum in diuersis prælijs ad exemplū  
fortiter faceret. Huc accedit, quod habet iuuenes fili  
os Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia,  
Et reliqua.



## MACRINVS IVNIOR DVODECIMVS.

**m** Vltima de hoc in patris imperio prælibata sunt, qui nunquam imperator factus esset, nisi prudentiæ patris eius creditum uideretur. De hoc planè multa miranda dicuntur, quæ ad fortitudinem pertineant iuuenilis ætatis. Sed ad facta aut quantum in bellis minus ualet fortitudo? Hic enim uehemens cum prudentissimo patre, cuius merito imperare cœperat, à Domitiano uictus triginta, ut superius dixi, millibus militum spoliatus est. Matre nobilis, patre tantum forti, & ad bellum parato, atq; ab ultima militia in summum perueniente ducatum, & splendore sublimi.

## QUIETVS TERTIVSDECIMVS.

**b** Ic, ut diximus, Macriani filius fuit cum patre, & fratre Balistæ iudicio imperator est factus. Sed ubi comperit Odenatus, qui olim iam orientem tenebat, ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum, & eius fratrem Macrianum uictos, milites in eius potestatem concessisse, quasi Galieni partes uindicaret, adolescentem cum Balista præfecto dudum interemit. Idem quoq; adolescens grauissimus Romano imperio fuit, ut uere Macriani filius, & eius Macrianus frater. q duo afflictis rebus, potuerunt Remp. gerere. Videtur nō mihi prætereundū de Macrianorū familia, quæ hodieq; floret, id dicere, quod speciale semp habuerūt.

Alexandrum Magnum Macedonem uiri in auro, & argento mulieres, & in reticulis, & dextrocheiis, & in annulis, & in omni ornamentorū genere exculptum semper habuerunt eousq; ut tunica, & limbi, et penula matronales in familia eius hodieq; sint, q Alexandri effigiem delitijs uariantibus monstrant. Videmus proxime Cornelium Macrum in eadem familia uirum cum cœnam in templo Herculis daret, pateram electrinam, quæ in medio uultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem historiam contineret signis breuibus, et minutulis pontifici propinare, quam qdem circumferri ad omnes tanti illius uiri cupidissimos iussit. Quod iccirco posui, quia dicitur iuari in omni actu suo, qui Alexandrum expsum uel auro gestitant, uel argento.

## ODENATVS QVARTVSDECIMVS.

**n** Isi Odenatus principes Palmyrenorum capto Valeriano fessis Romanæ Reip. uiribus sumpsisset impium, in oriēte res perditæ essent. Quare assumpto noīe primum regali cum uxore Zenobia, & filio maiore, cui erat nomen Herodes, minoribus Herenniano, & Timolao collecto exercitu cōtra Persas profectus est, Nō sibi primum, & orientis pleraq; cum omni Mesopotamia in potestatem recepit. Deinde ipsum regem uictum fugere coegit. Postremo Ctesiphonta usq; Saporē, & eius liberos psecutus captis cōcubinīs, capti et magna pda, ad orientem uerit, sperans quod Macrianum, q imperare cōtra Galienum cœperat, pos

set opprimere, sed illo iam profecto extra Aureolum,  
& contra Galienum, eo interempto, filium Quier-  
tum interfecit, Balista (ut plerique asserunt) regnum usur-  
pante, ne & ipse posset occidi. Composito igitur ma-  
gna ex parte orientis statu à consobrino suo Mæonio,  
qui & ipse imperium sumpserat, interemptus est cum  
filio suo Herode, qui & ipse post reditum de Perside  
cum patre impator est appellatus. Iratum fuisse Rei-  
publicam deum credo, qui interfecto Valeriano, noluit O-  
denatum reservare. Ille planè cum uxore Zenobia non  
solum orientem, quem iam in pristinum reforma-  
verat statum, sed omnes omnino totius orbis partes re-  
formasset. Vir acer in bellis, et quantum plerique scri-  
ptores loquuntur, uenatu memorabilis semper incly-  
tus, qui à prima ætate capiendis leonibus, et pardis,  
ursis, cæterisque sylvestribus animalibus sudorem offi-  
cij uirilis impendit. Quisque semper in syluis, ac monti-  
bus uixit perferens calorem, pluuias, & omnia ma-  
la, quæ in se continent uenatoriæ uoluptates. Quibus  
duratus, solem ac puluerem bellis persicis tulit. Non  
aliter etiam coniuge assueta, quæ multorum senten-  
tia fortior marito fuisse perhibetur. Mulierum omnium  
nobilissima orientaliū foeminarum, & ut Cornelius  
Capitolinus asserit, speciosissima.

## HERODES QUINTVS DECIMVS.

n On Zenobia matre, sed priore uxore ge-  
nitus Herodes cum patre accepit imper-  
rium, homo omnium delicatissimus, et  
prorsus orientalis, & græcæ luxuriæ, cui  
erant sigillata tentoria, & aurati papiliones, & om-  
nia persica. Denique ingenio eius usus Odenatus quic-  
quid concubinarum regalium, quicquid diuitiarum,  
gemmarumque cepit, eidem tradidit paternæ indulgen-  
tiæ affectione permotus. Et erat circa illum Zenobia  
nouercali animo. Quare commendabiliorem patri eum  
fecerat, neque plura sunt, quæ de Herode dicantur.

## MÆONIVS SEXTVS DECIMVS.

b Ic consobrinus Odenati fuit. Nec ulla re  
alia ductus, nisi damnabili inuidia im-  
peratorem optimum interemit, cum ei  
nihil aliud obijceretur, præter filij Her-  
rodis delicias. Dicitur autem primum cum Zenobia  
consensisse, quæ ferre non poterat, ut priuignus eius  
Herodes priore loco quam filij eius Herennianus, et  
Timolaus principes dicerentur. Sed hic quoque spur-  
cissimus fuit, quare imperator appellatus per erro-  
rem breui à militibus pro suæ luxuriæ meritis inter-  
emptus est.

## BALISTA DECIMVS SEPTIMVS.

**d** E hoc utrum imperauerit scriptores in  
ter se ambigunt. Multi. n. dicunt Quietum  
per Odenatum occiso, Balistæ ueniā  
datam, tñ eum imperasse, quod nec Ga  
lieno, nec Aureolo, nec Odenato se crederet. Alij as  
serunt priuatum eum in agro suo, quem apud Daph  
nen sibi compararat, interemptum. Multi & sumpsis  
se illum purpuram, & more Romano imperasse, ex  
ercitum duxisse, & de se plura promississe dixerunt.  
Occisum autem per hos, quos Aureolus miserat ad  
comprehendendum Quietum Macriani filium, quē  
prædam suam esse dicebat. Fuit uir insignis, eruditus  
ad gerendam Reip. In consilijs uehemens, in expe  
ditionibus clarus, in prouisione annonaria singular  
ris, Valeriano sic acceptus, ut eum quibusdam litte  
ris hoc testimonio prosecutus sit. Valerianus Rago  
nio claro præfecto Illyrici, & Galliarum. Siquid in  
te bonæ frugis est, quam eē scio parens Clare disposi  
tionem me Balistæ prosequere, hac in forma Remp.  
uides, ut nec ille prouinciales grauet, ut illic equos  
contineat, ubi sunt pabula, illic annonas militum mā  
det, ubi sunt frumenta. Nō prouincialem, non posses  
sorem cogat illic frumenta, ubi non habet, dare, illic  
equum, ubi non potest, pascere, nec ē ulla alia prou  
sio melior, q̄ ut in locis suis erogentur, quæ nascuntur,  
ne aut uehicularis, aut sumptibus Reip. grauent. Ga  
latia frumentis abundat, referta est Thracia, plenum  
est Illyricū. Illic pedites collocentur, quāquā in Thra

cia etiam equites sine noxa prouincialium hyemare  
possint. Multum. n. ex campis sceni colligitur, iā ibi  
laridum, iam ceteræ species in his dāda sunt locis,  
in qbus affatim redundant. Quæ omnia sunt Balis  
tæ consilia, q̄ ex quadam prouincia unam tm̄ spēm  
præberi iussit, quod ea redundaret, atq; ab ea milie  
tes submoueri, id quod publicitus est decretum. Est et  
alia eius epistola, qua gratias Balistæ agit, in qua do  
cet sibi præcepta gubernandæ Reip. ab eodem data  
gaudēs, quod eius consilio nullum ascriptitium. i. ua  
cantem haberet, & tribunum nullum stipatorem,  
q̄ non uere pugnaret. Hic igitur uir in tentorio suo ca  
bens à quodam gregario milite Odenati in Galieni  
gratiam dicitur interemptus. De quo ipse uera nō sa  
tis comperi, iccirco quod scriptores temporum de hui  
us præfectura multa, de imperio pauca dixerunt.

## VALENS DECIMVS OCTAVVS.

**h** Ic uir militaris simul et civiliū uirtutū  
gloria pollēs proconsulatu Achaie dato  
à Galieno tunc honore gubernabat, quē  
Macrianus uehementer reformidans si  
mul qd̄ in omni genere uitæ satis clarū norat, simul  
quod inimicum sibi esse inuidia uirtutum sciebat, mis  
so Pisone nobilissima tunc, & consularis familiae ui  
ro interfici præcepit. Valens diligentissime cauens et  
prouidens, neque aliter sibi posse subueniri existi  
mans sumpsit imperium, & breui à militibus inter  
emptus est. Fuit & Valens superior, et bene uenit in



mentem. Et cum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valente, qui superiorum principum temporibus interemptus est, aliquid dicemus. Nam huius Valentis, qui sub Galieno imperavit, amunculus Magnus fuisse perhibetur. Alij tantum amunculum dicunt. Sed par in ambobus fuit fortuna. Nam & cum ille paucis diebus Illyrico imperasset, occisus est.

### PISO DECIMVS NONVS.

**b** Ic à Macriano ad interficiendum Valentem missus, ubi eum prouidum futurorum imperare cognouit, Thessaliã concessit, atq; illic paucis sibi consentientibus sumpsit imperium, Thessalicusq; appellatus interemptus est, uir summæ sanctitatis, & temporibus suis frugi dictus, & qui ex illa Pisonum familia ducere originem diceretur, cui se Ciceronobilitandi causa sociauerat. Hic omnibus principibus acceptissimus fuit. Ipse deniq; Valens, qui ad eum percussores mississe perhibetur, dixisse dicitur, non sibi apud deos inferos constare rationem, quod quamuis hostem suum Pisonem tamen iussisset occidi, uirum, cuius similem Romana Resp. non haberet. S. C. de Pisce factum ad noscendam eius maiestatem libenter inserui. Die septimo Calen. Iulias, cum esset nuntiatum Pisonem à Valente interemptum, ipsum Valentem à suis occisum, Aurelius Fuscus consularis primæ sententiæ qui in locum Valeriani successerat, ait, COS. consule. Cumq; consulus esset, diuinos inquit, honores Pisoni

decerno P. C. Galienum, et Valerianum, & Saloninum imperatores nostros esse confido. Neq; enim melior uir quij quam fuit, neq; constantior, post quẽ ceteri consulti statuam inter triũphales & currus quadriugos Pisoni decreuerunt. Sed statua eius uidetur, quadrigæ autem, quæ decreta fuerant, quasi transferenda ad alium posita sunt, nec adhuc reddita. Nã in his locis fuerunt posita, in qbus thermæ Dioclitianæ sunt exadificata tam æterni nominis q̄ sacrati.

### ÆMILIANVS VIGESIMVS.

**e** Thoc familiare est populo Aegyptiorum, ut uel furiosi, ac dementes de leuibus q̄busq; ad summæ Reip. pericula perducantur, saepe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem, & olea sequestrata, calciamenta seruilia, & cetera talia usq; ad summum Reip. periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, peruenerunt. Familiari ergo sibi furore, cum quadam die cuiusdam seruis curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militarie ob hoc casus esset, qd crepidas suas meliores esse, q̄ militis diceret, collecta multitudo ad domum Aemiliani ducis auceps uenit, atq; eum omni seditionum instrumento, & furore persecuta est, ictus est lapidibus, Petitus est ferro, nec desijt ullum seditionis telũ. Quare coactus Aemilianus sumpsit imperium, cum sciret sibi undecunq; pereundum. Consenserunt ei

*ægyptiacus exercitus maxime in Galieni odium, nec eius ad regendam Remp. vigor defuit. Nam Thebaidem, totamq; Aegyptum peragravit, et quatenus potuit Barbarorum gentes forti auctoritate submonuit. Deniq; Alexander, uel Alexandrinus. (nam incertum id quoq; habetur) uirtutum merito uocatus est. Et cum contra Indos pararet expeditionē misso Theodoto duce Galieno iubente, dedit pœnas, siquidē stragulatus in carcere captiuorum ueterum more perhibetur. Tacendum esse non credo, quod cum de Aegypto loquor, uetus suggestit historia, simul etiam Galieni factum, qui cum Theodoto uellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere, cuius rei etiam Ciceronem, cum contra Gabiniū loquitur, meminisse satis nouimus. Deniq; nō extat memoria rei frequētata, quare scire oportet, Herennium Celsum uestrum parentem, qui consulatum cepit, hoc, quod desiderat, nō licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Aegyptijs esse litteris scriptum, tunc demum Aegyptum liberam fore, cum in eam uenissent Romani fasces, & pratexta Romanorum, quod apud Proculum grammaticum doctissimum sui temporis uirum, cum de peregrinis regionibus loquitur, inuenitur.*

## SATURNINVS VIGESIMVS PRIMVS.

*Primus ducum Galieni tempore, sed à Valeriano dilectus Saturninus fuit, Hic quoq; cum dissolutionem Galieni pernoctantis in publico ferre non posset, et milites non ex exemplo imperatoris sui, sed suo regeret, ab exercitibus sumpsit imperium, uir prudentiæ singularis, grauitatis insignis, uita amabilis, uictoriæ barbararum etiam ubiq; notarum. Hic ea die, qua est amictus à militibus peplo imperatorio, concione adhibita, dixisse fertur. Commilitones bonum ducem perdidistis, & malum principem fecistis. Deniq; cū multa strenue in imperio fecisset, quod esset seuerior, & grauior militibus, ab iisdem ipsis, à quibus factus fuerat, interemptus est. Huius insigne est, quod conuiuio discumbere milites, ne inferiora nudarentur, cum sagis iussit, hyeme grauibus, æstate perlucidis.*

## TETRICVS SENIOR VIGESIMVS SECVNDVS.

*Interfecto Victorino & eius filio, mater eius Victoria, siue Victorina, Tetricum senatorem Po. Ro. praesidatum in Gallia regentem ad imperium hortata, quod eius erat (ut pleriq; loquuntur) affinis. Augustum appellari fecit, filiumq; eius Cæsarem nuncupauit. Et cum multa Tetricus feliciter egisset, diuq;*

imperasset, ab Aureliano uictus, cum militum suorum impudentiam, & procacitatem ferre non posset, uolens se grauissimo principi, & seuerissimo dedit. Versus denique illius fertur, quem statim ad Aurelianum scripserat.

• Eripe me his inuicte malis.

Quare cum Aurelianus nihil simplex, neq; mite aut tranquillum facile cogitaret, Senatorem P. O. R. O. eundemq; consularem, qui iure praesidali omnes Gallias rexerat per triumphum duxit eodem tempore, quo & Zenobiam Odenati uxorem cum filiis minoribus Odenati Herenniano, & Timolao, pudore tamen uictus uir nimium seuerus eum, quem triumphauerat, correctorem totius Italiae fecit, idest Campaniae, Samnij, Lucaniae, Brutiorum, Appuliae, Calabriae, Hetruriae, atq; Umbriae, Piceni, & flammينيا, omnisq; annonariae regionis, ac Tetricum non solum uiuere, sed etiam in summa dignitate manere passus est, cum illum saepe collegam, nonnunquam comilitonem, aliquando etiam imperatorem appellaret,

#### TETRICVS IUNIOR VICESIMVS TERTIVS.

h Ic puerulus à Victoria Caesar est appellatus, cum illa mater castrorum ab exercitu nuncupata esset, qui & ipse cum patre per triumphum ductus postea oibus senatorijs honoribus functus est illibato patrimonio, quod quidem ad suos posteros misit, ut Gellius Fuscus dicit, semper

semper insignis. Narrabat auus meus hunc sibi familiarem fuisse, neq; quemquam illi ab Aureliano, aut postea ab alijs principibus esse praelatum. Tetriconi domus hodieq; extat in monte Coelio inter duos lucos contra Isurum Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est utriq; praetextam tribuens, & senatoria dignitate accipiens. ab his sceptrum coronamq; uicam picturata de musuo. Quam cum dedicasset, Aurelianum ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse conuiuio.

#### TREBELLIANVS VIGESIMVS QVARTVS.

Udet iam persequi quanti sub Galieno fuerunt tyranni uitio pestis illius, siquid erat in eo luxuria, ut rebelles plurimos mereretur, & ea crudelitas ut iure timeretur. Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem ipsis Isauris sibi ducem quarantibus, quem cum alij archipratam uocassent, ipse se imperatorem appellauit. Monetam etiam cudi iussit, palatium in arce Isauriae constituit, qui quidem cum se in intima Isaurorum loca munitus difficultatibus locorum, & montibus contulisset, aliquandiu apud Cilicas imperauit. Sed per Galieni ducem Causisoleum, natione Aegyptium fratrem Theodoti, qui Aemilianum ceperat, ad campum deductus est uictus, & occisus. Neq; tamen postea Isauri timore ne in eos Galienus saeuiret, ad aequalitatem perducere quamis principum humanitate potuerunt. Deniq; post Trebellianum pro Bar-



baris habentur, & cum in medio Romani nominis solo, regio eorum nouo genere custodiarum quasi limites includitur locis defensa non hominibus. Nā non sunt statura decori, non uirtute graues, non instructi armis, nō consilijs prudentes, sed hoc solo securi, quod in editis positi adiri nequeunt, quos quidem D. Claudius penē ad hoc perduxerat, ut à suis semotus locis in Cilicia collocaret daturus uni ex amicissimis omnem Isaurorum possessionem, nequid ex ea postea rebellionis oriretur.

#### HERENNIANVS VIGESIMVS QVINTVS.

Denatus moriens duos paruulos reliquit, Herennianum, & fratrem eius Timolauum, quorum nomine Zenobia usurpato ibi imperio diutius q̄ feminam decuit, Remp. obtinuit paruulos Romani imperatoris habitu proferens purpuratos, eos deniq; adhibens concionibus, quas illa uiriliter frequentauit, Didonem, & Semiramidē, et Cleopatram sui generis principem inter cetera predicās. Sed de eorum exitu incertum est. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte sua esse consumptos. Siquidem Zenobiae posteritatem nunc Romae inter nobiles manent.

#### TIMOLAVS VIGESIMVS SEXTVS.

E hoc ea putamus digna notatione, quae de fratre sunt digna. Vnum tamen est, quod eum à fratre separat, quod tantum fuit ardoris ad studia Romana, ut breuiter potuisse, quinetiam summum latinorum Rhetorem faceret.

#### CELSVS VIGESIMVS SEPTIMVS.

Cocupatis partibus Gallicanis orientaliibus, quinetiam ponti Thraciarum, & Illyrici, dum Galienus popinatur, & balneis, ac lenonibus reputat uitā, Africo quoq; authore uiuo Passieno proconsule Africae, & Fabio Pomponiano duce limitis libyci Celsum imperatorem appellauerunt peplo deae coelestis ornatum. Hic priuatus ex tribunis in Africa positus in agris suis uiuebat. Sed ea iustitia, & corporis magnitudine, ut dignus uideretur imperio. Quare creatus per quandam mulierem Galienam nomine consobrinā Galieni septimo die interemptus est, atq; ab eo etiam inter obscuros principes uix relatus est. Corpus eius à canibus consumptum est, sic omnibus, qui Galieno fidem seruauerant, perurgentibus, et nouo iniuria genere imago in crucem sublata persultante uulgo quasi si patibulo ipse Celsus uideretur affixus.

ZENOBI A VIGESIMA OCTAVA.

Mnis consumptus est pudor, siquidem fatigata Rep. eousq; peruentum est, ut Galieno nequissime agente, optime et mulieres imperarent. Et quidem peregrina nomine Zenobia, de qua iam multa dicta sunt, quae se de Cleopatrae, Ptolemaeorumq; gente iactaret, post Odenatum maritum imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis ornata, diademate etiam accepto nomine filiorum Herenniani, & Timolai, diutius q̄ foemineus sexus patiebatur, imperavit. Siquidem Galieno adhuc regente Remp. regale mulier superba munus obtinuit, et Claudio bellis gotthicis occupato, vix deniq; ab Aureliano uicta, & triumphata concessit in iura Romana. Extat epistola Aureliani, quae captivae mulieri testimonium fert. Nam cum a quibusdam reprehenderetur, quod mulierem ueluti ducem aliquem uir fortissimus triumphasset, missis ad senatum Populumq; Romanum litteris, hac se attestatiōe defendit. Audio P. C. mihi obijci, quod non uirile munus impleuerim Zenobiam triumphando, nae illi, qui me reprehendunt, satis laudaret, si scirent, qualis illa est mulier, q̄ prudens in consiliis, q̄ constans in dispositiōibus, q̄ erga milites gravis, q̄ larga, cum necessitas postulet, q̄ tristis cum seueritas poscat. Possum dicere illius esse, quod Odenatus Persas uicit, ac fugato Sapore Ctesiphontem usq; peruenit. Possum asserere tanto apud orientales, & Aegyptiorum populos timori mulierem fuisse, ut se non Ara

ZENOBI A

267

bes, non Sarraceni, non Armenij commouerent. Nec ego illi uitam conseruassem, nisi eam scissem multum Romanae Reip. profuisse, cum sibi, uel liberis suis orientis seruaret imperium. Sibi ergo habeant priorum uenena linguarum ij, quibus nihil placet. Nam si uicisse, ac triumphasse foeminam non est decorum, quid de Galieno loquuntur? in cuius contemptum hac bene rexit imperium? Quid de diuo Claudio sancto, ac uenerabili duce, qui eam, quod ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare, idq; occulte, ac prudenter, ut illa seruaret orientalis fines imperij, ipse securus, quae instituerat, perpetraret? Hac oratio indicat, quid iudicij Aurelianus habuerit de Zenobia, cuius ea castitas fuisse dicitur, ut ne uirum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus. Nam cum semel concubisset expectatis menstruis continebat se, si praegnans esset. Siminus iterum potestatem querendis liberis dabat. Vixit regali pompa more magis Persico. Adorata est more regum Persarum. Conuiuata est imperatorum more Romanorum. Ad conciones galeata processit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fibulam. Media etiam coclide ueluti fibula muliebri astricta, brachio saepe nudo. Fuit uultu subaquo, fusci coloris, oculis supra modum uigentibus, nigris, spiritus diuini, uenustatis incredibilis, tantus candor indentibus, ut margaritas eam pleriq; putarent habere, non dentes. Vox clara, & uiriliter seueritas, ubi necessitas postulabat, tyrannorum bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat. Larga prudenter,

conseruatric thesaurorum ultra foemineum modū.  
 Vsa uehiculo carpentario, raro pilento, equo saepius.  
 Fertur autem uel tria, uel quatuor millia frequenter  
 cum peditibus ambulasse. Nata est Hispanorum cui  
 piditate, bibit saepe cum ducibus, cum esset alias sobria,  
 bibit etiam cum Persis, atq; Armenis, ut eos uinceret.  
 Vsa est uasis aureis, gemmatis ad cōiuiua, Quibus  
 & Cleopatra usa est in ministerio. Eunuchos grauioris  
 aetatis habuit. Puellas nimis raras, filios latine loqui  
 iusserat, adeo ut graece uel difficile, uel raro loquerentur.  
 Ipsa Latinis sermonibus non usque quaque ignara, sed ut  
 loqueretur pudore cohibita, loquebatur & aegyptiaca ad  
 perfectum modum. Historiae alexandrinae, atque orientalis  
 ita perita, ut eam epithomasse dicatur. Latinam autem  
 graece legerat. Cum illam Aurelianus cepisset, atq; in  
 conspectum suum ductam sic appellasset. Quid o Zenobia  
 ausa es insultare Romanis imperatoribus? Illa dixisse fertur.  
 Imperatorem te esse cognosco, qui uincis, Galienum, & Aureolum,  
 & ceteros principes non putauisti. Victoriam mei similem  
 credens in consortium regni uenire, si facultas locorum  
 pateretur, optaui. Ducta est igitur per triumphum ea  
 specie, ut nihil pompabilius Po. Ro. uideretur. Iam  
 primum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum  
 onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima saepissime  
 restitisse, cum diceret se gemmarum onera ferre non posse.  
 Vincti erant praeterea pedes auro, manus etiam cathenis  
 aureis, nec collo aureum uinculum deerat, quod scurrera  
 persicus praeferebat. huic ab Aureliano uinere con-

cessum est. Ferturq; uixisse cum liberis matrone iam  
 more Romanae data sibi possessione in Tiburti, quae  
 hodieq; Zenobia dicitur non longe ab Adriani palatio,  
 atq; ab eo loco, cui nomen est Conche.

## VICTORIA TRICESIMA.

Non tam digna res erat, ut etiam Victorina, siue  
 Victoria in litteras mitteretur, nisi Galieni mores hoc  
 facerent, ut memoria dignae etiam mulieres censerentur.  
 Victoria enim, ubi filium, ac nepotem a militibus uidit occisos,  
 Posthumum, deinde Lollianum, Marium etiam, quem  
 principem milites nuncuparunt, interemptos, Tetricum,  
 de quo superius dictum est, ad imperium hortata est,  
 ut uirile semper facinus auderet. insignita e praeterea  
 hoc titulo, ut castrorum se diceret matrem. Cusi sunt  
 eius nummi aerei, aurei, & argentei, quorum hodieq;  
 forma extat apud Treuiros, quae quidem non diutius  
 uixit. Nam Tetrico imperante (ut pleriq; loquuntur)  
 occisa. Ut alij asserunt, fatali necessitate consumpta.  
 Haec sunt, quae de triginta tyrannis dicenda uidebantur,  
 quos ego in unum uolumen accirco contuli, ne si de  
 singulis singula quaeq; narrauerim, nascerentur indigne  
 fastidia, & ea, quae ferre lector non posset. Nunc ad  
 Claudium principem redeo, de quo speciale mihi uolumen,  
 quibus breue, merito uita illius uidetur edendum.  
 Addito fratre singulari uero, ita ut de familia tam  
 sancta, & tam nobili saltem



## TITVS.

pauca referantur. Studiose in medio scēminas posuē  
ad ludibrium Galieni, quo nihil prodigiosius passa  
est Resp. Romana. Duos etiam nunc tyrannos quasi  
extra numerum, quod Galieni essent temporibus, ad  
diturus, unum, qui fuit Maximini temporibus, alte  
rum, qui Claudij, ut tyrānorum triginta uiri hoc uo  
lumine tenerentur. Quæso qui expletum iam librum  
acceperas, boni consulas, atq; hoc uolumini tuo uol  
ens addas, quos ego queni admodum Valētem super  
riorem huic uolumini, sic post Claudium, & Aure  
lianum ijs, qui inter Tacitum, & Dioclitianum fue  
runt, addere destinaueram. Sed errorem meum me  
ror historiæ diligentia tuæ eruditionis auertit. Habeo  
igitur gratiam quod titulum meum prudentia tuæ  
benignitas impleuit. Nemo in templo pacis dicturus  
est me scēminas in tyrannos, cum risu & ioco tyran  
nas uideliret, & tyrannides, ut ipsi de me solent iac  
tare, posuisse. Habent integrum numerum ex arca  
nis historiæ in meas litteras datum. Titus enim, &  
Censorinus, quorum unus, ut dixi, sub Maximino,  
alter sub Claudio fuit, qui ambo ab ijsdem militibus,  
à quibus purpura uelati fuerant, interempti sunt.

Ocet Dexippus, nec Herodianus tacet,  
omnesq; qui talia legenda posteris tra  
diderunt, Titum Tribunum Mauroꝝ,  
qui à Maximino inter priuatos relictus  
fuerat, timorem uolentæ mortis, ut alij dicunt, inui  
tum uero, & à militibus coactum, ut pleriq; asserūt,  
imperasse. Atq; hunc intra paucos dies post uindica  
tam defectionem, quam consularis uir magnus Ma  
ximino parauerat, à suis militibus interemptum. Im  
perasse autem mensibus sex. Fuit hic uir de primis er  
ga Remp. domi, forisq; laudabilis, sed imperio parū  
felix. Alij dicunt ab Armenijs sagittarijs, quos Maxi  
minus, ut Alexandrinos & oderat, & offenderat,  
principem factum. Nec mireris tantam esse uarieta  
tem de homine, cuius uix nomen agnoscitur. Huius  
uxor Calphurnia fuit sancta, & uenerabilis scēmina  
de genere Censorinorum, id est Pisonum. Quam ma  
iores nostri imitariam sacerdotem inter sacratissi  
mas scēminas adorarent. Cuius statuam in templo  
Veneris adhuc uidenus arg<sup>\*</sup>olicam, sed amatam.  
Hæc uniones cleopatranas habuisse perhibetur. Hæc  
lancem centum librarum argenti, cuius pleriq; poe  
tae meminere, in qua maiorum eius expressa osten  
deretur historia. Lōgius mihi uideor processisse, q̄ res  
postulabat, sed quid faciam? Omnis sciētia natura fa  
cilitate uerbosa est. Quare ad Censorinum reuertar  
hominem nobilem, sed qui non tam bono, quam ma  
lo Reip. septem diebus dicitur imperasse.

CENSORINVS.

Enforinus uir planè militaris, & anti-  
 qua in curia dignitatis COS. II. præfer-  
 ctus prætorij, III præfectus urbi, IIII  
 proconsul, III consularis, legatus prætor-  
 rius II, IIII ædilitius. III quæstorius, extra ordinem  
 quoq; legatione Persica functus, etiam sarmatica. Post  
 omnes tamè honores, cum in agro suo degeret senex,  
 atq; uno pede claudicans uulnere, quod bello persico  
 Valeriani temporibus acceperat, factus est impera-  
 tor, & scurrarum ioco Claudius appellatus è. Cũq;  
 se grauissime gereret, neq; à militibus ob disciplinam  
 censoriam ferri posset, ab ijs ipsis, à quibus factus fuer-  
 rat, interemptus est. Extat eius sepulchrum, in quo  
 grandibus litteris circa Bononiam incisi sunt omnes  
 eius honores, ultimo tamen uersu ascripto. Felix ad  
 omnia, infelicissimus imperator. Extat eius familia  
 Censorinorum nomine frequentata, cuius pars Thra-  
 cias odio rerum Romanarum, pars Bithyniam per-  
 tijt. Extat etiam domus pulcherrima adiuncta gen-  
 tibus flauijs, que quondam Titì principis fuisse per-  
 hibetur. Habes integrum numerum triginta tyran-  
 norum, qui cum maleuolis quidè, sed bono animo causa-  
 beris. Da nunc cuius libellum non tam discrete, q̄ si-  
 deliter scriptum. Neq; ego eloquentiam uideor pollicè-  
 tus esse, sed rem, qui hos libellos, quos de uita princi-  
 pum edidi, non scribo, sed dicto, & dicto cū ea festi-  
 natione, quā siquid uel ipse promiserò, uel tu patieris,  
 sic perurges, ut respirandi non habeam facultatem.

EIVSDEM FIRMVS.

Inuiculos tyrannos scio plerosq; tacuisse,  
 se, aut breuiter præterisse. Nam et Suet.  
 Tranquillus emendatissimus, & candi-  
 dissimus scriptor Antonium Vindicem  
 tacuit contentus eo, quod eos cursim perstrinxerat.  
 Et Marius Maximus, qui Auidium Marci temporibus  
 Albinum, & Nigrum Scauri non suis proprijs  
 libris, sed alienis innexuit. Et de Suetonio non mira-  
 mur, cui familiare fuit amare breuitatem. Quod Ma-  
 rius Maximus homo omnium uerbosissimus, qui et  
 mythostoricis se uoluminibus implicauit, nō ad istam  
 descriptionē, curamq; descendit. At cōtra Treuellijs  
 Pollio ea fuit diligentia, eaq; cura in edendis bonis,  
 malisq; principibus, ut èt triginta tyrannos uno bre-  
 uiter libro concluderet, qui Valeriani, et Galieni nec  
 multo superiorum, aut inferiorum fuere principum  
 temporibus. Nobis etiam si non tamen minima fuerit  
 cura, ut dictis Aureliano, Tacito, & Floriano, Probo  
 etiam magno, ac singulari principe, cum dicendi es-  
 sent Carus, Carinus, et Numerianus, de Saturnino,  
 Bonoso, Proculo, et Firmo, qui sub Aureliano fuerāt,  
 non taceremus. Scis enim mi Basse quanta nobis con-  
 tentio proxime fuerit cum amatore historiae M. Fon-  
 teio, cū ille diceret, Firmū, q̄ Aureliani temporibus  
 Aegyptum occupauerat, latrunculum fuisse nō prin-  
 cipē. Contra ego, mecumq; Rufus Celsus, & Ceionius  
 Iulianus, & Fabius Sossianus contenderent, dicentes  
 illū & purpura usum, & percussa moneta Augustiā

## FIRMVS

esse uocatum, Quin etiam numos eius Seuerus Archonius protulit. De grecis autem, ægyptijsq; libris conuicit illum *αὐτοκράτωρα* in edictis suis esse uocatum. Et illi quidem aduersum nos contendenti hæc solatio fuit, quod dicebat Aurelianum in edicto suo non scripsisse, quod tyrannum occidisset, sed quod latronculum quendam à Rep. remouisset, proinde quasi dignitatis princeps nomine debuerit tyrannum appellare hominem tenebrarum, aut nõ semp latrones uocitauerunt magni principes eos, quos inuadentes purpuras necauerunt. Ipse ego in Aureliani uita prius q̄ de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non inter purpuratos habui, sed quasi quendam latronem, quod iccirco dixi, nequis me oblitum existimaret mei. Sed ne uolumini, quod breuissimum promisi multa connectam, ueniamus ad Firmum. Firmo patria Seleucia fuit, tametsi pleriq; grecorum alteram tradunt ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorũ unus præf. Aegypti, alter dux limitis Africani, idemq; proconsul. Tertius iste Zenobiæ amicus, ac socius, qui Alexandriam Aegyptiorũ incitatus furore peruasit, & quem Aurelianus solita uirtutũ suarum felicitate contriuit. De huius diuitijs multa dicuntur. Nam & uitreis quadraturis bitumine, alijsq; medicamentis insertis domum introduxisse perhibetur, & tantum habuisse de chartis, ut publice sæpe diceret, exercitum se alere posse papyro, & glutino. Idem et cum blenijs societatem maximam tenuit, et cū Sarracenis, naues, quoq; ad Indos negotiarias sæpe misit, ipse quoq; dicitur habuisse duos dentes elephã

## FIRMVS

271

ti pedum denum, à quibus Aurelianus ipse sellã constituerat facere additis alijs duobus, i qua Iupiter aureus, & gemmatus sederet, cum prætexta ponendus in templo Solis apenninis sortibus additis, quem appellari uoluerat Iouem consulẽ, uel consulentem. Sed eosdem dentes postea Carinus mulieri cuiãdam dono dedit, quæ lectum ex ijs fecisse narratur, & quæ nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit, taceo. ita donum iudicum Ioui optimo maximo consecratum per deterrimum principem, & ministerium, libidinis factum uidetur pretium. Fuit tamen Firmus statura ingenti, oculis foris eminentibus, capillo crispo, fronte uulnerata, uultu nigriore, reliqua pte corporis candidus, sed pilosus, atq; hispidus, ita ut eũ pleriq; Cyclopem uocarent. Carne multa uescebat, Struthionem ad diem comedisse fertur. Vini nõ multum bibit aqua plurimum, mente firmissimus, neruis robustissimus, ita ut triarium uinceret, cuius Varro Aelius meminit. Nam & incudem superpositam pectori constanter alijs tundentibus pertulit, cum ipse reclinis, ac resupinus, & curuatus in manus penderet potius q̄ iaceret. Fuit tamen contentio, cum Aureliani ducibus ad bibendum, si quando eum tentare uoluissent. Nam quidam Barbarus nomine de numero uexillariorum notissimus potator, cum ad bibendum eundem prouocasset, situlas duas plenas uero duxit, & toto postea conuiuiosobrius fuit. Et cum ei Barbarus diceret. Quare non feces bibisti? respondit ille. Stulte terra nõ bibitur. Leuia persequimur, cum maiora dicenda sint. Hic ergo contra Aurelianum sumpsit imperium ad



defendendas partes, quæ superant Zenobie. Sed Aureliano de Carris redeunte superatus est. Multi dicunt laqueo uitam eum finisse, aliud edictis suis ostendit, nãq; cum eum uicisset, tale edictum Romæ proponi iussit. Amantissimo sui Po. Ro. Aurelianus Augustus. S. D. Pacato undiq; gentium toto, qua patet, orbe terrarum, Firmum etiam latronem Aegyptium barbaricis motibus æstuantem, & sceminei propudij reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugauimus, ob sedimus, cruciamimus, et occidimus. Nihil est romulei Quirites, quod timere possitis. Canõ Aegypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, integer ueniet, si uobis cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cum prætorianis affectio. Ego efficiam, ne sit aliqua sollicitudo Romana. Vacate ludis, vacate circensibus. Nos publicæ necessitates teneant. Vos occupent uoluptates. Quare sanctissimi Quirites, & reliqua. Hæc nos de Firmo cognouisse scire debuisti, sed digna memoratu. Nam ea, quæ de illo Aurelius Festinus libertus Aureliani sigillatim retulit, si uis cognoscere, eundem oportet legas, maxime cum dicat Firmum eundem inter crocodilos unctum crocodilorum adipibus natasse, & elephantum rexisse, et hippopotamos edisse, & sedentem in gentibus struthionibus uectum esse, & quasi uoluisse. Sed hæc scire quid prodest? Cũ & Iunius, & Sallustius taceant res leues de ijs, quorum uitas scribendas arripuerint, non enim scimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas. T. Annius Milo, aut utrũ in scro equo sederit Catilina an sardo. Vel quali chlamyde Pompeius usus fuerit, an purpura. Quare finem de Firmo faciemus ueni-

rit, an purpura. Quare finem de Firmo faciemus ueni-  
 entes ad Saturninum, qui contra Probum imperium  
 sibi in orientis partibus uindicauit.

DE SATURNINO.

Saturninus oriundus fuit Gallis ex gente hominum inqetissima, & auida semper uel faciendi principis, uel imperij. Huic inter cæteros duces, qui uere sumus uideretur, Aurelianus limitis orientalis ducatum dedit sapienter præcipiens ne unq. Aegyptum uideret. Cogitabat. n. quantum uidemus uir prudentissimus Galloꝝ naturam, & uerebatur, ne si perturbatam ciuitatem uidisset, quò eum natura ducebat e societate quoq; hominum duceretur. Sunt. n. Aegyptij, ut satis nosti, uiri uetosi, furibundi, iniuriosi, atq; adeo auidi nouarũ rerũ, liberi usq; ad cantilenas publicas cupientes, uersificatores, epigrammatarij, mathematici, aruspices, medici. Nam & Christiani, Samaritæ, & quibus presentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. Ac ne quis mihi Aegyptioꝝ irascatur, et meum esse credat, quod in litteras retuli, Adriani epistolam ex libris Phlegontis liberti eius proditam, ex qua penitus Aegyptioꝝ uita detegitur, indidi. Adrianus Aug. Seruiano COS. S. Aegyptum, quã nihil laudabas Seruiane carissime, totam didici leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta uolitantem. Illi qui, Serapim colunt, Christiani sunt, & deuoti sunt Serapi, qui se Christiani episcopos dicunt. Nemo illic archisynagogus Iu-

• dæoram, nemo Samarites, nemo Christianorum præ  
 • sbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes.  
 • Ipse ille patriarcha, cum Aegyptum uenerit, ab alijs  
 • Serapidem adorare, ab alijs cogitur Christum, genus  
 • hominum seditiosissimum, uanissimum, iniuriosissi-  
 • mum, ciuitas opulenta, diues, fœcunda, in qua nemo  
 • uiuat ociosus. Alij vitrum pflant, ab alijs charta con-  
 • ficitur, oēs certe limphiones cuiuscunq; artis & ui-  
 • dentur, & habent. Podagrosi qđ agant habent cœci  
 • qđ agant habent, cœci quod faciant, ne chiragrici qđ  
 • dem apud eos ociosi uiuunt. Vnus illis deus est, hunc  
 • Christiani, hunc Iudæi, hunc oēs uenerantur, & gen-  
 • tes, & utinam melius esset morata ciuitas digna pro-  
 • fecto sui profunditate, quæ pro sui magnitudine totius  
 • Aegypti teneat principatum. Huic ego uincta conces-  
 • si, uetera priuilegia reddidi, noua sic addidi, ut præ-  
 • senti gratias agerent, deniq; ut primum inde disces-  
 • si, & in filium meum Verum multa dixerūt. Et de  
 • Antinoo quæ dixerunt comperisse te credo nihil il-  
 • lis opto, nisi ut suis pullis alantur, quos quæ admodū  
 • fœcundant, pudet dicere. Calices tibi albos, fortes, di-  
 • uersi coloris transmissi, quos mihi sacerdos tēpli obtu-  
 • lit tibi, & sorori meæ specialiter dedicatos, quos tu ue-  
 • lim festis diebus cōuiujs adhibeas. Caueas tñ, ne his  
 • Africanus noster indulgenter utatur. Hæc ergo cogi-  
 • tans de Aegyptijs Aurelianus iusserat, ne Saturninus  
 • Aegyptum uideret, & mente qđem diuina. Nam ut  
 • primum Aegyptij magnam potestatem ad se uenif-  
 • se uiderunt, statim clamauerunt. Saturnine Aug.  
 • dij te seruent, & ille qđem, qđ negari non potest, uir  
 sapiens,

sapiens, de Alexandrina ciuitate mox fugit, atq; ad  
 Palestinam redijt. Ibi tamen cum cogitare cœpisset  
 tutum sibi non esse, si priuatus uiueret, deposita pur-  
 pura ex simulachro Veneris, cum chlamyde uxor-  
 ria militibus circumstantibus amictus, & adornatus  
 est. Auum meum saepe dicentem audiui se interfuisse,  
 cum ille adoraretur. Flebat inquit, & dicebat, neces-  
 sarium, si non arroganter dicam, Resp. uirum per-  
 didit. Ego certe instaurauit Gallias. Ego à mauris pos-  
 sessam Africam reddidi. Ego Hispanias pacauit. Sed  
 quid prodest? omnia hæc affectato semel honore per-  
 rierunt. Et cum eum animarent, uel ad uitam uel ad  
 imperium, qui induerunt purpuram, in hæc uerba  
 disseruit. Nescitis amici, quid mali sit imperare. Glor-  
 dij, & tela nostris ceruicibus impendent, imminēt  
 hasta undiq; undiq; spicula, ipsi custodes timentur,  
 ipsi comites formidantur, non cibus pro uoluptate,  
 non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non  
 arma pro studio. Adde quod omnis ætas in imperio  
 reprehenditur. Senex est quispiam, inhabilis uide-  
 tur, sin minus, inest furor, nam quod imperatores  
 me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis. Sed ha-  
 bes solatium mortis, solus perire non potero. M. Sal-  
 uidiennus hanc ipsius orationem uere fuisse dicit, &  
 fuit re uera non paruum litteratus. Nam & in Afric-  
 ca rhetoricæ operam dederat, Romæ frequentauer-  
 rat pergulas magistrales. Et ne longius progrediar,  
 dicendum est, quod præcipue ad hunc pertinet. Erra-  
 re quosdam scio, & putare hunc esse Saturnum qui  
 Galieni temporibus imperium occupauit, cum is

longe alius fuit. Etiam Probo penè nolente sit occisus  
Fertur autem Probus & clementes ad eū litteras saepe  
mississe, et ueniam esse pollicitū, sed milites, qui cū  
eo fuerant, non credidisse. Obsessum denique in ca-  
stro quodam ab ijs, quos Probus miserat, inuito Pro-  
bo esse iugulatum. Longum est frivola quæq; conne-  
ctere, et odiosum dicere, Quali statura fuerit, quo cor-  
pore, quo decore, quid biberit, quid comederit, ab ali-  
is ista dicantur. Quæ propè ad exemplum nihil pro-  
sunt. Nos ad ea, quæ sunt dicenda, redeamus.

#### DE PROCULO.

**P**roculo patria Albigauni fuere positi in  
alpibus maritimis domi nobiles, sed ma-  
ioribus latrocinantibus, atq; adeo pecor-  
re, ac seruis, & ijs rebus, quas adduxe-  
rat, satis diues. Fertur deniq; eo tempore, quo sumpsit  
imperium, duo millia seruorum suorum armasse. Huic  
uxor uirago, q̄ illum in hanc precipitauit dementiā no-  
mine Sampso, qd̄ ei postea inditum est. Nā antea Vi-  
turgia noiata est. Filius Herennianus, quē & ipsum  
quinquenniū si impleisset (ita. n. loquebatur) dicasset  
imperio. Homo, qd̄ negari non potest, optimus, idēq;  
fortissimus, ipse quoq; latrocinij assuetus, qui tñ ar-  
matam semper egerit uitam. Nā & multis legionibus  
tribunus praefuit, & fortia edidit facta, & qm̄ mini-  
ma quæq; iucunda sunt, atq; habent aliquid gratiæ,  
cum leguntur, tacendū non est, qd̄ & ipse gloriatur  
in quadā sua epistola, quā ipsam melius est ponere, q̄

de ea plurimū dicere. Proculus Metiano affini. S. D.  
Centum ex Sarmatia uirgines cepi. Ex his una nocte  
decem iniui, omnes tñ, qd̄ in me erat, mulieres intra  
dies XV. reddidi. Gloriatur, ut uidēs, rē ineptā, & sa-  
tis libidinosam, atq; inter fortes se haberi credit, si cri-  
minum densitate calescat. Hic tamē, cum etiam post  
honores militares se improbe, et libidinosē, tamen for-  
titer, ageret, hortantibus Lugdunensibus, qui & ab  
Aureliano grauiter contusi uidebantur, & Probum  
uehementissime pertinescebant, in imperium uocita-  
tus est ludo penè, & ioco, ut Onesimus dicit, qd̄ qui-  
dem apud nullum alium reperisse me scio. Nam cū  
in quodam conuiuio ad latrunculos luderetur, atq;  
ipse decies imperator exisset, quidam non ignobilis  
scurra, Aue inquit, Auguste. Allataq; lana purpurea,  
humeris eius iunxit, eumq; adorauit, timor inde cō-  
sciorum, atq; inde iam exercitus tentatio, & imper-  
rij. Non nihilum tamen Gallis profuit. Nam Alemā-  
nos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, nō sine glo-  
ria splendore contriuit, nunquam aliter q̄ latrocinā-  
di pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum usq;  
ad ultimas terras, & cupientem in Francorum au-  
xilium uenire, à quibus originem se trahere ipse dice-  
bat, ipsis prodentibus Francis, quibus familiare est ri-  
dendo fidem frangere, uicit, et interemit. Posterī eius  
etiam nūc apud Albigaunos agunt, qui ioco solent  
dicere, sibi non placere esse uel principes, uel latrōes.  
Hæc digna memoratu de Proculo didicisse memini.  
Veniamus ad Bonosum, de quo multo minor a con-  
didi.



DE BONOSO.

b Onosus homo Hispaniensis fuit, origine Britanus, Galla tamen matre, ut ipse dicebat, Rhetoris filius, ut ab aliis comperi, pædagogii litterarij, parvulus patrē amisit, atq; à matre fortissima educatus, litterarum nihil didicit. Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites, duxit ordines, tribunatus egit, dux militis rhœtici fuit, bibit quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus sæpe dicebat. Non ut uiuat natus est, sed ut bibat. Quem quidem diu in honore habuit causa militiæ. Nam siquãdo legati Barbarorum undecunq; gentium uenissent, ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atq; ab his per unum cuncta cognosceret. Ipse quantumlibet bibisset, semper securus, & sobrius, & ut Onesimus dicit scriptor uitæ Probi, adhuc in uino prudentior. Habuit præterea rem mirabilem, ut quantum bibisset, tantum mingeret, neq; unquam aut eius pectus, aut uenter, aut uesica grauaretur. Hic idem, cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incendissent, timore ne pœnas daret, sumpsit imperium, idq; diutius tenuit, q̄ rebatur. Nam longo, grauique certamine à Probo superatus, laqueo uitam finiuit. Tunc quidem iocus exitit. Amphoram pendere non hominem. Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit. Uxorem quoq; eius in honore habitã, & usq; ad mortem salario præstitit. Fuisse enim dicitur, ut & annus meus dicebat, scœmina singularis exē

pli, & familiae nobilis gentis Gotthicæ, quã illi Aurelianus uxorem iccirco dederat, ut per eum à Gothis cuncta cognosceret. Erat enim illa uirgo regalis. Extant litteræ ad senatum Thraciarum scriptæ, de ijs nuptijs, & donis, quæ Aurelianus Bonoso dari nuptiarum causa iussit, quas ego inserui. Aurelianus Augustus Gallonio Auito. S. Superioribus litteris scripsit, ut optimates Gotthicas apud Perinthum collocares decretis salarijs, non ut singuli acciperent, sed ut septem simul unum conuiuium haberent. Cum enim diuisæ accipiunt, & illæ parum sumunt, & Respublica plurimum perdit. Nunc tamen, quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta breue infra scriptum omnia, quæ præcipimus, sumptu etiam publico nuptias celebrabis. Breuis numerus fuit. tunicas palliolatas, hyacinthinas, subsericas, tunicam auro clauatam subsericam librilem unam. interulas dilores duas, & reliqua quæ matronæ conueniunt. Ipsi dabis aureos Philippeos centum, argenteos Antoninianos mille. æris HS decies. Hæc me legisse teneo de Bonoso, & potui, quidem horum uitam præterire, quos nemo quærebat. Attamen, nequid fidei deesset, etiam de ijs, quæ dediceram, intimidanda curavi. Super sunt mihi Carus, Carinus, & Numerianus, nam Dioclitianus. & qui sequuntur maiore stylo dicendi sunt.

ORATIO HELIOGABALI ROMA  
NORVM IMPERATORIS, HA  
BITA IN CONCIONE AD  
MERETRICES, QVAM  
A LEONARDO ARE  
TINO COMPOSI  
TAM PLERI  
QVE CRE  
DVNT.

*Incredibilis me libido habet commilitones. Et uehementem in me ardorem concitari sentio, cum multitudine uestra circumseptum me undique, stipatumque conspicio. Quippe quam aut alteram uestrum intuens incalere soleam, quas nunc, cum tot libidine flagrant, ac me in complexum prouocantes oculos, tot procarces uultus, tot nuda pectora, ac se ultrò exhibentes papillas cerno, cupiditatis flammam in me ardere aestimatis? Sed continebo ipse me parumper, et contra meam consuetudinem frenum cupiditati meae, dum uobis pauca loquor, imponam. Erit autem mea oratio uobis, ut opinor, non ingrata, nec aliena à disciplina uestra. Atque ante omnia nulli admiratio esse debet, si uos nomine commilitones appello. Nam militat profecto omnis amans, et habet Cupido sua castra nec equidem captandae apud uos gratiae causa eo nomine utor. Alijs namque modis, ut pleraque uestrum bene expertae sunt, uos conciliare mihi soleo. Verum*

*ita res est, non ego in hoc glorioso exercitu imperator sum, sed miles, ac si uera fateri uolumus, gregarius miles. Non enim Populi Romani hic exercitus est sed Cupidinis. Arma hic uideo non pila, non gladios, sed et arcus, et faces, nec uexilla rubra hic cerno, quod Romanis signum pugnae proponi consuevit, sed centones candidatos. His armis non Populi Romani, sed Cupidinis miles uti solet. his ille puer signis castra sua declarat. Ex quo maxime audaciam eius admirari licet, cum in media Roma uictoricae omnium urbe ipse uictor castrametatus est, iuraque lasciuiae in medio foro exercet in contemptum auctoritatis Senatus et in derisionem censoriae notae. Cum uero in hac urbe tantum mihi liceat, quantum libet, et cum uniuersa natus meus, uoluntasque moderetur, statui uobis in unum coactis publice referre, quae iam pridem singula uestrum à me saepius audiui. Iam antea quod scitis commilitones, me amplissimis uerbis commendationem uestram in edicto meo comprehendisse. Et quam hanc uestram artem egregiam, preclaram, locupletem, urbanam, utilissimam etiam Reipublicae. Et maxime liberis hominibus dignam existimabam, non solum uos hortatus fui ad ipsius cultum atque profectum, uerum etiam matronis Romanis et maxime forma insignibus persuadere institui, ut huic gloriose arti se traderent. Haec me tunc admonentem, et non solum impunitatem, uerum etiam immunitatem, salariaque insuper ex publico aulario statuentem incassum monuisse uideor. parumque meis conatibus profecisse. Nam ex tanta multitudine Romanarum matronarum nullae ob id magis me*

retriciam professæ sunt, sed quodam fatuo pudore,  
ac de genere timiditate adductæ, cum re uera omnes  
meretricentur, clam tamen potius quàm palam id efficer  
re nituntur, & uos, quæ hanc religionem professæ,  
nomina uestra in matriculis scribenda publice tradi  
distis, nescio quomodo tepescere uide mini, & parum  
alacrem operam arti uestræ præstare. Cum itaq; edi  
ctis meis parum profecerim, uiuis affatibus agendū  
putaui. Vnde uos hodie monere omnes, & excitare  
placuit, & uoluntatem meam planissime aperire.  
Sed ante quàm ad uos, & causam uestram accedam, cas  
ti genus fatuitatem matrōarum nostrarum. Loquor  
de Romanis, socijsq; latini nominis, quæ cum omnes  
cupiant, atq; id factitent, profiteri tamen, & nomina  
dare, ac prodire in publicum erubescunt. A quibus li  
benter peterem, quid tandem hoc sit, quod tantopere  
uereantur. An fortasse meretricij nomen eas mouet, quæ  
meretricis inest metio. et mercenaria uidetur opera?  
Detraherent hoc quantumlibet, tamen utcumq; faciāt,  
& siue domi sese contineant, siue in publico uersentur,  
iam antea meretrices sunt. Nec equidem uideo quid  
sordis huic uerbo insit. Nam & milites quoq; mereri,  
& emerita stipendia, & honorem, et præmia me  
reri, & magna merita appellamus. Nec dubitandū  
est, quin omnes, quæ modo aliquid merentur, meretri  
ces sint nuncupandæ, siquidem & illas, quæ aliquid  
inueniunt, inuentrices, et quæ uicerunt, uictrices cer  
te appellamus. In eo diu taxat differentia est, si non  
mercede pecuniaria, sed libidine, flammaq; allectæ  
sui copiam faciant. Quod iam antea ne à quaquā fier

ret, edixi & uelut aduocatis fori Prætoriani salariæ  
ex publico dari consueuerunt, nec ab accedentibus re  
cipere quicquam possint, ne, quod turpissimum est,  
aliqui propter pecuniam negotium faciant, uel non fa  
ciant, sic ego omnibus meretriciam artem professis sa  
laria publica idē tidem constitui, ne pecunia, aut mer  
cede aliqua, sed gratuito ardore negotium feceritis.  
At nomen quod non timent, sed re ipsam. Pro dij boni  
hoc ne Clodia, & Paulina timent? hoc Casenia, &  
Seruilia, hoc Pompeia, uel Quintia, uel Octauia, uel  
aliæ innumerabiles huius urbis scemina nobiles, igno  
biles, uiduæ, maritæ. Nam si quis diligenter perquirere  
uoluerit, tot ferme lupanaria in hac urbe sunt, quot  
domus. Hoc igitur pamescunt, quod iam pridem facti  
tant? Quis istarum ineptias iam tolerabit? Quis ista  
dicentes ferre poterit? Dies me certe deficiet, si per gā  
adulterorum nomina, & supra cum incestibus uo  
bis narrare, quæ mihi uni nota sunt. Sed nolo esse in  
singulis occupatus, nolo huius, uel illius matronæ amo  
res, concubitusq; referre, quin etiam mitto ciues, mitto  
aduenas, mitto adolescentes, quibus præter præstanti  
am formæ, & ætatis florem nullum mortale lumen  
est clausum. At quis seruus, quis uillicus, quis agaso,  
quis aquarius, quis pistor, per uicos iam transire po  
test, quem mulieres nostræ blāditiæ familiaris nō ap  
prehenderit? Quod quidem laudo, nec mihi grati  
us esse quicquam potest. Sed quæ ista fecerint, qua ra  
tione ab huiusmodi arte se abhorrere sin gunt, aut for  
midare iam possunt? Esset uero ut mihi quidem uide  
tur, longe tolerabilius, si palam, & publice hoc ager



rent. Nam mea quidem sententia inter uos, atq; alias tanta differentia est, quanta inter milites, & grassatores, iustumq; bellū, & latrocinium. Vos palam in acie proditis, committitis praelium aperte signa praeferentes, & classica. Illis uero cum non tantum sit animi, ut praeliari aperte queant, clanculum sine signis latrocinantur. domiq; & per uicos insidias tendunt, incautosq; aggrediuntur. Quasi uero inter limina aut patrijs dentaxat laribus meretricari liceat, alibi uero non liceat. At maioris sit gloriae in finibus suis praedam capere, quam in alienis. Sed de mulieribus nostris ipse uidero aliquando, experiarq; profecto, an minus mihi Romae liceat, quam ipsae sibi finxerint licere. Etenim mihi cordi est comitones, quam nec ubi antehac meum propositum aperui, nec non uereor quomodo uos acceptura sitis, sed tamen dicam, quoniam hic mihi bellissimus ad hanc rem mirandam uidetur locus in tanta uestra frequentia. Est inquam mihi cordi legem ferre, per quam mulieres omnes fiant communes. Et erit dijs iuuantibus tibi gloriosa lex, & maxime utilis, ac fructuosa non solum ad augendam, & multiplicandam sobolem, uerum etiam ad lucrum, ac iucunditatem. Etenim maius quam lucrum esse uellum potest, quam pro uno dimisso, ac non dimisso quidem sed intermisso centum millia accipere? Aut quam uoluptas maior quam nullis legibus astringi, sed uagari latissime, & similem, consentaneumq; suis moribus reperire? Iurgia discordiae, & lites, quae crebra inter coniuges, et acerba ex diuersitate, ac dissimilitudine morum, uoluntatemq; oriri solent, omnia

178  
necessabunt pares, ac similes, quantum libuerit sese ultra coniungent, disiungentq; O felix ciuitas, o beata Resp. o fortunati iuuenes, fortunataeq; puellae quanto deorum beneficio in mea tempora reseruati estis? quanto praeclarus uobiscum agitur, quam cum illis actum fuit, qui sub regum, consulumq; seueritate uixerunt. Illi durissimis legibus & omnia, quae cupiebant, prohibentes paruerunt. Vos quicquid placitum fuerit oculis, aut concupierit animus, continuo eius compotes fietis. Sed haec, & plura alia dicentur ad populum cum huiusmodi legem promulgabo. Nunc uero non tam propositum meum, quam aestus quidam desiderij me traxit ad ista pertingenda. Sed iam ceteris omissis, ad uos commilitones mea omnis conuertitur oratio. quam oro, atq; obsecro, ut cum pro uestra causa dico beneuole suscipiatis. Errat uehementer iudicio meo commilitones, si quis putat id tantum a uobis professionem uestram postulare, ut petentibus noctem, aut concubitum non denegetis. Non enim hoc solum ars uestra efflagitat, nec dux ipse, cui militatis, Cupido hoc contentus est, nec per hunc modum satis fieri sibi putat. hunc audiatis, non generosi imperatoris est expectare impetum hostium, sed inferre. Vos obuiam procedatis oportet. Vos alienae pudicitiae castra inuadere, ac omni arte, omniq; apparatu oppugnare debetis. Vos longe uagari a stationibus, & praedam scilicet perquirere, nec tantum compellere uiros, sed etiam compellere, ac, si opus sit, uiolentiam asferre. Magna quidem illecebrae sunt

blandimenta, & artes, sed ubi illa non sufficiunt, eti-  
am manus iniiciendae sunt uiris, & quasi mancipia  
trahendi. Hae sunt partes uestrae, hoc militiae munus.  
haec professio ipsa à uobis efflagitat. Nam ut arbi-  
trij & deliberationis nostrae ab initio est, an artem,  
uel facultatem quampiam suscipiamus, sic ubi susce-  
peris, nulla excusatio esse potest, si negligenter, aut fri-  
gide illam exequaris. Nolle enim non uidemur id,  
quod professi sumus, & in quo persistemus, sed tur-  
pissimum est nescire, & inferioris ingenij, ac robo-  
ris esse. Vnde boni, & mali secundum ipsam artem  
nuncupamur. Malus agricola, qui parum frugaliter  
agriculturam exercet. Malus item miles, qui parum  
alacrem operam rei militari praebet. Bonus gladi-  
ator, qui frequenter, & prompte in arena decertat.  
Vos ergo committere uultis, ut non solum meretri-  
ces, uerum etiam male meretrices appellari merito  
possitis. Absit hoc à fortuna uestra. Commilitones et  
quemadmodum nunc magnis uocibus promptissi-  
me reclamatis, sic etiam rebus ipsis hanc ignominiam  
à uobis repellatis. Sed cum multa sint, quae meretri-  
ciam frugalitatem impedire queant, & laudè, ac no-  
mini uestro officere, duo tamen uelut capita, & fun-  
damenta malorum omnium à uobis diligentissime  
fugienda esse censeo. & omni ratione providendum  
ut frigiditatem ex cordibus, & pudorem ex mentibus  
uestris penitus extirpetis. Haec enim duo cū ipsi  
deo, cuius ductu, auspicioq; militatis maxime omni-  
um inimica sint, tum per se ipsa ualde inepta, Quid  
enim ineptius esse potest quam in medijs flammis al-

gere, aut quid ridiculosius, quam cum pudicitiam non  
abieceris modo, sed bene, atq; grauius utraq; planta  
calcaueris, pudorem tamen stultissime retinere. Frigidus  
miles secundum Cupidinis legem legis capite ple-  
cti debet. Verecundus autem ignominiae causa remitti.  
Et merito quidem. Alterum Cupido in castris suis ex-  
ploratorem putauit esse, non militem. Alterum arma,  
quibus congregari & aduersarium superare possit,  
non habere. Itaq; non immerito ignominiae poenam  
reportant. Quod nam malum est iste impudicus pu-  
dor? aut quid sibi uult ista puellaris uerecundia? Om-  
nis pudor nihil aliud est quam timiditas et sui ipsius  
diffidentia. Generosi animi est, cupiditatem suam om-  
nino explere, ac, dum id faciat, opiniones hominum  
pro nihilo habere. Delectauit me nupstantem pro aede  
Telluris mulier uestri exercitus non aetate, sed sensu, ex-  
ercitationeq; ueterana cum adulescentem per medium forum tra-  
sente arripies disuauitata fuit. Diu boni quantum lenitiae in fo-  
ro, quantum risus ab omnibus exortum est. Repugna-  
bat stultus adulescens rubore perfusus. At illa audax  
nihil uerita quasi uictrix exultans disuauiabatur mor-  
dens etiam non unquam. A qua cum peteretur quid  
ita faceret, nihil aliud respondit, quam se illum ama-  
re. Praeclara mehercule uox & plus quam iustissima  
allegatio, ac proculdubio uera libertas, quae non legi-  
bus paret, nec appetiui imperat, sed naturae obtem-  
perat, eamq; ut optimam sequitur ducem. Inuidisse  
mihi uidentur legum latores felicitati plebis, cum prae-  
claras uoluptates, in quibus beatitudo uita consistit,  
per suas leges prohibuerunt, omnia dura iubentes, oia

dulcia uetantes. Verum hanc duritiem, & asperitatem legum mea lenitatis erit emendare. Vos autem interea hortor, ut exempla ueteranorum uobis ante oculos proponatis, nec solum impudentiae, uerū etiā ceterarum rerum, quae ad meretricia pertinent. Nullus fermè earum gestus, si quis diligenter inspiciat, artificio caret. Non uox, non manus, non oculus, non supercilium, non labia, non lingua, non genu, nō pes, non tibia iners unquam inuenietur. In quorum imitationem uos diligentissime tradere debetis, & enixissime conari, ut pares, ac similes illis efficiamini. Nam si dura, & laboriosa essent, ad quorum studiū uos cohortor, tamen pro adipiscenda artis uestrae laude, esset à uobis omni conatu in illis elaborandum. Cum autem non modo facilia sint, uerum etiam dulcia, ac uoluptaria, quae nam uos excusatio tutari potest, quo minus ad summum gradum eiusdem artis assidua exercitatione contenderimus? Accedit quod amplexus, & basia, ceteraq; perfectae libidinis opera, quae duris legibus antea coercebantur, non solum permissorem habent, uerum etiam fautorem, atq; suasorem, qualem uideatis. Ego nanq; in hoc dignitatis gradu constitutus omnia concedo, omnia permitto, omnia uobis licere uolo excipiens nihil nec locū, nec tempus, nec personam. Quare excitemini precor, & alacriter, ac prompte operi uestro incumbite, nec expectate, ut petamini, sed uos ultro offerte, ac postposito omni fatuo, atq; de genere pudore, per uicos, per plateas, per fora, per campos, per theatra, per ipsa deniq; immortalium deorum templa discurrite, capi

te, rapite, seducite omni tempore omne genus hominum, omnis quidem aetatis, sed praecipue adolefcētes. Quantum ad augustalem munificentiam attinet, ut in sanguinolenta Martis militia, coronae murales, nauales, ciuicæ, rostrataeq; fortibus uiris praeposita sunt, sic ut quaeq; uestrū egregia lasciuia opa ediderit, in hac Cupidinis militia dona magnifica reportabit.



AD GALEOTVM RVVEREV M TI  
 tulli. S.P. ad Vincula presbyterum Cardina  
 lem Sanctæ Ro. Ecclesiæ. Vicecancellariū  
 Scipionis Carteromachi in Aristi  
 dis orationē de Vrbe Romæ  
 è Græco in latinū con  
 uersam, Epistola.

NIMADVERTI Galeote  
 Pater amplissime iam diu expecta  
 re te græcum aliquid à nobis lati  
 nitate donatum. Ego uero qui te eo  
 desiderio flagrare intelligerem diu  
 quoq; & ipse mecum animo agita  
 ui, quid nam tandem tibi inscriberem, quod si non desir  
 derium tuum prorsus impleret, expectationem saltem  
 penitus non eluderet. Cum aut te, si quando à grauiori  
 bus curis maximisq; negocijs, qbus assidue distineris,  
 animum remittere libuerit, uenandi studio teneri maxi  
 me uiderem. Quod id ut Pollux inquit & heroicū sit  
 & regium. Ut uero Flaccus noster Romanis solempne  
 uiris opus, utile famæ & membris, cœpi mecum cogi  
 tare, num eiusmodi aliquod scriptum apud græcos ha  
 beretur, subitq; continuo Xenophon Philosophus in pri  
 mis egregius, sed nec minor orator, aut imperator, q  
 ea de re libellum edidisset. Dum itaq; eum mihi statuo  
 transferendum, ac græcū uolumen diligentius inuesti  
 go, occurrit latinum factum ab alio. Ne itaq; quod di  
 citur alieno ingenio sapere uelle uiderer mutata sentē  
 tia, aliud mihi uertendum proposui. Quod si nō parena

tibi uoluptatem esset allaturum, maiori certe admirati  
oni futurum, ac pro rei magnitudine, magis esset di  
gnitati tuae forsitan responsurum. Nam si magnos uir  
ros, magnis rebus, ac maximos maximis denuumque  
pro dignitate quenq; prosequi debemus. Cum tu rebus  
omnibus magnus sis, ac penè etiam maximus, non uir  
deo quem maiora deceant. Maius autè Roma nihil un  
quam fuisse omnium testimonio iampridem in confesso  
est. Nos itaq; Romam tibi largiri cogitamus, non eam  
quae à Romanis olim imperatoribus uestrae, hoc est sū  
morum Pontificum ditioni, uel donata uel concessa, uel  
recuperata, uel ut lubet, aliter tradita fertur. Hoc est  
non moenia ipsa sicut ac uetustate collabentia, non aedifi  
cia aut diruta, aut ruitura. Non solum deniq; ipsum,  
cuiusuis dominati ac libidini obnoxium, sed immortalē  
urbis famam, sed sempiternam ciuitatis gloriam, sed Ro  
manum nomen Aristidis arte, ingenio, doctrina, elabo  
ratum, oratoris, ueterum confessione clarissimi, ob idq;  
Romanis aliquot imperatoribus Marcoq; potissimum  
gratissimi, simulque acceptissimi. In quorum gratiam  
uir doctissimus hanc quae prae manibus est, edidit ora  
tionem, & luculentam & grauem, quam nos sicut nō  
pari laude latinā factā, qua graece composita extat, ita  
non parem apud te gratiam promeriti, quam ille apud  
imperatores promeritus creditur. Quamcumq; tamen  
aucupati tuo nomini uel si pateris etiam minimi dica  
mus. Quod pluribus de causis conuenire tibi maxime  
duximus, tum quia Romanus merito censeri debeas, cū  
Roma natus, educatusq; sis, proptereaq; urbem ipsam  
ueluti patriam ita tuo complectare, ut Romanos omnes

282  
ui & ipsos studiosissimos deiectos aliquantulum, &  
quasi iacentes & erigas & adtollas. Tum quia inter  
Romanos ac Purpuratos Antistites (tametsi Iunior) pe  
nè principatum obtineas cum opibus tum dignitate,  
quas Auunculus tuus Iulius secundus Pontifex Maxi  
mus, non tam necessitudine motus, quam animi iudici  
o, ut est omnium acerrimo, quasiq; futuri praesagio lar  
gissime simul ac benignissime cumulauit. Vidit profes  
so diuus omnium diuinissimus principio non magis  
dignitatem illam splendoris tibi quicquam esse allutu  
ram, q̄ te eam prorsus illustraturum. Deinde & opes  
ipsas, non tam facultates quam uirtutum occasiones atq;  
exercitamenta futuras. Quid enim te humanius aut è,  
aut esse potest? Quid benignius? Quid deniq; liber ali  
us? Beneficium accepisse te arbitraris, cum beneficium  
in aliquem, non tam de te quam de qua uis re, aut ho  
mine benemeritum contulisti. Nemo te unquam adiit,  
quin uerbis primum placidissimis exceptus, deinde et  
re auctus discesserit. Quin aduentantibus omnibus ita  
expositus es, ultroq; te ipsum offers, ut premi potius, ur  
geriq; & quasi negotiorum multitudine obrui patiare  
q̄ infecta re quēq; abs te remigrare. Studiosos praeterea,  
atq; ingeniosos omnes, cuiusuis aut doctrinae, aut ar  
tis, ita diligenter conquiris, ut nemo tam in abditis tē  
in remotis degat, quem tibi ignotum esse patiare. Con  
quisitos Porro aut trahis ad te uti ferrum Hercules la  
pis, aut si homines non possis, aliquid aut artis, aut in  
genij illoꝝ habere apud te gestias. Dicerem de me, nisi  
pudor atq; adulādi suspitio prohiberet, sed certe, ut alia  
omittā tāta me es aut oīa humanitate prosecutus, ut cū

te pleriq; omnes petat, ut apud te sint quouis nomine,  
Tu me domi tuae ultro & quasi subinuitatum acceperis.  
Quin ad ea in nos officia descendisti, ut collaudares atq; ornares, cum apud alios, tum apud Pontificem ipsum, ut plus tua unius praedicatione commendatio neq; apud maximorum uirorum animos & beneuolentiae nobis accesserit & gratiae q̄ ipsemet mihi mea opera aut industria ualeam comparare. Sed haec malo ex alijs, q̄ ex me audiant homines. Illud silentio praeterire non possum q̄ cum nos studijs deditos prorsus aduertes, ad facietatem ijs ipsis nobis frui mandasti, ac pro arbitrari nostro, Ita tamen otium condonasti, ut uelis nonnunquam illius & tu esse particeps, aut enim confabulando nos tenes dum studiosum aliquid in quaestione reuocas, aut ad uertendum graecum aliqd hortaris cuius lectione, aut moribus uitaeq; instituto proficias, aut reze cognitione. Quare ut morem tibi aliquando gereremus ab Aristidis potissimum Roma initium auspiciati sumus, q̄ foeliciter nescio sed certe libentissime. Nam cum eum ego scriptorem admiratus semper fuerim, atq; eius orationes audissime lectitarim, Quippe quae ornatae, quae elegantes, quae atticae, quae plena doctrina ingenio atq; arte constant, Tum Romanam quoq; urbem ita animo semper fuit, ut nihil libentius aut frequentius memoria usurparim quam Romanum nomen. Nam praeterquam q̄ alumna est urbs studiorum meorum, quippe quae non modo primis me imbuerit elementis, sed altioribus quoq; disciplinis instituerit. Tum maiestatis adhuc, & quasi diuinitatis nescio qd retinere uidetur, quod latinis omnibus atq; italjs per-

287  
petitae uenerationi esse debeat ob immortalia gesta. Quid enim tam Italum nomen illustrauit? Quid tam formidolosum prius post te colendum barbaris reddidit. Quid tam sanctissimis legibus, optimisq; institutis totum perne orbem impleuit, impletum uero pacatiorem notiore ue parauit. Vnde demum plura bene uiuendi exempla aut petuntur, aut peti possunt. Sed de his audiendus est Aristides, qui ne se quidem tantae urbis laudibus sufficere posse praedicauit. Nos quod possumus illud tibi Galeote de caetero pollicemur, si nostrum hoc uertendi studium non improbaris, maiora quandoq; esse ausuros. Quod ut liberius facere possimus. Rogo tua nos benignitate sustentare ne desinas. Vale.

Scip. Carteromachi ad eundem Carmen.

Oma licet p te Populis sis cognita cunctis,  
Et pateat late nomen ubiq; tuum.  
Debet Aristidi multum tua fama supstes.  
Externo longe clarior eloquio.  
Nunc quoq; cum data sis oculis spectanda latinis,  
Ipse tibi uideor non tribuisse nihil.  
Haec tamen est omnis Galeoti gratia, cuius  
Quicquid id est faustis scribimus auspicijs.  
Romulea ualeant prisca incunabula ficus  
Sub quercu aspiceris Roma eadem & legeris.  
Abdita graeca inter caeca & monumenta latebras,  
Ignota & Populo Roma uirisq; tuis.  
Affulsit donec Galeotti Numen, & ore  
Romano inssit te tibi restitui.



*Vis generis quanta est? ueterem ut sua roma figuram  
Accipiat, qua uis Iulius arte parat.  
Ut quas græca illi tribuit facundia laudes  
Ipsa suas uideat, tu Galeotte facis.*

ARISTIDIS ORATIO DE  
VRBE ROMA.

*St hoc in more positum nauigantibus  
iterq; facientibus, ut uoueant, quæ cui  
q; in mentem uenerint. Iam enim poe  
ta quidam cauillans inquit uouere se  
auricorne thys. Nos uero dum huc na  
uigationē, iterq; dirigeremus, uota hæc nuncupauimus  
non inconcinna, nec à musis, aut ab arte aliena, si sospi  
tes euaderemus. Salutatuos nos palam, atq; in medio  
omnium urbem ipsam, orationem porrò uouere, quæ cū  
urbe æquaretur minime dabatur. Sed proculdubio alio  
insuper uoto opus fuisset ac fortasse etiam maiori, ut  
eiusmodi suscipere quispiam posset orationem, quæ  
tantam urbis molem æquaret salutatuos. Nos tamen  
eam polliciti sumus quoquo modo possemus. Quando  
quidem & alij quoque suis uiribus deorum merita  
metuntur. Sed ò magnæ urbis incole, si qua uobis cu  
ra est, ne me uouim fallat, fauete inceptis, ut laudes  
in primis aggrediamur, atque id dicere habeamus,  
Continuo eos nobis homines fuisse oblatos, quorum  
ope, & si longe quis antea abhorreret à musis, ut Eu*

*ripedes inquit elegans subito, atq; eruditus euadat, ut  
etiam de alioribus possit, ac supra se positis rebus  
dicere. At uero urbem ipsam celebrant quidem omnes  
ac celebrabunt, eo tamen minorem eam reddunt, quæ  
qui tacent, q; tacendo, neq; crescere ea potest, neq;  
decrefcere, cum integra atq; illibata cognoscenda res  
seruetur. Verba uero ipsa contra ac uolunt, efficiunt.  
Quippe quæ laudando non penitus ostendant, quod  
admirantur. Sed quemadmodum si pictor pulchrum  
ac spectatum corpus pingere aggressus, id assequi ne  
queat. Quinuis profecto in ea proruperit uerba satius  
fuisse pictorem id minime attingere. Sed spectan  
dum potius relinquere, quam in peius deductum  
proponere, Ita & urbi huic accidere mihi uidetur,  
magnam miraculorum partem tollit oratio, idemq;  
efficit, ac si quis copiarum numerum expositurus,  
ut Xersis, exercitum intra se miretur uerbis autens  
proferat, decem aut uiginti militum millia se uis  
disse, equitarum autem hoc aut illo numero conten  
tum, ne minimam quidem partem referens eorum  
quæ admiratur. Prima enim quæ uim dicendi ar  
guerit. Rem omnem consequi penitus uerbis non pos  
se. Hæc est urbs, de qua non modo pro dignitate uer  
ba facere non licet sed ne spectare quidem eam dis  
gne ac pro meritis. Cum nimirum Argo quodam un  
decunq; uolato opus sit, aut deo potius omnia pror  
sus intuetur. Cuius in tutela est urbs ipsa, q; n. tot mōtiū  
uertices interceptos aut campoꝝ plagas i ædificatas aut  
tm̄ terræ spaciū in unius urbis nomen contractū dilā  
gentius intueatur à quanam quæsc specula? Nam qd*

de Niue inquit Homerus fusam eam excelsorum montium uertices, & cacumina summa operire, Florentes campos, & pingua culta uirorum. Fusaq; per Cauu fertur mare littora portus. Id ipsum & urbs hac facit operit montium summa cacumina, contegit terram in medio positam, descenditq; ad mare usq; ubi commune est hominum emporium communisq; omnium, quae terra proueniunt dispensatio. Quacumq; autem in parte eius urbis constiterit quis, nihil prohibet quo minus sit pariter & in medio. Quin etiam non superficie tenuis fusa est, sed proculdubio supra exemplum à nobis allatum, maxime in caelum sese attollit, ut iam non liceat fuisse niui altitudinem comparare, sed uerticibus potius ipsis, ac montium cacuminibus, ac sicuti uir alius quis longe alios excedens magnitudine ac robore, non satis habet se ferre, nisi & alios sibi gestet impositos. Ita et hac tantum terre spacium adificijs occupasse non contenta est, nisi & alias pari magnitudine urbes supra se sublatas ferat, alias alijs impositas ut & nomen illi respondeat, nihilq; aliud sint huiusce loci res, q̄ roma hoc est Robur. Quod si quis eam plane uelit explicare, & quae nunc sublimes ab ea gestantur urbes in terram demissas aliam alij iunctam componere, quicquid nunc Italiae restat, completum iri uniuersam mihi uideatur, unaq; futuraurbs perpetua in Ionium mare protensa. Cum autem tanta sit, quantam ego ne nunc quidem abunde satis ostendisse me puto, melius quippe oculi testantur. Non quod de ceteris dicitur, suo semel loco contentas ibi constitisse. Non quod de Atheniensium urbe quidam dixit, aut lacædemoniorum, inquiring il

lorum quidem magnitudinem, altero tanto maiore uiribus ac potentia. Horum uero longe minorem iri uisum. Absit ab exemplo maledicentia. Idem & de hac dici potest, omnibus in rebus magna non comparasse, scilicet eam sibi parem magnitudini potentiam. Sed. n. si totum quidem respicias imperium. Potes ipsam urbem de cetero haud quaquam admirari, minimam terrae partem uniuersae imperare arbitratus, Sin ad ipsam urbem te conuertas, eiusq; fines mirari definas uniuersum orbem huius imperio regi. Quod enim scriptorum quidam inquit de Asia. Quodcumq; sol terrae peragraret, eius uniuersae unum esse dominium. Tamen si falsa diceret. Si quidem tota africanam atq; europam solis occasui ortuq; subtraheret. Id nunc ut uerum esset res ipsa euicit, ut solis aequae cursus uestra sit possessio. Idemq; uestram terram iter faciat. Non enim marini Scopuli, Non Chelidonea, Cyanea ue uestrum finiunt imperium non diurnus equi cursus ad mare. Non certis uos finibus imperatis, nec quisq; praescribit ad quae usq; loca uobis dominandum sit. Sed mare quidem angulicuiusdam specie in medio orbis. Vestriq; pariter imperij positum est, in quod continentes magna magnifice uergunt, quae semper inde uobis aliquid suppeditent. Aduehantur enim ad uos ex uniuersa terra quacumq; tempora ipsa anni producant, singulae regiones ferunt tum graecorum, tum Barbarorum, quae si quis omnia spectare uelit, opus sit totam peragrarere terram. Aut in hanc urbem proficisci. Quacumq; enim apud singulos nascuntur, aut fabricantur, fieri nequit. quominus hic ea omnia exuperent. Quippe tot ea huc aduehentes

onerariae naues se conferunt per omnem anni tempus  
omnemq; autumni conuersionem, ut nihil aliud esse  
urbs ipsa uideatur, quam communis quaedam officina.  
tot si quidem aduecta onera ab indis ac si placet à foelicà  
Arabia licet aspiciere ut coniecturam facere possis, nul-  
das de cætero illic relictas esse arbores, ni grandumq;  
huc illis esse, si quare ex suis indigeant mendicaturi.  
Rursus Babylonicas uestes, atque ex ulteriori Bar-  
baria ornamenta, nullo plura, ac facilius importa-  
ri, quam si ex Naxo, aut Cydno Athenas sit navigan-  
dum, ut inde aliquid aduehamur. Vestri porro agri  
sunt Aegyptus, Sicilia, & Africe quicquid coli pos-  
test. Nec desunt unquam qui ultrō citroq; nauigent. Ut  
mirandum sit, non modo portus sed mare ipsum tot  
sufficere nauibus. Proculdubio autem quod de ocean-  
ni finibus inquit Hesiodus, esse locum quo omnia  
penetrēt in unum principium ac finem, in hanc com-  
meant, hucq; conueniunt omnia, mercaturæ, nauig-  
ationes, agricultiones, metallorum purgationes. Ar-  
tes omnes, quæ aut sunt, aut fuerunt, Quicquid ubiq; gē-  
gnitur, aut producitur. Quod autem hic minime ui-  
derit quis, non est ex ijs quæ sint, fuerint ue. Quare  
non facile diiudicari potest, urbs ne urbes quæ sunt  
excedat magis. An imperium imperia quæ unquam  
fuerunt. Sed pudet me scilicet, quod cum tot tantaq; di-  
c̄ta sint, nec habeat oratio, ad quæ se exempla con-  
uertat, mentionem facere uidear Barbaricæ alicuius  
imperij, aut Græciæ potentia. Quippe contra mibū  
uideor facturus, ac soliti sunt æolici poeta. Si quidem

286  
illi cum uellent aliquid suæ tempestatis deprimere, ma-  
gna alicui rei, atque uetustæ celebritatis id compa-  
rabant, existimantes eo se maxime pacto illud coar-  
guere posse. Ego uero cum nequeam res uestras ali-  
ter demonstrare quantum cæteras antecellant, com-  
parabo eas uetustioribus, haud sanè magnis (omnia  
n. uel maxima minima ipsi reddidistis amplitudine  
uestra). Quādo ego delectis maximis ea in medium  
afferam, quæ uobis risum fortasse mouebunt. Qua-  
re Persarum Regnum consideremus, quod apud Græ-  
cos olim maximi nominis fuit, ac magni regis cogno-  
mentum ei attulit, qui eo potiretur. Nam quæ id præ-  
cessere cum sint minora, omittam. Ergo singula ordi-  
ne uideamus, & magnitudinem imperij, & quæ in  
eo gesta sunt. Est enim hoc quoque una discutiendum,  
quemadmodam suis illi rebus fruere, ac subiectis  
hominibus sua fruenda præstarent. Principio igitur  
quod nunc uobis Atlanticum est pelagus, id erat  
tunc prorsus Regi Mare, hic illi finiebatur imperium.  
Ut Iones Aeolesq; in finibus essent regia terra. Nam  
in Græciam olim trajcere conatus Rex omnium, qui  
ab oriente sole ad occidentem usque pertingunt, ea re  
admirationi fuit, quod magnam fortunæ muta-  
tionem expertus est, idque sui splendoris indicium  
dedit, quod multis magnisque rebus priuari potuit.  
Qui itaque longissime absuit, ut Græcia potiretur  
Ioniam uero habuit extremam, Profecto non disci-  
iactu uestro cedit imperio, aut quātum sagitta ferur.  
Sed integro dimidio orbis totius prætereaq; mari ipso.



Ceterum nec ad hos usq; fines perpetuo ille aut legiti-  
me regnavit. Sed ut Atheniensium vires, aut Lacæde-  
moniorum fortuna patiebatur. Nam modo Ionia tenuis  
atq; ad Æolas usq; mareq; regnabat. Modo nec Ioniam  
Rex erat, nec mare contingebat ex ea Cyanearum parte,  
quæ occasum spectat tanquam in puerorum ludo pro-  
culdubio rex, qui cum in superiorem locum euasisset,  
mox inde deturbaretur. Eorum opera uti necesse habes  
qui eum regnare paterentur. Quam rem ostendere Age-  
silai copia, & ante illum Clearchi decem milium mi-  
litum exercitus. Ille quidem in Phrygiam usq; tanquam  
per suam Prouinciã traductus. Hic uero trans Euphras-  
tem quasi per solitudinem peruectus. Quem tamen ex  
imperio fructum caperent Oebari sapientia ostendit.  
Qui primus Cyro dixisse dicitur, cum longum ille ini-  
quo animo ferret errorem oportere ipsum, ac necesse ha-  
bere uellet, nollet in omnem imperij partem discurrere  
si regnaturus sit. Corio ad exemplum sibi proposito. Cu-  
ius quæ calcarentur partes eæ deprimerentur terramq;  
contingerent, à quibus autem discederet, ex denuo sese  
adtollerent, iterumq; calcatae deijcerentur. Profugi illi q-  
dem nescio qui reges, qui aberrantibus Scythis eatenus  
differrent q; non in planstris sed curribus errarent. Va-  
gabundi inquam Reges atq; Errones, q; minus sibi fide-  
rent timerentq; si uno eodemq; semper in loco constitis-  
sent. Dum quasi Corium quoddam suas prouincias re-  
uera premunt, atq; eo denuo pacto retinent. Nunc Bar-  
bylonem modo Susa mox Ecbatana. Quippe qui nomen  
ea perpetuo tenere nescirent, sed ne curarent quidem  
quasi pastores. Erant enim ea profecto hominum pro-

pere credentium suum non esse id imperium. Neq; enim  
de eo perinde ac de re propria cogitabant, nec ampli-  
cabant pulchritudine, aut magnitudine Regiones, ur-  
bes ue. Sed quasi in aliena irrupissent, male ac turpiter  
conficiebant, id quærentes, ut q; infirmis impera-  
rent, ac ueluti de parricidijs inter se contenderent. Poste-  
rior semp priorẽ quinquentionũ more superare nitentur.  
Eratq; certamen quamplurimos necare, euertereque do-  
mos, populosq; ac ius iurandum frequentissime fallere.  
Atq; hæc sunt, quæ ex tam præclara illi potentia re-  
portabant. Cæteraq; quæ his cognata naturæ lege, atq;  
institutione sunt attributa, odia, & insidia eorum, qui  
ita tractarentur. Necnon defectiones, dimicationesq; ac  
frequentes contentiones, perpetuaq; altercationes. De-  
niq; hunc illi fructum inde capiebant, quasi per execra-  
tionem potius q; ex uoto imperarent. At uero subiecti ho-  
mines ea ferme sustinebant, quæ huiuscemodi hominum  
imperio subiectos pati necesse est. Quorum etiam pars  
magna exposita est. Quippe formidolosa parentibus  
erat, filij forma, uxoris uiro, neciq; dedebatur, nõ qui  
plurima admisisset flagitia, sed qui plurima possedisset.  
Quin etiam urbium euerfiones, ac demolitiones plures  
tunc fiebant, q; nunc penè dixerim exædificationes, faci-  
liusq; erat pugnando, q; imperata faciendo incolumita-  
ti suæ quæq; consulere, cum prælijs facile illi uincerentur,  
potestatem uero adepti non mediocri libidine uterentur.  
Qui enim sibi obsequerentur, eos illi uti seruos despi-  
ciebant. In liberos uero tanquam in hostes animaduere-  
bant. Inde q; factum est, ut mutuis inter se odijs labora-  
rent, subiectosq; imperio homines magis quam hostes

se formidarent. Cum plurimum bello Reconciliationis  
aithore uteretur, cuius rei causa erat, q̄ neq; illi impe-  
rare sciebant, neq; subiecti homines q̄ consequēs est ob-  
sequium plene praestabant. Neq; enim recte subijci qui-  
piam possunt. Cum male imperant, qui imperant.  
Quippe nondum erat imperium à dominata sepe-  
ratum. Sed idem erat Rex atq; Dominus. Iure igitur ne-  
magna quidem suscipere incrementa potuere. Neq; enim  
domesticos fines excedit id nomen. Rursus Alexander,  
qui amplissimum quo ad uestrum successit imperium,  
ē consecutus terramq; discurret. Profecto comparasse sibi  
potius regnum uidetur quam regnasse. Quemadmodū  
enim si priuatus aliquis multum fertilis soli sibi compar-  
rarit, deinde prius quam ullos ex eo percipiat fructus,  
diem claudat extremum. Ita & Alexandro mihi uide-  
tur contigisse. Nam & maximam terrae partem obuiuit,  
& obuios atq; obstantes quosq; deuicit. Praetereaq; dif-  
ficilia omnia summe est expertus. Firmare tamen non  
potuit imperium, aut laboribus finem imponere, sed in  
ipso rerum cursu decessit. Quare praelia quidem quam  
plurima felicissime eum gessisse dici potest. Breuissime  
tamen regnasse, necnon praclare de regno dimicasse,  
nullum tñ fructum inde reportasse. Tāto dignum ani-  
mo aut arte, sed perinde illi accidisse, ac si quis cum in  
olympicum certamen descenderit, atq; annulos quosq;  
superarit, mox in ipsa uictoria expiret nondum corona  
capiti de more imposita. Quas enim quaso leges ille de-  
uictis populis tulit, uel quae perpetua militum aut nau-  
uum stipendia decreuit, aut quam nam rerum de mo-  
re administrationem instituit, quae sponte sua certo tem-

porū ambitu procederet. Quid demū qđ ad R. P. pertē-  
neret apud subiectos ille homines gessit. Nam quod so-  
lum tanta indole dignum opus ac monumentum re-  
liquit urbem sui nominis in aegypto, praclare mehercu-  
le egit, q̄ eam uobis extruxit, ut ipsi haberetis, amplis-  
simaq; post uestram urbe potiremini. Quare Persas quē-  
deni ille imperio deturbauit, proxime tamen adiunctae  
q; sibi regioni minime imperauit. Sed enim eo mortuo  
Macedones continuo in mille scissi partes re ipsa demō-  
strarunt supra se fuisse imperium illud, cum ne sua qui-  
dem tueri ulterius possent, quando eo fortunae adducti  
sunt, ut necesse habuerint, proprias sedes relinquere,  
quo alienis dominarentur quasi exterminati potius q̄  
domini aut suarum rerum compotes. Eratq; tāq; Enyg-  
ma quoddam macedones non in Macedonia regnā-  
tes, sed ubi quisque posset ueluti custodes urbium poti-  
us, atque oppidorum quam principes euersi nescio  
qui reges, non à magno rege, sed a seipsis, ac si dicere li-  
ceat satrapis similes rege orbatis. Caterum huiusce-  
modi statum utrum latrocinio potius an regno si-  
milem esse dicemus? At uero nunc imperij ipsius fi-  
nes profecto haud quāq; reprehendendi propagati sunt,  
neq; eiusmodi, ut mensura comprehendi possit, quod il-  
lis continetur. Quippe ubi tūc Persarū regis finiebatur  
imperium iter inde capeissent occidentem uersus plus  
terrae superest, q̄ fuerit illius uniuersa. Nihil praeterea  
uos fugit, non urbs, non natio, non portus, non oppidū  
nisi si qua forte nos tanq̄ inutilia reiecistis. Mare Rubrū  
& Nili cataracte, & Palus Maotis, quae à ueteribus  
in terrae finibus habebantur. Eadem & illius septa &

urbis huius. Quod uero scriptorum nonnulli inueniri  
minime arbitrati sunt, neq; esse prorsus oceanum aut  
terram circumfluere. Sed excogitatum à poetis, atq; ob  
lectandi gratia in poesim ascitum, id uos usq; adeo cō  
pertum habuistis, ut ne insula quidem ipsa in eo sita  
uos fugerit. Cæterum cum tam longe lateq; pateat im  
perium, sit tamen cura diligentiaq; multo etiam maius  
q̄ regionum ambitu. Non enim Mysi regiam terram  
possident, non Sacæ, non Pisidæ, non alij interiecti po  
puli, qui partim irruerint, partim defecerint, nec ca  
pi possint. Neq; uero cum regi quidem pareat regia ter  
ra, omnium tamen sit qui eam tenere ualeant. Nō Sa  
trapæ inter se pugnant, tanq̄ rex ipsis non adsit. Urbes  
uero non hæ ad illos, illæ ad hos desciscunt, aut modo  
in has præsidia mittuntur, modo ab illis pelluntur. sed  
quasi atrij septū depurgatus, emundatusq; uniuersus  
orbis, unam tandemq; uocem emittit, ac melius q̄ faci  
at chorus. Quippe qui comprecetur manere sibi perper  
tuo imperium, hoc cū tā egregie à summo hoc duce re  
gatur ab omnibusq; æque ubiq; administratur. Nam et  
qui mōtes incolunt, depressiores sunt ijs qui uel in cam  
pis degunt planissimis, quantum ad id attinet, ut mi  
nus repugnēt. At uero coloni cultoresq; fœlicium agro  
rum uestri sunt agricolæ. Continens p̄terea atq; insula  
nihil inter se differunt. Sed quasi una regio continua,  
atq; una natio, omnia parent silentio, cunctaq; manda  
to nutuq; facilius conficiuntur, q̄ cytharæ neruus pulser  
tur. Tum siquid factu opus sit, satis est placuisse, conti  
nuoq; actum idest. Qui uero præfecti in urbes populos  
q; mittuntur in sibi subiectos homines singuli potestate  
retinent.

289  
retinent. Pro se quisq; autem atq; inter se alterius, &  
ipsi subduntur imperio. Quippe quos hac quoq; ratione  
à subiectis hominibus differre quispiam dixerit, qd̄ præ  
mi ostendant, quemadmodum subesse imperio deceat.  
Tantus omnibus iest timor magni illius principis, atq;  
omnia administrantis, ut magis illum nosse existimēt,  
quæ à se gerantur, q̄ ipsimet norint, magisq; illum, q̄ su  
um quis herum præsentem, instantemq; ac iubentem  
et metuant et uereantur, ac nemo præterea ē, qui tantū  
sibi tribuat, ut nomine modo audito possit se continere,  
quinimmo assurgens & celebrat & ueneratur, genu  
natisq; precibus comprecatur. Cum enim pro illo de  
os rogat, tum pro se suisq; rebus illi supplicat. Quod  
si quid uel minimum addubitauerint in causis, ac uel di  
gnitatibus publicis uel priuatis subiectorum hominum  
si qui forte digni habeantur, ad illum continuo referunt  
de uniuersa re rogantq; quid factu opus sit, expectantq;  
d̄. id ille significet, perinde ac Magistrum chorus,  
quo fit, ut minime opus sit uniuersum imperium ambi  
endo alios atq; alios aduendo, tum denum res singulo  
rum firmare, cum eorum terram premat impator, sed  
longe facillimum uniuersum regere orbem uel epistola.  
Vix dum enim scriptæ sunt litteræ, cum statim adsunt,  
quasi a uolucris perlata. Quod uero est omniū ad  
miratione dignissimum, ac de quo gratiæ quoq; haberi  
dæ sint, & uerbis, & re, id nunc dicetur. Tanto enim  
uos potit imperio, cum tantum in id dittonis potesta  
tisq; retineatis, illud tamen uel longe maximum obti  
nuistis, quod est proprie uestrū. Soli quippe omniū qui  
uicq; suere, liberis imperatis. Non Tisapherni caria da



ta est, non Phrygia Pharnabazo, non Aegyptus alij,  
nulli denum cuiq; parent populi, quasi familia quæpi-  
am in seruitutem illi tradita, qui ne ipse qdem sit liber.  
Sed quæ admodum singulis priuatim sit in ciuitatibus,  
sic uos orbis totius quasi ciuitatis unius. R. P. gerentes,  
magistratus ueluti comitijs creatos illoꝝ gratia hoĩum  
tutela, curationiq; præficitis non dominationi. Quare  
magistratus magistratui cedit transacto tpe, nec facile  
inuenias qui repugnet, nedum acrius contendat, tanq̃  
sua sit provincia, quin & appellationes quoq; quasiq;  
prouocationes sunt à populo in iudicium non minori  
iudiciũ tenore in iudicãdo, q̃ reoꝝ qui eos appellarint,  
quo fit, ut merito dici possit, eo usq; parere hoĩes missis  
ad se magistratibus, quoad sibi uisum fuerit, qui itaq; di-  
ci potest non in ijs hæc reponi adnumerariq; debere, q̃  
oẽm extendant populare statũ. Nõ igitur licet illic post-  
latũ in urbe suffragiũ alio tendere, aut alios adire iu-  
dices, sed standum est rebus cognitis, ijsq; adquiescen-  
dum, siquidem non sit ex ijs hæc pusillis urbibus, quæ  
iudicibus indigeat alienigenis citra dignitatem, aut in  
qua cum reñ egeris quæpiam, nec conuiceris uictum te  
non patiãre. Sed, n. stat iudex alius magnus, quem nil  
unq̃ effugiat iustum. Iã uero hic quanta & q̃ honesta  
æquabilitas, parui magniq; pauperis diuitisq; nobilis  
atq; ignobilis, demumq; sit, qd̃ ait Hesiodus extollit fa-  
cile elatũ quoq; deprimũt idem. Iudex hic atq; princeps,  
utcumq; eñ ius egerit quasi uentus nauim. Non itaq; uĩ-  
deas diuiti hunc indulgere magis q̃ pauperi, aut adeẽ  
magis, sed cui accedat, semper eum æque iuuare. Cete-  
rum posteaq; ad hæc orationis partẽ uentũ est græcas

quoq; res pcurreremus, tametsi uere or ne uidear min-  
tiora sectari. Verũ qd̃ paulo ante testatus sum, non ut pa-  
ribus paria cõparem, hæc in mediũ assero, sed cũ alia  
se exẽpla non offerant, cogor his uti. Prætere a quis non  
rideat, si cũ id ipm miremur doceamusq; inueniri non  
posse alia rebus uestris paria. ac ne proxime qdẽ ad il-  
las accedere, sed oĩa ab his obscurari, deinde tantisper  
expectemus, ut ea in cõparatiõẽ odeducamus, dũ pari-  
bus occurramus. Profecto minime ego id puenire arbi-  
tror, qñqđẽ minus essent admiratione digna, si qua illis  
similia afferri possent. Ne illud qdem me pterit, minor a  
quoq; hæc iri uisum ijs quæ paulo ante perpẽdimus, et  
impij magnitudine, ac reꝝ mole. Græca. J. Persicis, uere  
Barbaros qdem opibus, ac uiribus superasse. Græcos ue-  
ro sapiẽtia, tẽperãtiaq; antecelluisse, magnũ mihi qdã  
ac prorsus egregiũ uidetur ad uirtutis æstimationẽ, &  
quo uis studio illustrius, De hoc itaq; dicturus accedo,  
quæ admodũ illi, & q̃ magnis uersati in rebus fuerint.  
Qđ si demõstrentur lõge minora seruare non potuisse,  
manifestũ est, qd̃ sit suffragio statuendũ, agere oĩa pro  
adipiscẽdo impio Atheniẽses, Lacædemõĩq; in idq; su-  
os oēs cõtẽdere neruos, ut mare nauigarẽt, Cycladibus  
potirẽtur, Thraciã tenerẽt, & Pylas & Hellepontũ,  
& Coryphasium, atq; hæc tũ erat eoꝝ potẽtia. Nepe  
perinde illis usu eueniebat, ac siq; potũdi' corporis ca-  
pidus, ungues quosdam atq; extrema, membroꝝ sibi de-  
sumpserit pro toto corpore, quibus habitis existimet se  
tenere quæ uelit. Ita & illi cum imperandi cupiditate  
flagrarent, exiguarum insularum promonteriorum  
que & porciũ uendicarunt, tempusq; in mare trinuere.

Quippe qui somniauerint potius imperium quàm adipisci  
potuerint, tametsi utriusque pro tempore effecti graecorum  
Principes, quasi hereditarijs uicibus, ne seculum quidem  
(ut sic dixerim) imperij locum tenuerunt. Sed enim  
cadmeam (quod dicitur) uictoriam, utriusque de alteris repora-  
tarunt, dum de imperio inter se dimicant, quasi neutri  
alteros perpetuo esse odio uellent, sed partem aliquam et  
ipsi aliquando in se contrahere niterentur. Principio itaque  
Lacedaemonijs imperatoribus unus, ita cum graecis se-  
gessit, ut sponte sua ab illis desistente, alios sibi quaereret  
dominos, ij denique cum sese Atheniensibus deditissent,  
non nullo post poenitentia ducti sunt, cum neque uecti-  
galium magnitudinem ferre possent, neque eos qui horum  
praetextu multa sibi auferent, cumque quot annis Athe-  
nas raperentur reddituri de rebus suis rationem. Nec non  
coloni in eorum agros mitterentur, praeterque uectigalia, qui-  
stores qui pecunias cogerent, si qua externa uis ingruer-  
ret. Ad haec cum liberas arces habere non possent, eentque  
sub potestate Tribunorum plebis constituti, recte perperam  
ue aequae sentiendum, atque in militiam proficisci cogerentur,  
nulla urgente necessitate, sacris plerumque festisque die-  
bus, et ut breuibus omnia complectar, cum nihil ex eo  
impio eiusmodi reportarent, quod obrem ea essent sibi substi-  
nenda. Quare cum Atheniensem dominatum grauius multi  
ferrent, atque ad Lacedaemonios desecissent, quomodo  
ab his aut ad Athenienses defecerant, eodem quoque mo-  
do ab ijs iterum decepti sunt. Nam cum praefati essent Laca-  
demonij pro graecorum libertate sese bellum esse susceptu-  
ros aduersus Athenienses, atque ea re multos illexissent  
postquam demoliti sunt illorum moenia, ac rerum potius po-

estatem adepti eadem faciendi, quae illi fecissent, usque  
adeo illos superarunt, ut Tyrannidem in omnibus grae-  
cis urbibus constituerint, quas mitiori nomine Decurion-  
natus appellarunt, unoque sublato Atheniensium domi-  
nati, multos illi suffecerint dominos, qui non Athenis aut  
Spartae perpetuo hoies male haberent, sed in suis quibusque  
oppidis iunctim locati, et quasi connexi, quod si per ini-  
tiam belli statim professi essent, eo animo se cum Atheni-  
ensibus bellum esse gesturos, ut plura maioraque ijs inflige-  
rent mala, quam illi fecissent, declararentque libertatis specie  
fuisse, quae illi in eos commisissent. Profecto non melius  
promissis stare potuissent. continuo itaque ab uno exule su-  
perantur a Thebanis deseruntur, odium in eos Corin-  
thiorum concitatur, harmostis hoc est dictatoribus magi-  
stratu pulsus mare completum, quippe qui incommodi  
essent, ac non pro nois uis, significationeque induci urbes  
tenerent. Cum autem partim horum facinoribus, partim grae-  
corum odio ob ea ipsa aucti Thebani proelio eos apud Leu-  
ctra superassent, Lacedaemonij pariter a medio sublati  
sunt, ac Thebanos nemo ferre poterat uno proelio prospere  
gesto. Ceterum a Thebanorum re magis fuisse usu cognitum  
est. Lacedaemoniorum ferre praesidia intra Thebanam arcem  
quam uictoriam de his reportare, tantum in eos odij exara-  
sit, atque haec me hercule non communis graecorum obtrecta-  
tionis gratia in unum contulimus. sicuti admirandus  
ille uis, qui tricipitem composuit orationem. Dij melius,  
ne me talis (quos) urgeat necessitas, sed illud potius doce-  
re in animo est, non dum fuisse ante uestra tempora impera-  
di scientiam, quae si fuisset, apud graecos nimirum fuisset.  
Qui ceteros dubio procul sapientia longe antecessere. Enim  
uero et hoc uestrum est inuentum una cum alijs introductum

nā q̄ de Atheniēſibus ſermone ē uſurpatū. id ſi de ceteris quoq; græcis dicatur uidebitur à ueritate nō abhor-  
rere. q̄n̄ in reprimēdis dominādi cupidis, debellādīs q̄;  
p̄ſis, lydis q̄;, nec nō deſpiciēdis opibus, laboribus q̄; p̄ſe-  
rēdis nemini ſecūdi ſuere atheniēſes. īperādi t̄n̄ adhuc  
rudes extitere. fruſtra q̄; id conati ſunt. principio. n. p̄ſi-  
dia ī urbes mittebāt, q̄ nō pauciora hoīum nūero eēnt  
q̄ indigenæ, ijs q̄; ad quos ea mitterētur. q̄ aut̄ nondū p̄ſi-  
dijs tenerētur, ijs ſuſpectos ſe ſe reddebāt, quaſi eēnt per-  
uim, ac libidinē oīa geſturi, Duo itaq; īde eueniebāt, ut  
nec urbes tuto retinerēt, et odiū in ſe p̄citarēt, cū explē-  
de cupiditatis occaſio haud quaſi firmā ſtabilē q̄; ſe exhibe-  
ret, opio uero tolli n̄ poſſet. ſed. n. et aliq̄ q̄ddā his ac-  
cedebat, ut diuulſi diuiſi q̄; īfirmiores domi redderētur,  
nec iā rebus ſuis tuēdis ſufficerēt, dū alienis dñari q̄rūt  
Quo circa nec ſuperiores eſſe poterāt, ijs q̄bus dñari cupie-  
bāt, hoīum numero quos eō mitterēt, nec ſe eos dē ſerua-  
bant, cum idētidem ſibi demerēt, ſed domi foris q̄; pau-  
ciores efficiēbātur. Demū q̄; eo adducta res eſt, ut impe-  
rij propagatio inopia illis eſſet allatura, cū nō haberēt  
poſtremo p̄ quos id retinerent. Cōtra itaq; laborabant  
ac ſibi expediret. erat q̄; illis ſuccellus reſe grauiſſimus,  
atq; execratiōi proximus cōtra aut̄ fruſtratio et leuior  
Et minus in ſe h̄ns timoris. q̄ppe cū pro dñis diuulſis  
colonis, atq; in uaria diuerſa q̄; loca traductis ſimiles  
eēnt, q̄ppe ſibi labore laborē q̄rerēt. Vna. n. cū ſine ca-  
put ip̄m ac ſummā rei ſolui n̄ ai aduertebāt, eodē q̄; (ut  
poetæ aiunt) denno recidere. erat p̄trea ſubiectōꝝ ho-  
minum illis inutilis cū potentia ob inſidias, tum īfir-  
mitas ob externa bella, ubi eſſent aliquē ex ſocijs fruictū  
percepti. Demū q̄; quod fit in luſibus, ita ſe cum illis ge-

rebant, ut modo ante propellerent, modo retro agerent  
quippe q̄bus uti neſcirent, ſed quaſi eſſe non eſſe q̄; eos pa-  
riter uellent, ip̄ſinet tenerent, agerēt q̄; cū ne dicere q̄-  
deni poſſent, quam in rem niterentur. q̄ uero eſt oīum  
maxime ridiculum, nec minus abſurdum, in eos q̄ à ſe  
deſciuiſſent, illos ire cogebant, q̄ id ip̄ſum in aio habe-  
rent, perinde ac ſi eos ip̄ſos in ſemet ire cōpellerēt. Cū  
nec animaduertent eos ſeſe in illos mittere, q̄ eſſent  
earumdem partium, quibus profecto non conduceret  
exēplum contra ſe prodere, deferendo ceteris ſtudioſe  
auxilio. Quare Et hoc quoq; loco contra agebant, q̄  
aut cuperent, aut utilitatis ratio poſtularet. nam cum  
trahere ad ſe uellent, ſiqui à ſe deſeciſſent, ijs quoq; in ſe  
de permansuri uidebantur, deſectionem in animum in-  
ducebant, dum quaſi declarant, ſi perſtent in fide con-  
tra ſe inuicem ip̄ſis ſingulos aſſuturos, ſi omnes una de-  
ſciſcant, firmam ſolidam q̄; libertatem eſſe conſecuturos  
cum non ſint ad extremum relicturi per quos capi poſ-  
ſent. Quāobrem eō ſe deterius in ſemet gerebant inſi-  
dis ſocijs, quod illi quidem per ſe ſinguli deſciſcebant,  
ip̄ſi uero cōem deſectionem p̄ ea quæ agerent ſuadebāt  
adeo imperij ordo nondum erat ea tempeſtate, quod  
ignotū ſibi affectabant, ſed. n. circa uilia quaſi q̄; p̄diorū  
angulos occupati, ne illa quidem ſeruare ſibi potuere,  
ob regnādi imperitiam atq; inſirmitatem. Cū nec hu-  
manitate ciuitates regerent, nec ui poſſent retinere, gra-  
ues ijdem inſirmi q̄;. Quo circa ſpoliati demum iuda-  
ti q̄; iuxta aſopi graculum, ſolicum omnibus depugna-  
bant. Quod itaq; ueteres omnes ut breuibus agamus ſu-  
git, ſolis uobis reſeruatū eſt inueniendū p̄ficiendū q̄;  
nec mirū, quemadmodū. n. ceteris ī rebus poſt materiē



prodeunt artes, sic posteaq; maximum conflatum est imperium, summaq; constituta potentia, continuo ei successit ars, unaq; est introducta. Quinetiam utruq; ex altero mutuas sumpserunt vires. namq; ob imperij magnitudinem peritia quoq; accessit cumulator. Ob scientiam vero imperandi iure etiam ac merito crevit imperium. Id itaq; est longe omnium contemplatione atq; admiratione dignissimum civitatis ipsius ratio. Atq; adeo ingenij inuentum magnificum, cui nihil prorsus par, simile vere piatur. Distributis enim duas in partes omnibus qui imperio subijciuntur. Id autem cum dixi. totum dixi orbem, elegantissimos quosq; ac generosissimos, potentissimosq; ciues omnes creatas uestro generi ascivistis ceteros subijci sub diq; imperio voluistis. Nec mare prohibet, quominus civis aliquis censeatur, non magnitudo interiectae regionis. Neq; vero Asia hic, ab Europa distincta est, sed omnia omnibus in medio posita sunt. Nemo censetur peregrinus, modo sit imperio, aut fide dignus, sed stat communis terrarum status isq; popularis sub optimo imperatore, atq; rectore, omnesq; quasi in commune forum conveniunt, pro suis quiq; meritis praemia relaturi. Quod vero suis finibus regionibusq; civitas quaequam est, id ipsum est haec uniuerso orbi, quasi communis urbs provinciae totius, convenire porro dixeris in unam hanc arcem circumiectos omnes habitatores quicq; per gentes ac populos diversa loca incolant. haec vero nunq; ulli defuit. sed ut terra solum fert omnes. ita & haec ex uniuerso orbe confluentes omnes accipit, quasi mare flumina. quin etiam hoc illi quoq; cum mari commune est. Quod nec mare maius sit fluviorum influxu, tanq; fato datum sit, ut una cum illis amplius

dinem quoq; influentem recipiat, neq; in hac ob magnitudinem quicq; apparet. sed sicuti qui intra sinum recondunt omnia, ita & haec omnes intra se complexa est, quippe ultro citroq; meantibus eadem & est, eademq; uisitur. Verum haec si ferente oratione interposita sint. Quod vero antea dicebamus, magni uos magnifice urbem metati estis, nec animi elatione ducti ea re admirabilem reddidistis, q; nemini hanc impertueritis, sed dignum ea delectum habuistis. Quippe qui Romanum nomen, non civitatis sed communis cuiusdam generis appellationem reddideritis, nec unius ex omnibus, sed quod cum uniuersis aequetur. Non. n. in graecos ac Barbaros, nationes ipsas distribuitis. nec ridiculam ijs partitionem adhibuistis, cum longe pleniorum hominibus urbem exhibueritis, q; uniuersa sit, ut sic dixerim graeca natio, sed in Romanos, ac non Romanos partite estis, usq; eo urbis nomen protulistis, Quae cum ita sint distributa, nulli sunt singulis in civitatibus uestri non minus q; generis sui ciues. quorum pleriq; nondum ipsam uidere urbem, neq; uero est praesidijs opus, quibus arces teneantur. Cum maximi ac potentissimi quicq; singulis quibusq; e locis suas uobis patrias custodiant. quo fit ut dupliciter urbes ipsas teneatis uestra & illorum opera singulas, ad haec nulla in imperium ipsum obrepit inuidia. quippe cum ipsi ceperitis non inuidere propositis in medio omnibus, facta q; potestate ijs q; possint ut non magis pareant q; pro se q; imperet. Sed neq; odio commouentur, si qui praetereuntur. Nam cum communis sit. R. P. et quasi una urbs, non tanq; alienis sed tanq; suis imperant, qui imperant. Quin etiam proposita

est securitas in ea oibus, plebi dico a potētiore audacia  
uestra ira uindicta q; in eos continua puentura, si qd inno  
uare audeat, adeo diuitibus pauperibusq; pns status  
non iniuria et probatur & confert, nec aliter datur u  
uere, scāq; est una. R. P. harmonia oia cōplexa, et quae  
antea in unū coire nō posse uidebātur sub uobis coiere.  
Impij summa, simulatq; humanitatis & qdē ingētis  
qdq; cū positis haud iperiose dominemini, usq; adeo p  
sidijs uacāt urbes, ut cohors, turmaq; aliquot integras  
nationū custodie sufficiāt, ac ne ipse qdē freqntes cuius  
q; natiōis urbibus iposita, sed in aliorū nūero p provin  
cias sparsa, ut plereq; gētes ignorēt, ubi nā tādē locora  
habeatur sui custodia, q; si qua forte sit ciuitas q; aplitu  
dine ita excellat, ut ipsa p se sibi moderari possit, neq; ijs  
qdē iudistis hoies q; p̄sint & tueatur. qua pp libētius sa  
nē oēs uobis tributa pēdūt, q; ab alijs eorū pleriq; sume  
rēt, nec iniuria, impare. n. ijs q; potētia p̄stēt salutare n̄  
ē. Regi autē a melioribus, secūda est (ut aiūt) nauigatio  
p uos aut hoc tpe priā nūerata est. oēs itaq; huic pror  
sus affixi haerēt impio, quo nō magis carere uelint, q; q  
nauigant gubernatore. ut. n. uespiliones i specubus ma  
mo inter se cōplexi saxi inhaerent, sic a uobis pēdent  
oēs tremebūdi, sollicitiq; neq; ab hac decidat cathena,  
i dēq; potius tūmerint, ne a uobis deserātur, q; sint ipsi  
uos relicūri. ubi uero de impio aū ac principatu contē  
debat ob q; duo priora oia eruperant bella, alij aquā  
tacite labentem imitati iucundissimi fruunt ocio, labor  
ribus erūnisq; sine tandem imposito, p̄cēnitentia ducti,  
q; umbratili alioq; pugna conflictati sint. alij ne nouere  
qdē, aut meminere se aliqñ regnasse. Sed quasi in Pā

phili fabula, aut si maioris Platonis, rogo iam penē im  
posita urbes subitum in sese oēs accepere impium, cō  
tinuoq; reuixere. ad quā rem quemadmodū puenerint  
ne dicere qdem pnt. Quippe q; nil aliud nouerint, p̄  
terq; haec admirari. cum idē illis eueniret, qd solet ē som  
no excitatis euenire, q; somnijs q; paulo ante cernebāt re  
iectis ad se redeunt, suiq; compotes fiūt. Bella quoq; nec  
fuisse unq; credūtur ulterius sed inter ceteras fablleas re  
ponūtur. Quod sicubi tñ ad ultimos fines angulosq; ter  
rarū aliqua forte conflata sint, ut par est in magno atq;  
immenso impio getarū amentia, aut africanorū in fortuna  
aut malo fato rubri maris accolarum, q; pntibus bonis  
uti nesciant, quasi fabula & ea compressa euannere et  
sermo de ijs. Tanta uobis pax insidet, tāetsit peculiare  
sit, ac patrum bella tractare. Non. n. q; heri cerdones  
aut architecti fuere, hodie pedites, equites ue prodeūt.  
Nec tanq; in scena militis habitum sumpsit, qui paulo  
ante fuerat agricola. non quemadmodum in paupe do  
mo i dēni obsonia parant, domum seruant, lectos ster  
nunt. ita et uos officia consudistis, aut qui alijs rebus  
uacarent, ij ipsi dum milites fierent ur gente necessitate  
expectastis, non hostium arbitrio promisistis, ut uos cō  
uocarēt. Ceterūq; ad uniuersum impiū impij q; admi  
nistrātionem at tūere uidebātur, exposita a nobis iam  
sunt, ut & cognita oia habueritis, eademq; praeterea  
p̄stitueritis. Nūc de militari re, deq; expeditionū obser  
uatiōe tps est dicere. quē admodū hoc quoq; adiueneri  
tis, & quē illi ordinē adhibueritis. q; ppe admirāda cir  
ca hoc quoq; uestra exūt sapiētia, q; nec exemplum  
prorsus inueniat. Eo enim usq; uel aegyptij peruenere,

ut secernerent eos qui essent rei bellicae uacaturi, uisq;  
sunt id sapientissimum adinuenisse, quod essent apud  
eos ab alijs seiuincti, qui prouinciam tuerentur, sicuti et  
in alijs plerisq; uisi sunt praeter ceteris ut aiunt, aegyptij sa-  
pientiores, id uero uos cum pari modo cognitum hab-  
ueritis, non eodem modo tractauistis, sed eo ipsi meli-  
us ac sapientius distribuistis, qui in eo quidem ordine  
non licebat, aequam inter se. R. P. partem singulos reti-  
nere. Cum deteriori loco essent qui militaret, q; qui in  
ocio degeret. quippe q; perpetuis laboribus soli pmeretur  
propterea q; nec pares illis essent ac ne mediocri qdē be-  
niuolentia deuincti. At uero apud uos cum omnes aequae  
in partem ueniant. R. P. possunt q; bello operam nauant  
seorsum quoq; locari. Quo fit ut graecorum animus at-  
q; aegyptiorum, demumq; omnium quos afferre quis  
possit uestro longe concedat. Quin etiam cum omnes  
a uobis usq; adeo armis uincantur, ingenio quoq; mul-  
to sunt inferiores. Proficisci enim urbanos ipsos in militi-  
am ac laboribus conflictari, indignum imperio ac p-  
senti felicitate fructum eū existimastis, peregrinis ue-  
ro, atq; alienigenis minime credidistis. Erat autem mi-  
litibus opus ante tempus, nec dum urgente necessitate  
Quid igitur egistis. Peculiarem ac proprium inueni-  
stis exercitum nulla ciuium molestia, eumq; uobis pa-  
rauit. susceptum de uniuerso imperio negotium quod  
q; neminem peregrinum remoueritis, quominus opera  
hominis uteremini, quo ad eius uires pateretur, aut res  
postularet. Quis igitur hic dilectus, aut quō habitus,  
per agratis omnibus uestro imperio subiectis regiōibus  
Inde uobis homines delegistis, qui essent id oneris subi-

turi, quos continuo repertos, simul sua priuastis, ac uest-  
ra ciuitate donastis, ut pudeat illos de cetero confite-  
ri, unde primitus originem traxerint. Hos itaq; ciues  
creatos, eodemum pacto militiae quoq; adscripsistis.  
Quo fit ut nec ciuitatis ipsius homines militent, & q;  
militent, Ciues nihilominus censeantur. Veteri quidem  
sua ciuitate priuati, simul ac militiae sunt ascripti, uestri  
autem ciues, custodesq; creati uno eodemq; die, atq; hoc  
demum pacto fit, ut et sequantur omnes. & nulla p-  
terea ciuitas inimica reddatur. tot quippe ē singulis euoca-  
stis, quot neq; oneri futuri sint, ijs q; concesserint. nec pro-  
prium aut legitimum exercitum completuri. ita ut et  
beniuolentia quanta possunt ciuitates eos prosequantur  
quos miserint, utpote & cognatos & suos. Priuatim  
autem nulli ullae conflentur uires ex suis. Praeterea q; qui  
se inde ad uos contulere, nihil aliud respiciant q; uos.  
Quod ad unum id parati probe instructiq; sint. quin  
etiam aptissimis quibusq; ac maxime idoneis undiq;  
collectis robur id non paruum uobis comparastis. Neq;  
enim conuenire oportere ue existimastis, ut qui conuen-  
tuum quidem celebritatibus coronarijsq; ludis ac cer-  
taminibus seruantur, optima quiq; indole praediti, et  
corporis habitu praecellentes exercerentur. Qui ue-  
ro essent maxima ac uera certamina subituri, uictoria-  
q; ex ijs ipsis reportaturi. Quibus utiq; huiusce imperij  
gratia uictoriam fortuna seruasset. ij sub ipsum belli tem-  
pus conuenirent, ac non multo antea maximi quiq; at-  
q; aptissimi ex omnibus delecti exercerentur, ut simul-  
lac in medium processissent superiores discederēt, hos  
itaq; delectos, selectosq; ad haec imperatorum collegio



non sine ijs, quos dixi, atq; eo pacto, ut minime hi illis i  
uidere possint, qui domi atq; in urbe remanserint, quasi  
honoribus in primis impares, cum & ipsi honoris lo  
co in. R. P. partem uenerint. Hos ita inquam inuentos,  
atq; eiusmodi beneficijs affectos in imperij fines deduxi  
stis, quibus per ea loca distributis alijs alia seruanda tra  
didistis, indeq; factum est, ut de mœnibus quoq; cōmor  
dum statueritis, simulq; ea excogitaueritis. Neq; enim  
pro Lacædemoniorū superbia confidentiaq; carere mœ  
nibus urbs hæc dici potest. Nec rursus circumdari iuxta  
Babylonis splendorē, uel si qua alia elegantioribus clau  
sa est, aut ante, aut postea. Sed enim eum quoq; mœni  
um circumductum, iocum ac muliebri re uera opus  
fuisse ipsi ostendistis, siquidem ipsam muris completi  
urbem quasi eam recondideritis, aut subiectos hominum  
uos oculis subtraheretis de gener nescio quid esse nec ue  
stro in ceteris animo, ingenioq; conuenire existimastis,  
perinde ac si herus suos metuere seruos uideatur. Mœ  
nia tamen non neglexistis, q̄ imperio non urbi circum  
dedistis, erexistisq; q̄ remotissima splendida simul ac  
uocibus digna, ijs spectanda qui intra eorū ambitū con  
tineatur. iter porrò ad ea si quis spectare uelit, mensū  
est & annorum uia initium ab urbe sumēti. Supra ex  
tinuum enim habitabilis terrarum orbis circulum, ni  
mirum quasi in urbis extruptione. Secundo alio circū  
ducto agilioris flexus, simulq; custodiæ facilioris. Hic  
obiecta mœnia prætendistis, ac præsides urbes extruxi  
stis, alias alijs in locis habitatoribus refertas, artibus  
ministrisq; instructas, ac reliqs rebus ornatas, quæ qua  
si fossa castra concludant. Quare non trecenta effici

uentur stadia, siquis horum mœnium ambitum colligat,  
uiginti ue aut paulo post plura, sed ne numerum  
quidem facile dixeris, quippe quodcunque Æthiopiæ  
pars habitabilis, indeq; Phasis, ac supra Euphrates, &  
ab occasu magna atq; ultima insula intra se claudunt.  
Id totum licet murorum orbem atq; ambitum appella  
re, q̄ non bitumine, non coctili latere extructa sunt, non  
splendida calce erecta, tametsi hæc quoq; singulis in lo  
cis conspiciantur admodum frequentia marmoribus  
quoq; quod Homerus de domestico priuatoq; pariete in  
quit egregie fabricata, immensæ magnitudinis, splēdo  
risq; supra æs. Hic itaq; est multo maior augustiorque  
mœniū ambitus. nulli prorsus labi aut solutioni obnoxius,  
longeq; alios splendore excedens, nullum adeo sic  
structum constat, pro his mœnibus stant uiri fugæ insue  
ti, ea compage inter se iuncti bellicis omnibus instrumē  
tis, qua Myrmidonas Homerus iungi dixit. Tum cum  
eos huic quem dixi parieti compararet, nempe ita sibi  
mutuo hæerēt galeæ, ut mediū penetrare sagitta nō pos  
sit. Clypei uero in caput sublatis, sublimes possint supra  
se cursus recipere, eo etiam solidiores ijs qui in urbe fa  
ctitantur, ut & equites ualeant supercurrere. Demū  
que quod ait Euripides æratum pauimentum pro  
culdubio uidere te dixeris. Thoraces ad hæc adeo mu  
tuoutrinq; complexu sibi coherent, ut & si nudum  
inermemq; aliquem medium statuas, possint qui ab  
utraq; parte occurrunt dimidio tenus hominem utrin  
quē protegere. Iacula præterea quasi ab Ioue deci  
dentia alia alijs implicita alterno connexu sese inter  
cipiunt. Atque hæc sunt compages illæ iuncturæque

quibus tum is mœnium ambitus clauditur, unde egressus non pateat. Tum ille qui terræ præsidet uniuersæ. Olim itaq; Darcus una cum Artapherne insulæ unius urbem unicâ irretitam capere potuit. Vos uero uniuersum si dicere liceat orbem irretitum, ita demum seruatis cõmunibus ciuibus peregrinisq;, quos ex omnibus (ut dixi) delectos in ea loca eduxistis spe quoq; proposita, ijs quâ strenuos se uiros gesserint haud quaquã sibi esse pœnitendum. Non enim è Patritijs futurum qui primas potētiæ partes occupet, sed qui primus alios rebus gestis antecesserit, eum primum quoq; locum sibi uendicaturum, qui secundus secundum ac deinceps eodem modo ordine seruato, ut qua quisq; dignitate ac meritis præditus sit, eum obtineat locum, quasi res non uerba hic iudicēt uiros bonos, quarum rerum apertissima ipsi uos omnibus exempla edidistis, ut cuncti demum ociū quidem calamitatem damnūq; arbitrentur. Actiones uero gradus aditusq; existimēt ad ea quæ optēt, ijdēq; in hostes quidem concordēs unanimesq; ferantur, inter se aut de proferendo gradu perpetuo contendant, soli q; hominum optent dari sibi hostes. Quo circa si quis exercitationem instructionemq; respiciat, Homericum illud existimabit, & si decies totidem numerentur hostes Romanos mox in contrarium uersos, denos in singulos hostes relictum iri, sin conscriptionem delectūq; animaduertat, Ægyptij uir illud procul dubio dicet, atque opinabitur, qui Cambysi Prouinciā diripienti & tēpla uastanti stans Thebaicis in mœnibus, Glebam terræ & aquæ poculū è Nilo haustæ sublati manibus ostendebat, id nimirum innuens diu Ægyptus ipsa ac Niliflumen

297  
li flumen transferri ab eo non poterit autem alio traduci. nunq; eum eē Ægyptij opes intercepturum. Quippe cum totidem alia illis continuo sint affutura manentibus his, nec unq; defutura sint Ægypto diuitiæ. idem et de uestro exercitu ac copijs existimare simul licet, ac dicere diu terram ipsam non poterunt ulli sedibus mouere, ea uel spoliata discedere, sed necesse habuerit orbis in semet consistere, fieri non posse, ut uos deficiant copię militares sed affuturas uobis necessario quot uelitis ex uniuerso terrarum orbe confluentes. Cæterum quod ad militarem ordinem, atq; instruendorum acierum rationem attinet. Pueros præ uobis cæteros omnes homines demonstrastis. Non enim in hostes solum erudientes exercitus militibus ducibusq; proposuistis, sed inter se primum, ut quotidie in ordine uiuant, ac nemo unquam sibi traditum ordinē deserat. Sed tanq; in sempiterno quodam choro suum quisq; locum & nouerit & tueatur, ut nec honoratiori propterea minor inuideat, ex quibus ipse maior sit, eos summopere complectatur. Ego uero iniquo animo fero, dixisse ante me alios de Lacædemonijs exceptis paucis ex imperatorum imperatoribus constare eorum exercitum. Uobis enim id reseruari oportebat, ac de uobis primum dici. Ille uero ante tempus pronunciauit, Verum Lacædemoniorum sanè exercitus eo numero constare uideatur, ut minime absurdum sit uel omnes esse imperatores. At uero in tanto delectū ac generum numero, quorum ne nomina quidem reperire facile sit.

Initio sumpto ab uno cuius potestas in omnes dis-  
fundatur, omnibusq; praesit. Nationibus, urbibus ca-  
stris, ducibus ipsis, desinere in unum, quattuor atque  
acerrimorum imperatorum uirorum. Praeterea autem  
media omnia, quasi glomeris inuolucrum à pluribus  
in pauciores semper descendere. atq; hoc eo pacto ali-  
os atq; alios ordine sibi uinctos ad finem usq; percen-  
sere. Qui dici potest non omnem excedere id huma-  
num ordinem. Venit mihi in mentem, Homerici illi-  
us carminis, ut id usurpem. Paululum immutato si-  
ne. Nimirum in caelo summi Iouis imperium hoc est.  
ubi enim unus tot imperet uiris, qui autem ministri  
legatiq; praesto ei sunt, ipsi quidem longe concedant,  
quorum autem curam gerunt, ijs non parum antecel-  
lant, cunctaq; sine ullo tumultu. Perturbatione ne si-  
lentio conficiantur. Praetereaq; (procul absit inuidia)  
iusticia ac pudore omnia ubiq; plena constant, nemi-  
nemq; uirtutis fructus effugiat. Qui fieri potest, ut non  
id carmen euincat. Mihi uero ipsi uidemini ne in ciui-  
tate quidem ipsa similem ulli caeterarum constituisse  
R. P. Antea enim triplex esse uidebatur inter homi-  
nes rerum publicarum genus, quarum duae quidem  
duobus utrinq; comprehensae nominibus pro eorum  
moribus perpendebantur, à quibus gererentur. Tyrani-  
nis puta & paucorum potentia, regnum & optima-  
tes, tertium nomen populus recte perperam ue ad-  
ministratus. Diuisaeq; itaq; erant ciuitates, ut cuius-  
q; optio, aut sors uiderat. At uestra. R. P. nihil est com-

298  
mune cum illis, quippe quae quoddam quasi tem-  
peramentum ex omnibus constet, dempto tamen quod-  
cumque in singulis uicij continetur. Usque eò talis  
R. P. species euicit, ut si populi uires respiciat aliquis  
quemadmodum omnia quae uelit & petat, facile im-  
petret popularem statum sit existimaturus, nihilque  
ei deesse, nisi quae populus peccet. Sin autem senatum  
contempletur, qui consultandi potestatem magistra-  
tusque detineat, nusquam credat praestantiores habe-  
ri optimates. Quod si horum omnium principem,  
dominumque intueatur, a quo & populus quae ue-  
lit habeat, & qui paucis illis magistratus, potesta-  
tesque impertiat, hunc ipsum uidet perfectissimum,  
absolutissimumque retinere principatum cum à Tyr-  
ranni uitijs remotum, tum regia maiestate augustio-  
rem. Atque haec quidem sic distribuissè uos, solosque  
animaduertissè domi forisque absurdum non est,  
cum soli natura (ut sic dixerim) imperetis. Qui enim  
ante uos dominati sunt, serui dominique inter se alter-  
nis uicibus nec legitime imperio asciti, sic degere qua-  
si in pila ordinem commutantes, Seruere Macedo-  
nes Persis, Persae Medis, Medi Syris. Vos autem  
ex eo tempore omnes norunt quo sciunt imperare. Ut  
itaque liberi ab initio & quasi ad imperandum conti-  
nuo geniti, quae ad id spectarent optime omnia pro-  
uidistis. Et. R. P. quidem adinuenistis, qualem ante  
uos nemo legibus institutisque propositis, quae nullus  
uitare possit, Quod uero mihi iam diu in mentem



uenit, ac me saepe numero stimulauit in ipsis residens la-  
bris. Orationis tamen ipsius serie est hucusque protrah-  
endum. id si nunc in medium attulero, fortasse nec ab  
eo quod propositum est longius aberrauero. *Quantum* enim totius imperij magnitudine, continentia-  
q; .R.P. inuēto ceteros omnes antecesseritis ex hisque  
dicta sunt, liquido patere arbitror. Nunc uero si quis  
illud quoque pronunciarit haud quaquam erraturus  
mibi uideatur. Veteres omnes uel qui maximam ter-  
rae partem imperio complexi sunt, tanquam nudis  
corporibus gentibus ipsis imperasse. Quando enim tot  
urbes terra mariq; aut quando adeo rebus omnibus  
ornate. Quotus uero quisque ea tempestate sic aliquan-  
do iter fecit, ut urbes dierum numero computaret.  
Nonnunquam etiam duas tres uel eodem die peragra-  
ret quasi angiportus, quasi non modo imperij summa  
ueteres longo uincuntur interuallo. Sed & ijs ipsis  
quibus & illi olim & uos in praesentia imperatis nec  
paribus singulis, haec similibus imperarunt. Sed enim  
licet nationi eius tempestatis urbem nunc eiusdem  
gentis opponere. Quin etiam affirmari potest, illos  
quidem solitudinis castellorumque reges extitisse. Vos  
autem solos urbium imperatores. Nunc graecae om-  
nes ciuitates sub uobis sese erigunt & adtollunt. Quae-  
que in ijs uisuntur donaria atque artes & ornamen-  
ta omnia uestra sunt gloria, tanquam suburbij orna-  
tus. Resercta praeterea sunt cum maritima loca, tum me-  
diterranea regiones urbibus partim extructis, partim

299  
auctis & sub uobis & a uobis. Ionia namq; de qua  
toties est dimicatum, libera praesidijs ac satrapis pro-  
posita est omnibus pulchritudinis dux atque princeps  
Quae quantum antea reliquas oēs nationes antea  
uidebantur & decore & gratia, tantum nunc ipsa  
seipsam superauit. At ueneranda ingensque in aegy-  
pto Alexandri urbs uestri ornamentum effecta est im-  
perij, quasi diuitis matronae monile armilla uel inter tā  
multas alias opes. Quin graecis ipsi aequae ac paren-  
tibus altoribusq; prospicere non desistitis, cum obie-  
ctis manibus tueundo, tum quasi iacentes erigendo,  
cum optimos quosq; ex ijs ac ueteres graeciae principes  
libertati, ac suarum arbitrio legum dimiseritis. Ceteris  
uero modestissime humanissimeq; nec sine magna  
obseruantia prouidentiaq; imperetis. Barbaros uero  
pro cuiusq; natura erudiatis mitius, grauius uel sicuti  
par est. Decet enim non esse equorum magistris de-  
teriores, qui sint uirorum imperatores. Sed perpensis  
ingenijs illis se ingerendo accommodare. Sed enim qua-  
si festos dies agens uniuersus orbis, ferro quod olim ge-  
stare consueuerat deposito ad cultum omneq; hilari-  
tatis genus facta potestate se conuertit. Proinde alijs om-  
nibus contentionibus e medio sublati, ea sola ciuita-  
tes habet, ut pulcherrime identidem amoenissimeq; sin-  
gulae appareant. Omnia praeterea plena sunt Gymnasijs  
fontibus, uestibulis, templis, artificijs, magistris, licetq;  
haud in scite dicere, quasi effectum iam orbem suas denmo-  
resumpsisse mūdicias atq; ornamenta. Nō desunt dona-

inquam in eas ciuitates à uobis missa, nec dici potest, qui maiora sint consecuti ob uestram in omnes æquam humanitatem, quo circa nunc demum urbes & splendore & gratia renident, tum uniuersa terra quasi portum quoddam culta prorsus atq; exornata uisitur. Fumi uero ex agris & ignes cum amici tum hostiles quasi uetorum afflatu ultra maris terræq; tractus sublatis euanescere. In quorum locum successit spectaculorum omnis generis decor, & ludorum numerus infinitus, ut nullus sine sacro sempiternoq; igne festus, solemnus uel abeat dies, cum hic modo ijs, modo illis adsit, semperq; alicubi uersetur. Quippe quem omnes sibi promeruerunt, ut soli iam commiseratione digni sint, qui extra uestrum siqui modo sunt, degunt imperium, qd talibus tantisq; priuentur bonis. Ceteræ qd est sermone omnium usurpatum terram esse cõem omnium, & parentem & patriam id uos præclare admodum comprobastis. Si quidem nec demum datur & græco & barbaro siue sua secum ferenti, siue sine ijs facile ire quo uelit, quasi è patria in patriam proficiscenti. Cum neq; Ciliciæ fauces formidentur, nec Angusti harenosique ex Arabia in Ægyptum uentus, non inaccessi montes, non fluuiorum ingentes, profundiq; aluei, non barbara, nationes ab hominum usu consuetudineq; remotiores. Sed satis est ad securitatem esse Romanum, aut uestri potius imperij aliquem, qd qd ab Homero dictum est. Cunctorum uero tellus cõis, id uos re ipsa effecistis, uniuersum quidem permensi orbem, iunctisq; fluminibus uario diuersoq; pontium genere, scissis montibus terram equis strauistis, patefacta

solitudine diuersorij frequentissimis, mansuefactis omnibus uictus atq; ordinis ratione, quo fit, ut qui ante Triptoleum uiuendi modus habitus est, eum ego fuisse cogitem, qui ante uos fuit, durum quendam atq; agrestem paulumq; à montano uictu remotum, sed auctorem quidem placidæ huius mitiorisq; uitæ extitisse Atheniensium ciuitatem. Confirmatum tamen id quoq; à uobis secundis (quod aiunt) & melioribus. Neq; uero nunc est opus terræ ambitum expositionem uel describere, aut quibus singuli utantur legibus enumerare, quando communes uos omnibus expositores propositi estis, reclusis orbis portis omnibus, factaq; potestate uiuis inspicendi oculis omnia, communibusq; legibus propositis uniuerso hominum generi, sublatisq; è mediorebus ijs, quæ uerborum quidem narratione olim delectarent, ratione autem cogitationeq; comprehensa, ferri non possent, nuptijs præterea communibus celebratis, compositoq; demum toto orbe quasi domo aliqua familie. Procul dubio autem (quod aiunt poetæ) ante Iouis imperium seditione, perturbationeq; plena fuisse omnia, adepto autem imperium Ioue omnia protinus quiuuisse Titanasq; in abditissimas terræ partes concessisse, pulsos ab eo eiusque socijs dijs, eodem modo si quis ea quæ uos præcessere, quæq; sub uobis gesta sunt, animo reuoluat existimabit ante uestrum imperium infra supraq; perturbata, permixtaq; fuisse omnia ac temere circumlata. Superuenientibus uero uobis perturbationes, seditionesq; desisse, ac rerum omnium ordinem subisse, uictaq; ac. R. P. lucem clariorè apparuisse, nec non leges

prodijſſe, ac deorū aras fidem cepiſſet, cum antea ſecuti  
parētes eiurabāt, ita & terrā exciderēt, & liberos nō  
quidem deuorarent, ſed & ſuos et alienos, inter ſeditio  
nes, ac ſacra mutuo perderent. At uero in præſentia cō  
munis omnibus apertaq; rerum omnium poteſtas fa  
cta eſt, cum terræ ipſi, tum eius cultoribus, quimetiam  
ſuſtinendis incommodis nullus mihi uideatur poſthac  
relictus locus. Rebus uero recte gerēdis materia ampliſ  
ſima eſſe ſubminiſtrata, Dij quoq; ipſi uos reſpicientes  
fortunare idētidem ueſtrum benigne uidentur impe  
rium, firmamq; ac ſtabilem eius rei tradere poſſeſſio  
nem, ac Iuppiter quidem quod ſuum orbem pulchrum  
(ut aiunt) opus pulchre regendum ſuſceperites. Iuno  
q; nuptijs rite celebratis honore non careat. Minerua  
& Vulcanus artibus in prætio habitis. Bacchus et Ce  
res quod eius fruges minime ledantur. Neptunus q; nau  
ualibus prælijs proſus illi uacet Mare, ac pro triremi  
bus onerarias naues cœperit, at uero Apollo, Apollin  
isq; & muſarum chorus nunquam caret in Thea  
tris ſuorum aſpectu miniſtrorum. Mercurij ludij hono  
resq; non deſunt. Nam ueneri propagandæ ſobolis, aut  
ineundæ uoluptatis, quando maior aſſuit occaſio, aut  
quando amplior facultas ciuitatibus. Æſculapij quoq;  
beneficia necnon Ægyptiorum deorum, nunc demum  
maximum cœpere apud homines incrementum, ac ne  
Mars quidem à uobis neglectus eſt, nec formidandum  
uidetur, ne tanquam in lapitharum cœna ſpretus om  
nia conturbet, quippe qui in ulterioribus ſtuminum ri

pis perennes ducat choreas, pura ſeruans à ſanguine ar  
ma. Qui uero omnia luſtrat ſol nihil uidet ſub uobis, in  
iuſtum aut uiolentum, aut quale uiderant ſuperiora tē  
pora, proinde ueſtrum non iniuria intuetur imperium  
libentiſſime. Videtur autem mihi & Heſiodus ſi æque  
atq; Homerus res poeticas calluiſſet, aut uaticinandi pe  
ritia claruiſſet, haud quaquam ueſtrum futurum impe  
rium ignoraturus, ſed præuiſurus fuiſſe atq; in carmini  
bus elocuturus. Neq; enim (quod nunc facit) ab aureo  
genere orſus, cum id principium inſtituit, de ultimo ac  
ferreo genere diſſerens id illius futurum exitum dixiſ  
ſet, cum fuerint ſeris reſperſi tempora canis, ſed cum  
principatus ueſter, ac ueſtrum extitiſſet imperium, tūc  
perditum iri ferream gentem in terra. Tūc q; poſtli  
minio ad homines reuerſuras, & iuſtitiam & pudor  
rem, miſertumq; iri qui ante uos fuiſſent, cæterum que  
apud uos habentur precioſa nimirum ſunt honorisque  
plena ſemper à uobis procul dubio introducta, ac ma  
gis magisq; in dies continue confirmata. At magnus  
hoc tempore imperator quaſi egregius certator tantum  
propria uirtute parentem antecellit, quantum (quod  
nec facile dictū eſt) ille alijs præſtat, itaq; ius faſq; eſ ſer  
ueriſſime dici poſſe, quodcumq; hic indicarit. Quid ue  
ro & illud non ne cæteris præferri manifeſte debet, qđ  
imperij ſocios proprios liberos ſui ſimillimos plures ha  
beat quam ante ſe quiſquam, uerum ſuſceptus ab initio  
labor quo uis eſt maior, æquandæ cum imperij magni  
tudine oratiōis, ad quam, em æquo penè temporis ſpa



nō opus esset, quo est imperium ipsum constitutum, qđ fuerit nimirum sempiternum æuum. Præstat igitur qđ Dithyramborum ac Pæanum poetæ faciunt, precibus quibusdam, uotisq; additis ita denum claudere orationem, quo circa inuocentur dij omnes, deorumq; filij, uti reddant imperium hoc atq; urbem perpetuo florentem, quæ non prius esse desinant, quàm aut eadem candentis ferri massæ super mare ferantur, aut arbores uere, uirere desinant. identidemq; imperatorem hunc magnum eiusq; liberos, quo possint bona omnibus subministrare. Peregi quod fueram aggressus. Recte autem nec me licet iam suffragijs declarare.



## R E G I S T R V M .

a a b c d e f g h i k l a b c d  
e f g h i k l m n o p q r s t u  
x y z & p r A B C D E F G H  
I K L M

Quaterniones omnes.

Impressum Florentiæ per heredes Philippi Iunta  
tæ. Anno. D. XIX. à chrystiana Salu  
te supra mille mense Ianuarij.  
rij. Leone. X. Pontifice

